106

21 AURELIANO (Caelius). De morbis acutis & chronicis libri VIII. Soli ex omnium methodicorum scriptis superstitis. Jo.Conradus Amman recensuit... Accederunt Th.Janndd ab Almeloveen in Caelium Aurelianum notae & animadversiones... ut & Ejusdem Lexicon Caelianum - Venetiis, Storti, **1757** - In 4° cart., pp. 545 - (3), frontespizio rosso e nero con insegna tip. incisa e **una tavola** in rame f.t. Bell'esemplare. 1989 **L. 630.000**
(**Editio prima veneta**; NLM, 18th century books, 24.
Il più celebre degli autori romani del V secolo fu Aureliano Celso, nato in Numidia, autore di un'opera "De morbis acutis et cronicis" nella quale si attiene strettamente a Sorano... I libri di Celio, scritti in latino barbaro furono considerati quale testo per gli studi di medicina già da Cassiodoro, che ne raccomandava caldamente la lettura ai suoi monaci. Celio può essere l'ultimo degli scrittori dell'Impero Romano d'Occidente; Castiglioni, 225; "...His descriptions of nervous diseases are highly detailed, with notations of such minutiae as the convulsive and comatose forms of epilepsy and the tendency of victims of vertigo to become epilectic"...; McHenry, Garrison's history of neurology, 22).

Fondazione Diabete To
Museo del Diabete
Libri Antichi
59

MUSEO DEL DIABETE
della Associazione
KARIN [illegible] BÖCHER
Via Beaumont [illegible] Tel. 011/4477127
10138 TORINO

B771

CAELII AURELIANI, SICCENSIS,

Medici Vetusti, Secta Methodici

DE MORBIS ACUTIS & CHRONICIS LIBRI VIII.

Soli ex omnium Methodicorum Scriptis superstites.

JO. CONRADUS AMMAN M. D.
recensuit; emaculavit; notulasque adjecit.

Accedunt seorsim

THEOD. JANSS. ab ALMELOVEEN
in Caelium Aurelianum

NOTAE & ANIMADVERSIONES
tam propriae; quam quas ex Doctor. Viror. Lucubrationibus hinc inde collegit; ut & Ejusdem

LEXICON CAELIANUM
Cum INDICIBUS *locupletissimis.*

Editio prima Veneta.

VENETIIS, M.DCC.LVII.
Typis FRANCISCI STORTI
SUPERIORUM PERMISSU, ac PRIVILEGIO.

CAELII AURELIANI,
SICCENSIS,
Medici Veteris, Sectæ Methodicæ

DE MORBIS
ACUTIS & CHRONICIS
LIBRI VIII.

Soli ex omnibus Morbiforum Scriptis Superfites.

IO. CONRADUS AMMAN M. D.
recensuit, emaculavit, & notulisque adjecit.

Accedunt Fragmenta

THEOD. JANSS. ab ALMELOVEEN
in Caelium Aurelianum

NOTAE & ANIMADVERSIONES
tum propriae, quam quas ex Doctorum Viror. Interpretationibus hinc inde collegit, ac Ordinavit

LEXICON CAELIANUM
Cum Indicibus locupletissimis.

Editio prima Venetiis.

VENETIIS, M.DCC.LVII.
Apud FRANCISCI STORTI
SUPERIORUM PERMISSU, ac PRIVILEGIO.

Dedicatio Editionis Amstelodamensis Anni M. DCC. XXII.

J. SLOANI

BARONETO,

COLLEGII MEDICI LONDINENSIS

PRÆSIDI

S. P. D.

R. & G. VVESTENII.

Ua humanitate solitus sis tam exteros quam indigenas excipere, alter nostrum, qui ante annos duodecim aliquo tempore Londini est versatus, cum magna voluptate expertus est. Ex eo tempore non destitit ubique virtutes Tuas prædicare, & iis se multum debere apud omnes profiteri. Cujus debiti magis ut testimonium extet, quam ut aliquam ejus partem solvamus, hanc a nobis procuratam, Tuoque Nomini inscriptam, novam editionem Cælii Aureliani *tibi mittimus; Et cui potius quam Tibi, Medico egregio, inscriberemus Opus medicum viri inter veteres non infimi, quum inter omnes constet Te teneri studio Auctorum veterum, & præterea Te duci amore quodam singulari rerum & scitu & visu dignærum? Id, ne multis apud homines ignaros prædicemus rem notam, testatur collectio tua rerum singularium cum magno sumptu nec minori diligentia ex utraque India ad Te perlatarum. Plura Tibi de Te prædicare & noster pudor & Tua modestia vetant. Quod superest D. O. M. supplices veneramur, ut egregias istas animi dotes Patriæ Tuæ diu servet, incolumesque tueatur. Vale.*

JO: CONRADUS AMMAN M. D.

LECTORI S.

Maximopere ſemper dolui, quod cum reliquæ artes & ſcientiæ ex parvis & obſcuris principiis pleræque ad non contemnendum perfectionis culmen adſcenderint, *Medicinæ* noſtræ, nec injuria, objiciatur, quod ab *Hippocratis* ævo non modo nihil promota, ſed horrendum in modum in deterius ſit lapſa. Hujus rei cauſæ plurimæ quidem poſſunt afferri; quæ fere ſoli *ignaviæ*, præpoſterorum judiciorum matri & nutrici, natales debent. Verum enim vero tanti mali altiorem & univerſaliorem ſubeſſe cauſam ratio ſuadebat, quam tandem, diu circumſpectans, deprehendi eſſe *præpoſteram Methodum*, qua Medicina hactenus a pleriſque admirabili conſenſu fuit exculta.

Tres ſunt modi aliquid cognoſcendi: *Intellectu* puro, idque ſumma cum evidentia: *Ratiociniis* ex phantaſiæ penu depromptis, quibus res vel veris vel fictis imaginibus menti ſiſtuntur: & denique *Senſibus*, quibus corporeæ qualitates earumque effectus percipiuntur. Evidens ergo eſt univerſas artes & ſcientias circa tres hoſce cognoſcendi modos debere verſari: & quoniam earum *objecta* vel ſunt mentalia, vel phantaſtica, vel ſenſibilia, ipſarum diſciplinarum legitimam culturam & incrementum ex juſto uſu alicujus horum cognoſcendi modorum maxime dependere, reliquis ex aliqua parte in ſocietatem tractis. Sic enim Dei, Mentis ipſius, Juris naturalis, & in genere Veritatum univerſalium ſive axiomatum *cognitio* ſunt mentis puræ actiones: huc etiam ſpectant Matheſeos abſtractæ & ſinceræ partes, quarum tanta eſt certitudo, ut non modo ad experientiam nunquam provocetur, ſed ne quidem experiundo magna pars cognoſci poſſint. Quæ *ratiociniis* tantum & phantaſmatibus innituntur artes & ſcientiæ, vix pro earum abortibus habendæ; fere in reddendis rerum ſenſibus imperceptibilium rationibus ſunt occupatæ: inde ex principio tam lubrico tot in naturali-

libus, moralibus imo & artificialibus ſunt notę lites. *Hiſtoria Mundi partium*, earumque in ſe invicem effectuum, & in genere omnes ſcientiæ quarum objecta ſunt corpora eorumve qualitates, plane a ſenſibus dependent, & intempeſtivis ratiociniis & præmaturis hypotheſibus adeo corrumpuntur, ut etiam pleraque experimenta in ſenſum a natura alienum detorqueantur: rerum enim corporearum cognitio adeo eſt abſtruſa, ut licet mille eas ratiociniis & perſpicillis torqueas, intima earum ſtructura lateat, nec niſi ſuperficiem & effectuum quorundam φαινόμενα nobis oſtendant.

Sunt præterea & aliæ adhuc diſciplinæ, quæ quidem circa corpora, vel potius circa aliquas eorum qualitates, ut motum, quantitatem, gravitatem, ſonos &c. præcipue verſantur, quoniam tamen earum provinciæ ob infinitam rerum varietatem ſunt nimis extenſæ, ratiociniis rebus ipſis innixis, & analogia naturæ familiari uti debent. Tales ſunt omnes *Matheſeos* mixtæ partes, ut Aſtronomia, Muſica, Mechanica, Optica: in primis autem Philoſophia naturalis, & ejus pars non ſpernanda *Medicina*. Et hi ſunt fixi rerum eaſque cognoſcendi modorum termini: quos ſi quis temere moverit, maximo artes circa eas verſantes detrimento afficiet, & ſiſtemata condet, quæ a rerum natura & experientia redarguuntur. Nec minus peccant qui ſterilibus ſpeculationibus fulti de morbis eorumque natura & curandi methodo, præter experientiam & accuratas obſervationes judicare audent, quam qui in Mathematicis demonſtratione deſtitutus, mechanice palpando problema aliquod ſolvere tentaret.

Hanc ego præcipuam eſſe cauſam puto, quod Medicina noſtra tot ſæculis aſſidue mota, verum ne hilum fere promota fuerit. Cuivis enim attento patet eam totam verſari non tantum circa corpus humanum, quatenus ſanitatis & morborum capax eſt, ſed & quatenus alia corpora diviſis id modis afficiunt: & propterea ejus fundamenta eſſe ponenda infinitis *obſervationibus*, non temere & animo præjudiciis occupato, ſed magna cura quantaque fieri poteſt ἀκριβείᾳ inſtitutis, antequam hypotheſis aliqua iis ſuperſtruatur: Cum autem communi fere conſenſu contrarium fiat, ita ut ab exiguo obſervationum numero quilibet Syſtema aliquod non modo fabricet, ſed univerſam pene naturam obtorto collo

ei

et servire jubeat, quid mirum, si magno conatu minus quam nihil efficiatur? Nam nefario hoc ausu etiam fidissimis observationibus, quas antiquorum quorundam Medicorum diligentiæ debemus, contradicitur, quæ & in dubium vocantur, imo si forte systemati alicui minus congruant, tanquam aniles fabulæ exploduntur.

Huic malo, licet jam adulto, maxima incrementa dedit *imaginaria* quædam *philosophandi ratio*, non ita pridem ab insigni Mathematico in naturæ scenam introducta, quæ Colossæis Facultatum & Qualitatum statuis disjectis, imperceptibilium particularum imagunculas nobis exhibuit, & plerosque adeo fascinavit, ut jam susque deque habitis observationibus, in arte nostra solis ratiunculis grassentur, & tanquam Medicina puræ Matheseos pars esset, omnia, si Diis placet, a priori demonstrant: imo universam artem pessum jam dedissent, nisi doctissimi quidam nullumque laborem detrectantes Viri iis restitissent, tam ipsi solidis observationibus naturam consulentes, quam veterum thesauros in lucem denuo protrahentes.

Horum ego vestigia sequens, φιλίατρε Lector, CÆLIUM tibi sisto AURELIANUM, de Methodicorum secta Medicum, in paucorum quidem manibus versantem, verum in enarranda morborum historia adeo diligentem ut palmam fere omnibus præripiat. Hactenus fere latuit, imo ab anno CIↃ IↃ LXVII. quo *Rovillius* eum typis suis Lugduni excudit, nemo vel Medicus vel Typographus eum attigit, licet ab omnibus non modo legi dignissimum, sed peritam medici alicujus manum diu implorantem. Hanc ego *Rovillii* editionem, quantum quidem expedire videbatur, sum secutus, in subsidium tamen adhibui elegantissimam illam *Colinæi*, in recensendis *Celerum Passionum* libris: in *Tardarum* autem *Basiliensem* Henrici Petri: utramque a Viro Clariss. *Theod. Janssen. ab Almeloveen*, pro insigni ejus in litteras studio, benigne concessam. Reliquas editiones lubens prætereo, utpote adeo sibi non dissimiles, ne erratis quidem exceptis, ut prima omnium sequentium fuisse exemplar videatur: facileque crediderim ad unicum, & quidem satis mutilum & infinitis locis depravatum manuscriptum codicem eas fuisse concinnatas: vix enim possibilis alioquin foret tantus codicum impressorum consensus. *Rovillius* quidem, plerorumque

Typo-

Typographorum more, in fronte suæ editioni habet; *ad fidem manuscripti exemplaris castigati & annotationibus illustrati*: præterea passim in margine aliam lectionem citat. Verum enim vero quod promissorum attinet, fateor ejus contextum alicubi a Colinæi & H. Petri lectione aliquantisper recedere, adeo tamen raro, ut potius ex operarum incuria id factum videatur. Præterea, quo argumento maxime nitor, ne unum quidem hiatum ab eo completum videbis, cum tamen in de *Tardis Passionibus* libris plura capita sint ἀκέφαλα, nec pauca alibi desint, quorum saltem aliquid, si codice manuscripto fuisset usus, supplevisset. Quæ autem in margine hinc inde aliter ab aliis legi asserit, pro conjecturis potius habenda. Quod spectat ad *Annotationes*, eas quidam *Dalechampio* tribuunt, alii negant, forte quod adeo sibi sint dissimiles. Ego non unius eas esse Viri plane credo: sunt enim plurimæ, non tam mole quam pondere tales, ut vel eruditissimus eas pro suis lubenter agnoverit: aliæ autem adeo insulsæ & ἀπροσδιόνυσοι, ut sensum Cælianum plane pessundent. Præterea hæ Annotationes, quæ commodius in duas classes redigi poterant, verborum nimirum & rerum, penitus erant confusæ, idemque asteriscus communis earum ad marginem erat index, ut non sine tædio quærerentur,

Duo igitur in Auctore hoc recensendo mihi sumsi: *primo* ut lectionem, quantum quidem liceret, intactam sinerem, & contextum ex tribus istis exemplaribus, demendo quid alicubi, alicubi addendo, in eam quam, codicis manu exarati penuria, res patiebantur integritatem restituerem. In *de Celeribus Passionibus* libris id liberaliori quidem, attamen suspensa admodum manu a me factum est, ut in contextu aliquid immutarem: postea cum id res fere ubique exigeret, timidior factus lectionem rarius tentavi, sed ubi morbum subesse arbitrabar, conjecturam in marginem conjeci. *Alterum* quod proposueram, erat annotationes in editione Rovilliana in ordinem redigere, inutiles expungere, novas ubi opus erat addere, & Græca, quæ fœda dilacerata & Latinis litteris expressa erant, ubi a latino quidem sermone eorum usus abhorrebat, restituere, denique dictiones *Aureliano* peculiares, quæque Lectorem inadsuetum morari possent, quasi paraphrasi quadam circumscribere, & latina reddere.

Ut

Ut verbo dicam, sistitur tibi Lector, *Cælius Aurelianus* quod ad lectionem multo castigatior, intellectu ob innumeras castigationes facilior, & explicitis materiæ medicæ obsoletis terminis immenso jucundior.

Jam pauca de ipso Opere præfatus, *praxin medicam Auctoris & Methodicorum* in genere delibabo. CÆLIO AURELIANO, qui ab aliis vocatur *Lucius Cælius Arianus*, patria fuit *Sicca*, teste *Plinio*, interioris Numidiæ urbs; quod licet non constaret, ejus tamen dictio sesquibarbara & semigræca aliquod ex Africa monstrum proderet. Oratio quidem ejus inadsuetis nec facilis admodum est nec plana: succi tamen bonique sensus plena, mascula, sale elegantissimo passim adperſa; in reprehendendis veterum erroribus arguta, ubique sublimis. Qua ætate *Cæl. Aurelianus* floruerit altum apud omnes silentium: aliquanto tamen *Galeno* fuisse superiorem vix dubium; quomodo enim qui tot minorum gentium Græcos citavit, Galeni, si post eum vixisset, non meminerit? Quoniam autem *Themisonis*, *Asclepiadis*, aliorumque sub Romanis Imperatoribus Medicorum mentionem facit, *Galeno* aut coævus, at ignotus, aut paulo prior fuisse videtur. *Sorani* non tantum senulus imitator strenuusque propugnator fuit, sed græcorum ejus interpretem se passim profitetur. Præterea veteres omnium Sectarum Medicos diligentissime perlegit, eoque nomine non parum ipsi debemus, quod plurimorum dogmata nullibi fere nisi in his *de Celeribus & Tardis Passionibus* libris extent. Scripsit, ut ipse testatur, multa etiam alia, ut χειρουργούμενα, *Responsionum libros*, *Muliebrium passionum*, *Græcarum epistolarum ad Prætextatum*, *Adjutoriorum* item sive *Medicaminum*: quæ tamen omnia temporum injuria interciderunt, parumque abfuit quin idem casus unicum hoc Methodicæ medicinæ monumentum abripuisset.

Character *Cælio* proprius est, quod morborum Historias a capite ad calcem non tam describat, quam vivis & ex ipso naturæ sinu sumtis coloribus pingat, tantaque exactitudine tum morborum tum adhibendorum quovis tempore remediorum articulos & momenta circumscribat, ut parem vix habeat. Est præterea in excogitandis pro ægris commoditatibus, & evitandis in morborum complexione incommodis, struendisque ubi opus est fallaciis, fere inimitabilis: τῆς

vero

vero ἀσφαλείας adeo ſtudioſus, ut aliquando in contrariam partem peccare videatur, præ timiditate, quæ totius ſectæ vitium fuit, generoſiora adhibere remedia non auſus.

Methodici ita dicebantur a *Methodo*, qua morbos omnes tam acutos quam chronicos, in ſumma quadam genera diſtribuebant, ad id inducti per κοινότητας quaſdam, ſive analogias, quas morbi eoſque curandi modi ad ſe invicem habere ipſis, ex aſſiduis obſervationibus, videbantur. Juxta eos igitur *Medicina eſt methodus inveniendi morborum* κοινότητας, *quæ ſimul per ſe ſit evidens*. Hinc etiam definitiones utplurimum ſollicite evitabant, neque quid aſſererent, quod ſenſibus non pateret, earum vice deſcriptionibus quibuſdam utebantur. Præterea *loci affecti* cognitionem ſcrupuloſiorem, deque eo ratiocinia fere negligebant, non quod Anatomen ad indagandum partium uſum ſpernerent, ſed quoniam membris particularibus plerumque peculiariter ſuccurri non poſſe putabant: quare in pleriſque paſſionibus univerſum pene corpus curabant, habito aliquo reſpectu ad partem præcipue affectam. *Cauſas morborum* proximas Methodici ſe ignorare ingenue fatebantur. Ad *Humores* & *Spiritus* vix animum adjiciebant, morborum nidos in partibus ſolidis eſſe ſitos credentes, prout earum fibræ a naturali tono recederent, & vel nimis ſtrictæ eſſent, vel plus æquo relaxatæ. Proin univerſum morborum exercitum in duas phalanges deſcribebant, alios *Strictura*, alios *Solutionis* morbos appellantes: tertium quid in eadem corporis parte non agnoſcebant; eodem tamen vigente morbo aliam *ſtrictura*, aliam *ſolutione* laborare poſſe aſſerebant, ut cum Phreniticus ſimul corripitur Diarrhœa. Reviviſcit hodie hoc ſyſtema maxime in Italia, celeberrimos ibi Patronos nactum, qui bello opinionibus denunciato, & mechanices principiis divina quadam ſagacitate in Medicinam introductis, recentiorum id inventis & propriis obſervationibus egregie illuſtrarunt. Spartamque hanc, quod Deus bene vertat, quotidie adhuc ornant.

Methodici remedia utplurimum uſurpabant generalia, ſpecificis plane explosis, quorum propugnatores *Cælius* falſe admodum irridet. Prima eorum cura erat cubiculum ejuſque aerem & modum cubandi cuivis morbo convenientem eligere; tum cibum potumque, niſi iis plane abſtinendum

cenſerent, præſcribebant, ſeduloque quo morbus vergeret obſervabant. *Remedia* generoſa raro intra primum triduum in uſum vocabant, ſed cruditatum in primis viis concoctionem expectabant, & interea eam partim jejunio, partim fricando, fovendo, ungendo promovebant. Secundo demum triduo, niſi admodum urgebat morbus, venam ſecabant, & cucurbitulas per totum fere corpus ſucceſſive applicabant, aliquando ſcarificatas, aliquando cum hirudinibus, aliquando ſiccas. Inter *generalia ſtricturam ſolventia* recenſebant Aerem calidum & lucidum, ſtragula mollia, collutiones oris aqua calida vel oleo dulci, jejunium, vigilias, unctiones, cataplaſmata & fomentationes ex emollientibus, ut & balnea ex eadem materia, cucurbitulas ſcarificatas, venæ ſectionem, geſtationem & motum in genere, clyſteres emollientes & vomitoria. Quæ *ſoluta* ſive nimis laxa *ſtringebant*, erant Aer frigidus & obſcurus, ſtragula duriora, collutiones oris aqua frigida cum aceto, acetum vel poſca cum ſpongia applicata, fotus frigidi ex ſuccis plantaginis, portulacæ, ſempervivi &c. *alimenta* ex hordei farina, lenticula, cydoneis, panis toſtus cum aceto, & ſimilia: ſomnus, quies, cucurbitulæ non ſcarificatæ. *Purgantia* fere nunquam admittebant niſi in Hydrope: *Diuretica* & *Sudorifera* exceptis paucis caſibus vix uſurpabant: rejiciebant etiam clyſteres acres, opiata, & venæ ſectionem ſub lingua & ad animi deliquium: adeo ſcuritati ſemper & ubique ſtudebant. In *tumoribus*, ita appellabant omnis generis inflammationes, adhibebant in principio mediocriter adſtringentia, in augmento & ſtatu mitigantia vel laxantia, in declinatione emollientia, in lenimento, id eſt, cum morbus & ejus ſymptomata plane remiſerunt, fortificantia & recorporativa ſeu μετασυγκριτικὰ, ut & varii generis *Cyclos* ſive regulas cyclicas, de quibus vide potiſſimum *lib.* 1. *Tard. Paſſ. cap.* 1. ubi de *Cephalæa* & ejus curatione *Cælius* agit. Ait ibi de recorporantium viribus in hunc modum: Ut vehementi motu corpus apertum deſpuat, ut ita dixerim, paſſionis carnem, qua depulſa, naturalis & nova ſuccedat. Utinam hodiernis Medicis hæc *recorporatio*, ſeu habitus morboſi in ſanum mutatio, magis cordi eſſet: ſine ea enim morbi chronici vix ſunt ſine recidivæ metu curabiles. Contra ſudores nimios, quos ipſi diaphoreticos vocabant, corpori inſpergebant

pul-

pulverem cretæ, aluminis, aliorumque adſtringentium.

Hæc ſunt, benevole Lector, quibus te inſtituti mei certiorem facere volui. Doleo ipſum me apographorum emendationi ob nimiam locorum diſtantiam præeſſe haud potuiſſe, multa inter emendandum additurus, aut detracturus; certe melius nonnulla diſpoſiturus, quæque librorum lectio fervente prælo ſuppeditabat adjecturus. Si exemplum deſideres, en habes in ipſo limine, ubi Cælius citat dictum *Ipalli* cujuſdam Pythagorici, quem deinde ex Diogene Laertio inter legendum *Hippaſum*, Philoſophum Pythagoricum, eſſe deprehendi. Credas velim, editionem hanc, niſi eam Wetſtenius Pater, homo græce & latine egregie doctus, & in excudendis bonis Auctoribus nec labori nec ſumtibus parcens, ipſe curaſſet, e tanto locorum intervallo adornari vix potuiſſe. Vale.

Ex agro Trajectino ad vectim ipſis Id. Decembr. CIↃ IↃ CC VIII.

INDICULUS EDITIONUM

CAELII AURELIANI.

1529. *Tardarum Paſſionum libri V.* Baſil. *apud Henr. Petri in Fol.*

1533. *Acutarum Paſſionum libri III.* Pariſ. *apud Simonem Colinæum.* 8.

1547. *Tardarum Paſſionum libri V.* Venet. *apud Aldum, cum Medicis antiquis in Fol.*

1567. alio titulo 1569. *De Morbis Acutis libri III. & de Morbis Diuturnis libri V.* Lugduni *apud Guilielm. Rovillum.* 8.

DEDICATIO editionis Basiliensis apud Henric. Petri 1529. in Fol.

Clarissimo eidemque Doctissimo Viro PHILIPPO BUCHAMERO, Reverendissimi Domini D. Alberti Cardinalis, & Archiepiscopi Moguntini Medico, Joannes Sichardus.

PRÆTER multas, easque nec obscuras quidem, nec ita parvas summæ cum benevolentiæ, tum voluntatis erga me tuæ significationes, Ornatissime Vir, cum non desinas me apud ALBERTUM Reverendissimum Cardinalem, eundemque clementissimum principem, patronum meum, & verbis quam potest fieri honorificentissimis cohonestare, & tuis subinde muneribus ornare, efficis plane ut quo me vertam nesciam: dum identidem dispicio, qua in re si non beneficiorum in me tuorum cumulum, hoc saltem assequar, quod bona interdum nomina solent: ut scilicet dum solvendo non sum, vel ingenua debiti professione non feram tacitum, quantum tibi, viro inter eruditissimos optimo; inter optimos vero etiam eruditissimo debeam. Cui rei documento velim sit hæc qualiscunque inscriptio. Neque enim memoria excidit, quam tu graviter vereque, si quis nos casus in eum sermonem adduxisset, queri soleres, nullam studiorum partem æque nostra tempestate jacere, ac eam ipsam, quam olim cum maximis præsidiis, tum summis ingeniis excultam, nisi deus aliquis rebus humanis iniquior invidisset, non esset cur tanto negotio disceremus, & experimenta per mortes, ut ille dicit, caperemus, impudentissimorum interim circulatorum personas induentes, qui cum diu nihil scire didicerimus, tandem audacia pro sapientia usi carnificinam quandam verius quam medinam in vita communi exerceamus. Nam sic fere comparatum est, ut quo quidque ad vitam mortalium plus adferat adjumenti, hoc capitalius obsit, si aut parum rite tractetur, aut alio quam institutum est modo. Nunc quis ulla religione ad hoc opus accedit? aut quotus demum quisque ex ipsis fontibus haurit? Imo ut apertius dicam, quid hujus rei omnino reliquum est dignum lectu, quod non palam ausis cum negligentiæ, tum & inscitiæ damnare? Nisi unum dicas *Hippocratem* aut *Galenum* ex Græcis, Latinis vero Corn. *Celsum* & *Plinium*. Quos tamen sic legunt plerique tanquam plus allaturos momenti eloquentiæ studioso, quam ei qui sit rei medicæ destinatus. In *Plinio* vero audent etiam nihil dissimulantes in ore habere tragicum illud: *o Cœlum o Terra*. Cum quibus non admodum contenderim, qui repertis frugibus malint tamen cum gryllo in glandium usu consenescere. Hoc vero subit mirari, qui fiat ut tam gravate in medicorum album recipiant, ut quosque viderint tersissime locutos, eamque ob causam numero eximant, qua vel im-

imprimis digni fuerant, mea sententia, ut locum acciperent. Quod si aliquo pacto possunt ab interitu revocari *Diocles*, *Asclepiades*, *Euryphon*, *Demetrii Appameus & Attaleus*, *Democritus*, *Erasistratus*, *Chrysippus*, *Empedocles*, *Zenon*, *Erophilus*, *Asclepius*, *Antipater*, *Heraclides Tarentinus*, *Menecrates*, *Praxagoras*, *Mnaseas*, *Herodicus*, *Milesius*, *Parmenides*, *Niceratus*, *Themison*, *Proculus*, *Soranus*, *Serapion*, *Apollonii Memphites*, *Citiensis & Glaucus*, *Philistion*, *Thessalus*, *Thryphon*, *Socrates*, *Nicander*, *Philotimus*, *Lusius*, *Evenor*, *Cassius*, *Clodius*, *Bachius*, *Silimacus*, quos fere autores habet *Cælius Aurelianus*, quid putamus nonnullos habituros quod dicerent? Te vero dignum plane qui tanti Principis sis curam sortitus, amare nae vehementer debeo, qui ex commentariis nostratium, velut ille aurum ex stercore cum selegeris, tantam omnium litterarum cognitionem huic studio intulisti, quanta potest in hujus ordinis homine videri maxima; & ob hoc plane idoneus qui *Cælii* nostri patrocinium suscipias, siquidem recte dictum sit antiquitus, patronum causis plerunque esse argumento. Quis enim aut rectius contra vitilitigatores defendet, quam is in cujus jam manu velut mancipio esse *Cælius* incipit? aut libentius, cum justo sacramento confirmare tibi ausim, hujus generis nihil omnino apud Latinos extare, studio, diligentia, fide pari tractatum. De cujus tamen vita non satis quod in præsentia dicam occurrit, nisi quod cognomento satis divinare licet *Afrum* fuisse, quod ipsum per se, vel tacente me, ipsa satis dictio clamat. Ut autem *Galeno Plinioque* majorem credam, facit diligens illa seu in refellendo, seu in astruendo veterum autorum commemoratio, haudquaquam præteriturus eos si per ætatem meminisse potuisset. Hoc vero peculiariter sibi sumsisse videtur, ut græcæ literaturæ suis cognitionem commendaret, dum sic Græcis omnia acceptum refert. Quæ res sane nobis summam attulit difficultatem, ut facile nos ab editionis consilio depelleret, dum antiquissima quæque hujus professionis vel bonorum librorum inopia, vel temporum inscitia obsoleverunt, nisi operam nobis suam strenue *Joannes Cornarius* navisset, vir non modo medicæ rei, verum omnino litterarum, quæ quidem sint libero homine dignæ, doctissimo. Edidit autem, ut ipse testatur, *Responsionum*, quibus chirurgiam tractat, *Muliebrium passionum*, *Græcarum Epistolarum ad Pretextatum*, *Adjutoriorum*, *Medicaminum*, *Celerum passionum* libros, qui tamen temporum injuria interciderunt; qui nobis casus propemodum & hos ipsos libros eripuisset jam ad interitum spectantes, nisi in lucem nobis asseruisset vir cum splendore vitæ, tum litterarum studio præditus incredibili *Philippus Furstenbergius* Consul Francofurdiensis. Habes igitur clarissime vir, fœturam hanc apud nos proxime renatam animi erga te mei testimonium; qua si tibi emunctissimæ naris Viro satisfacio, vici: hoc enim vel maxime studui: tum si qua ad medicinæ Candidatos utilitas perveniet, in lucro ponam. Vale & Principi me nostro diligenter etiam atque etiam commenda. Basileæ XXI. Augusti, Anno M.D.XXIX.

DEDI-

DEDICATIO præfixa edit. Pariſ. 1533.

Excellentiſſimo Viro JOANNI BRAYLLON Medicorum apud Lutetiam facile principi, Joannes Guinterius Andernacus, S.

CÆLIUM illum AURELIANUM de morbis Acutis quem mihi nuper emaculandum credideras, Vir ornatiſſime, ad te remitto, formis Colinæi Typographi citra controverſiam in Galliis primi excuſum, leviterque potius quam ſevere caſtigatum, ſimul ut voluntati tuæ, qua major mihi vix eſt ulla, obſecundem, ſimul ut ſtudioſos homines hoc etiam beneficio prolixius demerear. Qua in re ſi minus petitioni tuæ reſponderim, cogitato maluiſſe me prudentiam meam abs te deſiderari, quam benivolentiam. Cum enim non tibi de me tam præclare quotidie merenti, tamque honeſta in communem ſtudioſorum gratiam poſtulandi morem geram. Imo gratias potius referendas tibi cenſeo quod in tanta Medicorum turba unum me dignum exiſtimaveris, cui opus hoc Cælii in re Medica olim clariſſimi caſtigandum, edendumque committeres. Nam quis non abs te haberi aliquis optet, qui omnium doctorum conſenſu, communi hominum ſuffragio, ac etiam experientia principatum in arte noſtra, hoc eſt, Medica teneas, in cujus venerationem nunc pateant omnia, qui veluti præſens non tam privatis quam principibus viris, adeoque regibus numen expetare. Id quod non levi judicio hominum fieri aliquoties ſum expertus. Tam exacte Veterum, per quos hæc conſummatur profeſſio, ſcripta complexus es, tam diligenter recentiorum examinaſti, ut nihil tibi queat imponere. Accedit huc incredibilis per tot annos rerum plurimarum experientia, qua omnes nos per varias mortalium ægritudines, tamque manu ducis, ac ne alicubi vacillemus, confirmas. Jam quantum illud eſt, qui in maximis occupationibus nunquam intermittis ſtudia doctrinæ. Quippe nihil aut vetus, aut novum ex doctorum officinis prodit, quod non diligenter legas, diſcutiaſque. Hinc etiam eſt, quod omnes qui aliquid de Litteris poſſunt judicare, ſingulari benivolentia comprehendas, tueare, juves. Proinde quicquid operæ in hoc auctore caſtigando inſumſimus, tibi, Vir Clariſſime, a quo accepi, nuncupatim dedico, cupioque ut Cælii noſtri patrocinium ſuſcipias. Nam ſcio non defore, qui calumniabuntur Veneris ſandalium. Certe auctor, ſi quid judico, lectu dignus eſt vel hoc nomine, ut cognoſcamus, quales tandem fuerint, quibuſcum Galenus noſter certare acerrime dignatus ſit. Item Vetuſtas apud doctos non parum commendari ſolet. Præterea diligens illa ſeu in refellendo, ſeu in aſtruendo Vetuſtiſſimorum Auctorum commemoratio plurimum habet authoritatis, eaque Latino ſermone, quo hoc in opere uſus eſt, Græcæ eruditionis, ut cuivis facile erit intelligere, peritiſſimus. Cæterum dictio ipſius, Afrum fuiſſe teſtatur, haud paucis ante Galenum annis cognitum. Habes igitur, vir excellentiſſime, penſum abs te mihi impoſitum: quod

ſi

si gratum esse sentiam, serio triumphabo: si studiosi aliquid hinc utilitatis percipiant, percommode cecidit. Vale ex ædibus nostris Lutetiæ, Calend. Septemb. cIↃ IↃ XXXIII.

PRAEFATIO Editionis Lugdunensis 1567.

LECTORIS.

QUI in veterum scriptorum Græcorum & Latinorum, veluti *Galeni*, *Athenæi*, *Aetii*, *Plinii*, hujus ipsius *Cælii Aureliani*, aliorumque libris tantum Medicorum numerum citari observarit, secum ipse reputabit, opinor, plures olim easque præcellentes viros in arte Medica tum exercenda, tum litterarum monimentis consignanda, quam ullos unquam aliqua alia in arte vel scientia colenda fleruisse. Ex quo Medicinam majore quodnam, quam nunc fit, in honore, & multo celebriorem fuisse perspicuum est. Sed in ea explicanda atque tractanda non eandem omnes viam secuti sunt, qua ad id quod vellent pervenirent. Omnium enim vetustissimi pharmaca plurima, vel ab herbis & stirpibus, vel ab oraculis & insomniis petita, vel ex animalibus observata, ad varios sanandos morbos accommodata, id est ἐμπειρίαν litteris mandarunt. Alii non solum medicamentis omnis generis, sed & eorum certo usu atque effectu, & morborum differentiis atque causis, ac aliis permultis quæ ad artis perfectionem desiderabantur, λογικῶς describendis medicinam summa cum laude amplificarunt. Alii multo angustioribus terminis artem circumscripsere. Eam enim neque longam, neque difficilem esse rati, methodum quandam seu rationem artis compendiariam tradiderunt. Hinc tres potissimum nobiles sectæ extitere, ex ea re cui singularum authores & defensores omnia in hac arte tribuebant, nominatæ, quas prolixius explicare non est hujus institutæ scriptionis, neque temporis. Illud nunc volo dicere, Quemadmodum constat inter omnes qui bene a natura informati, bonisque artibus & phisosophorum præceptis instituti sunt, *Hippocratis*, *Galeni*, eorumque qui hos duces sequuntur, sectam quæ λογικὴ, quod ratione nitatur, dicitur, cæteris longe anteponendam esse; sic reliquas & veterum summorumque vivorum authoritate commendari, & ex dogmatum sese consequentium coacervatione constare, & doctrina aliqua contineri existimandum est: quin & multa ab ipsorum authoribus & recte scripta esse, & curandis morbis accommodata. Nam *Galenus* in libris de Compos. Medicam. κατὰ τόπους, καὶ κατὰ γένη, *Aetius*, *Paulus*, aliique Græci & Latini ab *Empiricis & Methodicis* remedia varia mutuati sunt. Quod si multa ab arte aliena, multa perperam dicta, multa prætermissa sint ab ipsis, ut revera sunt, ne ea quidem nos ab eorum lectione deterrere debent, imo potius incitare, ut ex illorum cum rectis contentione ac disquisitione veritas magis eluceat.

Qua

Qua in re *Galenum* imitabimur, qui infinitis prope *Empiricorum Methodicorumque* placitis refellendis sæpe lectorem diutius remoratur. Quos locos sine lectione eorum authorum, quorum sententiæ improbantur, intelligi posse non video, multo minus libros quos idem *Galenus* dogmatis ipsorum convellendis dicavit, quorum alterum de optima secta ad *Thransybulum*, alterum de sectis ad eos qui introducuntur, inscripsit. His ego rationibus sum adductus ut credam, *Empiricorum Methodicorumque* scripta non omnino indigna esse quæ Medicorum manibus terantur, hæcque imprimis quibus *Cælius Aurelianus Methodicus* de morbis acutis & diuturnis accurate pertractavit. Quorum cum fere obliterata esset memoria, tum quod jampridem excusorum magna admodum penuria esset, tum quod ea exemplaris vitio turpissimis maculis deformata, fracta, multisque vulneribus confecta contemnerentur, ope vetusti codicis manuscripti, aliorumque cum eo collatorum, excellentissimus & litteratissimus Medicus totius operis maculas delevit, fracta restituit, vulnera curavit, doctissimisque annotatiunculis in margine ascriptis illustravit. Quæ cum ego nactus essem, eaque Medicis & lectu jucunda, & scitu utilia esse judicarem, author omnino fui *Gulielmo Rovillio* Typographo, ut ea typis elegantioribus excuderet: id quod facile ab eo impetravi, qui & publicæ utilitatis sit studiosissimus, & nullis parcat sumptibus, ut boni authores emendati, & characteribus elegantissime conformati veniant in manus hominum, Quare & illi, qui hunc authorem pene extinctum in lucem revocavit, & huic qui ut in publicum prodiret, effecit, Lector habe gratiam, ac utriusque opera grato animo fruere. Cæterum de vita *Cælii Aureliani*, quoque tempore vixerit nihil dum legi. Ex inscriptione quidem horum librorum *Numidam* fuisse constat. Nam *Plinio* ac *Ptolemæo* Sicca Numidiæ est oppidum: ex lectione vero *Galeno* superiorem; neque enim cum tot authores nominet, cum in vetustiorum sententiis refutandis, suis confirmandis tam sit diligens, Galenum unquam prætermisisset. Præterea cum tot Græcos Medicinæ scriptores pervolutarit, quorum catalogum habes, cum tot ipse de medicina libros ediderit, quorum nomina in amplissimo indice reperies, Græcæ linguæ & medicinæ peritissimum, & in tractandis morbis maxime versatum fuisse docti omnes judicabunt.

DE

DE
CAELIO AURELIANO
VARIORUM ERUDITORUM TESTIMONIA.

Hieronym. Mercurial. Variar. Lect. I. cap. 10.

Cælius Aurelianus, ſive potius *Soranus*, a Cælio Latinus redditus.

Val. Chimentellus de Honore Biſellii cap. XXIV.

Cælius Aurelianus haud ſemel meminit (*ſellæ geſtatoriæ*) inter veteres medicos apprime doctus, elegans, eruditus: omnino digniſſimus, quem artis Aſclepiadicæ terant alumni, nemo litterarum amans ignoret, ſi tamen is eſt auctor & non L. Cælius Arrianus.

Renatus Moreau de Miſſione ſanguinis in pleuritide. pag. 28.

Lucius Cælius Aurelianus, vel ut nonnulli volunt *Arianus*, Sorani transſcriptor aut interpres, patria & ſtylo Africanus, Lib. II. de Morbis acutis, ſuſtinet mittendum eſſe ſanguinem ex brachio quod fuerit dolenti lateri contrarium, certæ rationis cauſa quam ſæpe memoraviſſe dicit. Ex quo videre eſt eum Archigenis ſectarium extitiſſe, & in illius opinione conquieviſſe, cujus ætate Soranus floruit.

Hadrian. Junius Animadverſ. Lib. VI. cap. 1.

L. Cælius Arrianus medicus, cujus extant Celerum & Tardarum Paſſionum libri, Aureliani nomine notior nunc eſt.

Ger. Joan. Voſſius de Natura Artium Lib. V. cap. 12.

Trajani quoque & Hadriani ætate fuit *Soranus* Ephenſius. Item fuiſſe videtur *Cælius Aurelianus* Siccenſis, cujus habemus libros quinque Tardarum paſſionum, ac tres Celerum Morborum. Sorani enim meminit, Galeni non item, eum minime neglecturus, niſi major natu eſſet: laudare enim eos ſolet, ex quibus profecit.

Caſpar. Barth. ad Statium Tom. II. pag. 193.

Methodicus insignis.

Idem Adversarior. Lib. V. cap. 17. *pag.* 242.

Quæ ut penitus illustrentur, legendum censeo caput 8. Libro V. Tardarum apud *Aurelianum* Methodicum, & veteris Medicinæ quemdam Criticum.

Idem Adverſ. Lib. XXXVII. cap. 23. *pag.* 1711.

Vide *Cælium* præf. Acutarum; Scriptorum insignem, & quem exstare omnis litteraturæ interest.

Idem adverſ. Lib. XXXVIII. cap. 3.

Methodicus insignis, & veterum Logicorum atque Empiricorum quidam generalis censor aut Criticus, est *Cælius Aurelianus*; sed quia peculiari quodam stilo usus est, vix ulli notus satis aut intellectus.

Idem Adverſ. Lib. XLVIII. cap. 19.

Laudatur idem (*Herophilus*) multoties & a *Cælio Aureliano* Methodico doctissimo, sed & stilo difficili, Scriptore.

Reineſ. Var. Lect. III. cap. 17. *pag.* 651.

Est alioqui *Cælius* iste Scriptor eruditus, qui Græcorum vetustissimorum, ut in sectas abierant, Doctrinas, diligentissime compilavit, digessit, recensuit & libere excussit. Etsi enim *Methodicorum* sectæ fuerit adscriptus, quod inde conjicitur, quia *Themisonis*, *Thessali*, *& Sorani*, quem principem identidem adpellat, & semper sequitur, dogmata frequenter repetit & illustrat, laudatis eorum a nemine præterea memoratis libris, subinde tamen quod majores sui peccanter definiverant non erubuit vellicare. *Themisonem* circa curam cephalalgiæ, l. 1. c. 1. epilepsæ, c. 4. paralyseos, l. 2. c. 1. podagræ, l. 5. c. 3. libere reprehendit: in cura elephantiaseos eum quædam erronea sensisse scribit, cum Methodicam disciplinam nondum liquide, ab Asclepiadis erroribus & secta adhuc circumfusus, perspiceret, l. 4. c. 1. l. 5. c. 2. *Thessalum* itidem l. 1. c. 1. l. 2. cap. 7. Omnium vero veterum in curatione dolorum articularium Ordinationes, *Dioclis*, *Praxagoræ*, *Esistrati*, *Erophili Sectatorum*, *Asclepiadis*, *Heracliti* lib. 5. c. 2. Et cap. 1 longe plurimum in sanandis Ischiadicis varietates, inconstantias & errores pertransit, ne *Hippocrate* quidem intacto. Stilo ut ferebat seculum (quinto enim vixisse arbitramur, cum linguæ latinæ puritas Europearum gentium idiotismis & Hunnorum Gothorumque Barbarie pene decoxisset) & genius patriæ, quæ *Sicca Veneria* Africæ non ignobile oppidum fuit, usus est grandi, implexo, difficili, ad tautologias usque luxuriante, irregulari, semisolæco nonnun-

nunquam, modo archaismis, modo peregrinis & novis a vulgo acceptis suspendente lectorem, omnino mirifico, quasi Ennodii aut Fulgentii alicujus, ut Latini Græcum videri voluisse, Græci locutum Latini existimare possint: Græcorum ubique adfectator est & interpres, interdum infelicitate etiam sua festivus. Quamvis enim ubique fere crepet Græcos, in horum tamen litteris non minus profunde doctum fuisse & minutiis præsertim Grammaticis non nosse attendere adparet: nonnunquam etiam scientem volentem usitata significatione neglecta novam utcunque quadrantem vocabulis imposuisse, ut cum *lexipyreton tempus* dicit ἀπυρεξίας horas, quibus æger a febre vacat; cum veteres de Medicamentis febrem tollentibus ἀπὸ τȣ̃ λήγειν, lexipyreton, & alexipyreton ἀπὸ τȣ̃ ἀλέξειν usurpaverint: Alexipyretos compositio apud *Scribon.* c. 96. Lexipyreta epithemata apud *Paulum* l. 7. c. 18. *Nicol. Alex. Sect.* 35. *n.* 1. 2. 3. 4. cum ὀνειρόγονον & ὀνειρωγμὸν confundit c. 7. cum sint diversissimæ adfectiones: ἐσχάρωσιν, quo crustæ cauteribus factam inductionem vocant Græci, reddit scarificationem, l. 4. c. 7. vocabulum Græcum abjecta capitali corrumpens, & latinum longe alia ab usitata significatione (est enim scarificatio cutis lancinatio facta scalpello *Colum.* l. 6. c. 7. quod σκαριφᾶσαι dicunt; Barbari *charaxationem*, quia σκάριφος, ξέσις, γραφὴ *Hesychio*, & linearum, characterumque & liturarum impressio) ponens. Cum anxietatem, jactationem, & incontinentiam, qua ægroti, maxime quibus humor vitiosus os ventriculi obsedit, locum subinde mutant, ad quævis διαπρεσȣ̃νται, & summa inquietudine adficiuntur, quam Græci ἄλυν, ἄλυκην, ἀλυχὴν, ἀλυσσὴν, ἀλυσμὸν & ἄλυσιν vocant, adpellat *concatenationem mentis* l. 3. c. 2. quasi ἄλυσιν, quod catenam significat, dixissent isti: Cum *venam laxare* dicit, ex eo quod Græci σκάσαι φλέβα, *Pollux* l. 4. c. 25. σχάσαι autem hac locutione, est σχίσαι, secare, findere, pertundere: cum *poros* πώρȣς, lapidationes Barbaro-Latinis, & Sakeas in articulis Concretiones, Latine *transitus* dici posse docet l. 5. c. 2. Cujus ignorantiæ socium habet *Gariopontum* quoque, ut notavimus c. 12. p. 553. Quia autem Græcos hoc opere sibi proposuit, inprimis antiquos, vel imitandos, vel exponendos, vel arguendos, nemo mirabitur, si *Celsi Pliniique* utpote Latinorum ex instituto non meminit. Perperam enim persuasi sunt viri docti, non potuisse, quia ætate hos præcessisset; ubi cum opinione falsa luctari nos oportet. Nam præter quam quod dicendi genus incomtum & semibarbarum reclamat, certe ex ineptis Græcarum vocum etymologiis (v. g. cum podagram a ferali dolore ita dici argutatur, siquidem omne quod immite fuerit agreste vocamus, l. 5. c. 2. Cum μανίαν dictam modo quasi μονίαν, quod perseverantius corpus teneat ac difficile pellatur: modo quod animum ultra modum laxet; μανὸς enim dimissius sive mollis: modo ἀπὸ τȣ̃ λυμαίνειν, quod polluat ægrotantes: ἀπὸ τȣ̃ μονȣ̃σθαι: *quod desertum sive solitudinem cupientes faciat ægrotantes*, l. 1. c. 5. Cum ὀρθόπνοιαν contrario vocabulo suæ virtutis nomen accepisse, & cum sui ratione convertat ac depravet, tamquam corrigat; *spirandi correctionem* vocari ait l. 3. c. 1.) & e corruptelis earum, ut cum σφυγμὸν μυρμηκίζοντα seu formicalem, adpellat *Myrmezonta* l. 2. c. 14. ὑμένα ὑπεζω-

κότα *Hypozygon Membanam* c. 12. νομὴν, *menomen* l. 4. c. 3. l. 5. c. 8. ὠμήλυσιν, *omelsin* l. 4. c. 3. ὀρήθραν, *uretam* l. 5. c. 8. & 10. ἐσχάρωσιν, *scarosin* l. 1. c. 4. item ex irregulari earum ad Latinorum Modulos flexione, (ut quod Græce erat περὶ κοινοτήτων reddidit *de cœnotetis*; quasi *de cœnotetibus*, vel potius *de communitatibus* dicere non licuisset, l. 2. c. 12. & 13. l. 3. c. 1. & 4. l. 4. c. 1. quæ rudibus seculis delirorum Grammaticorum in Africæ & Europæ claustris φθειριώντων, ægrisomnia & mucidæ laùtarum in Italia & Græcia dapum reliquiæ sunt) nudum, uti loquitur ipse, & probabile est, elapsis seculis melioribus, quæ annis quingentis a constituta Monarchia communiter circumscribuntur, vixisse. Et quomodo si *Celso* prior fuit, sub Julio & Augusto, *Themisonem*, qui Pompeji M. ætate floruit & ab ipso videri audirique potuit, connumerat veteribus? quo modo *Thessalum* Neronis, & *Soranum* Adriani Principatu celebrem, ipse prædecessor, sequi se profiteri, eosque partim laudare, partim reprehendere toties *in libris tardarum* potuit? *Galeni* vero mentione, non quod non novisset virum per ætatem, ut volunt; sed consulto abstinuit ab eo, qui sectæ *Rationalium* acerrimus ὑπερασπιστής, & cum ingenio juxta & dicendi facultate polleret, *Methodicos* & *Empiricos* ad unum omnes pene confecisset, maxime *Thessalum*, quem *Cælius* optimum propemodum maximum adpellare gestit, ejusque τετρατώδεις κοινότητας quas sine causarum notitia ad curationes morborum sufficere putaverat, indignis modis fuisset insectatus: quia judicii libertate, (cæteri malignitatem & dicacitatem adpellabant) eloquentia, & excellente doctrina, odia multorum & vivus in se concitavit, & sustinuit mortuus, ut parcè propterea a medicis proximis, maxime sectariis, & Latinis laudaretur.

Martin. Lister. Medicinal. Exercit. de Hydrophobia.

Atque hæc ex *Cælio Aureliano*, veterum medicorum nulli secundo exscripta habui.

Joan. Andr. Quenstedt de Patriis illustrium Doctrina & Scriptis Virorum pag. 680.

Siccensis Afer fuit CÆLIUS AURELIANUS (qui claruit A. C. 180.) ab aliis dictus *Soranus Latinus*, professione Medicus, vir nulli Græcorum secundus, & in recitandis fide antiquorum sententiis admirandus, Hic Sorani Ephesii libros Latino, minus compto tamen sermone transcripsit, & nunc Methodicæ sectæ scriptor unicus superest, teste *Cl. Conringio tractatu inedito de Scriptor. Secul. II. cap.* 4. Idem reliquit libros V. de Tardarum Passionum curationibus. Credunt nonnulli ipsum Plinio & Galeno fuisse majorem. Quam id egerit, ut Græcæ litteraturæ cognitionem suis commendaret, vel inde patet, quod omnia Græcis accepta refert. Vide *Johan. Glandorpium Onomastic. Roman. p.* 180.

Joan.

Joan. Alb. Fabricius Bibliotheca Latina, edit. 1708. pag. 680.

Cælius Aurelianus Siccensis, cujus *celerum sive acutarum passionum* libri tres a Jo. Guinterio Andernaco emendati atque primum editi Parisiis sunt apud Simonem Colinæum 1533. in Octavo. Quinto anno ante Jo. Sichardus ejusdem Cælii libros quinque *tardarum sive chronicarum passionum* seu morborum, a Theobaldo Fettichio Wormatiensi, Ludovici Principis Palatini Medico, acceptos vulgavit Basileæ 1529. in Folio. In Græcis constituendis & exponendis, quæ in hoc Scriptore plurima occurrunt, Sichardus adjutum se esse testatur a Jano Cornario, cui plurimum sane hæ litteræ debent. Utrumque Cælii opus ad fidem MSti emendatum & notis illustratum nomine suppresso, Lugduni (non Londini, ut legitur apud Merklinum p. 135. & in Pandectis Brandeburgicis) edidit Jac. Dalechampius 1579. in Octavo. Novam editionem ante plures annos promisit Nic. Blancardus in præf. ad Arrianum de expeditione Alexandri. Pridem etiam est quod virum Excell. Georgium Francum a Frankenau, Potentiss. Regis Daniæ Archiatrum in Cælio illustrando, luculentissimaque ejus scriptoris editione concinnanda, occupari accepimus. Th. vero Bartholinus inter deperdita sua memorat, notas & emendationes in Cæl. Aurel. pag. 88. de Bibliothecæ suæ incendio. In libris chronicarum passionum plura emendat illustratque Th. Reinesius lib. III. variar. lect. cap. 17. & 18. L. Cælius Arrianus dicitur Adr. Junio tom. 4. lamp. Gruteri p. 457. & Val. Chimentello p. 130. de honore Bisellii. At Cælium Aurelianum vocandum esse non dubitant plerique alii viri Doctissimi, Reinesio p. 656. seq. laudati. Quia Galeni nusquam meminit, illo superiorem fuisse ætate putabat Vossius p. 98. libri de Philosophia. Sed aliud videtur eidem Reinesio. (*Reliqua huc transscribere supersedemus, ex proxime præcedentibus ex Reinesio adductis uberius petenda.*)

INDEX CAPITUM
LIBRI PRIMI
de MORBIS ACUTIS.

Cap. pag.
I. *Utrumne sint signa phrenitieæ futuræ passionis.* 6
II. *Quæ sequuntur eos qui in phreniticam passionem proni intelliguntur, quos labiles diximus.* 9
III. *Quomodo intelligitur phrenitis.* 10
IV. *Quæ sint huic similes passiones, & quomodo discernuntur.* 12

V. Quo-

V. *Quomodo discernimus a phreniticis eos qui furore febricitant.* 13
VI. *Quomodo discernimus dormientes phreniticos ab his qui in lethargicam deveniunt passionem.* 14
VII. *Que sint differentiæ phreniticæ passionis.* 15
VIII. *Quis locus in phreniticis patitur.* 16
IX. *Quomodo curandi sunt phrenitici.* 17
X. *De Phlebotomia.* 20
XI. *De cucurbita.* 22
XII. *Ad Dioclem.* 28
XIII. *Ad Erasistratum.* 29
XIV. *Ad Asclepiadem.* 30
XV. *Item ad Asclepiadem phreniticos curantem.* 33
XVI. *Ad Themison.* 43
XVII. *Ad Heraclidem.* 46

LIBRI SECUNDI DE MORBIS ACUTIS.

I. *De Lethargo.* 51
II. *Quæ sequuntur eos qui in lethargiam venire posse noscuntur.* 54
III. *Quomodo discernimus lethargos ab iis qui similibus afficiuntur.* 55
IV. *Quomodo distinguendi sunt lethargi ab aliis passionibus.* 57
V. *Quomodo lethargi inter se differunt.* ibid.
VI. *Quis locus in lethargicis patitur, & quomodo curandi sint lethargici.* 58
VII. *Ad Dioclem.* 60
VIII. *Ad Praxagoram.* 61
IX. *Ad Asclepiadem, & Themisonem & Heraclidem Tarentinum.* 62
X. *De Apprehensione vel oppressis, quos Gr. cataleptos appellant.* 68
XI. *Quomodo curandi sint hac passione laborantes.* 75
XII. *Quomodo aliarum sectarum principes istam curaverunt passionem.* 77
XIII. *De pleuritica passione.* 78
XIV. *Quæ consequuntur pleuriticos.* 80
XV. *Quomodo intelligimus pleuriticam passionem in peripneumoniam transeuntem, aut in vomicam venientem.* 82
XVI. *Quis locus in pleuriticis patitur.* 83
XVII. *Quæ sunt similia pleuriticæ passioni. Et quando internoscuntur.* 84
XVIII. *Quomodo curandi sunt pleuritici.* 85
XIX. *Ad Hippocratem.* 88
XX. *Ad Dioclem.* 93
XXI. *Ad Praxagoram.* ibid.
XXII. *Ad Asclepiadem.* 94
XXIII. *Ad Themisonem.* 96
XXIV. *Ad Heraclidem.* ibid.
XXV. *De Peripneumonia.* 98.
XXVI. *Quæ est peripneumoniæ intelligentia.* ibid.
XXVII. *Quomodo intelligitur peripneumonia.* 99.
XXVIII. *Quis locus in peripneumonicis patitur.* 100
XXIX. *Quomodo curandi sunt peripneumonici.* 101
XXX. *De Cardiacis.* 105
XXXI. *Quid est cardiaca passio, vel quomodo ejus agnitio tradenda.* ibid.
XXXII. *Quomodo intelligimus eos qui in cardiacam venire possunt, aut etiam in ipsa constitutos.* 106
XXXIII. *Utrumne febricitent cardiaci.* 108.
XXXIV. *Quis in cardiacis locus principaliter patitur.* 111
XXXV. *Quomodo discernimus cardiacos ab his qui stomacho patien-*

tiente sudaverint. 113
XXXVI. *Quomodo discernimus cardiacos ab his qui prospero sudore liberantur, quem Græci Criticum vocant.* 114
XXXVII. *Quomodo curandi sunt cardiaci.* 115
XXXVIII. *Quomodo aliarum sectarum principes cardiacos curaverint* 123
XXXIX. *Utrum recte Asclepiades cardiacos curaverit* 126
XL. *Utrum recte Themison cardiacos curaverit* 128

LIBRI TERTII DE MORBIS ACUTIS.

I. *De Synanche.* 129
II. *Quæ consequuntur synanchicos.* 131
III. *Quomodo curandi sunt synanchici.* 132
IV. *Quomodo synanchicos aliarum sectarum principes curaverint.* 137
V. *De Apoplexia.* 143
VI. *De conductione quam Græci spasmon vocant, & distentione quam tetanon appellant, & earum speciebus.* 147
VII. *Quomodo discernimus raptum quem Græci spasmon vocant, a tremore atque saltu* 150
VIII. *De curatione* 151
IX. *De Hydrophobia.* 158
X. *Quæ est definitio seu agnitio hydrophobiæ.* 159
XI. *Quæ sequuntur eos qui in hydrophobicam passionem proni ac declives esse videntur.* ibid.
XII. *Quæ sunt similia hydrophobiæ: & quomodo internoscuntur.* 161
XIII. *Utrumne animæ an corporis passio sit hydrophobia.* ibid.
XIV. *Quis locus in hydrophobicis patitur.* 162
XV. *Utrum nova passio sit hydrophobia.* 164
XVI. *Quomodo curandi sunt hydrophobæ.* 166
XVII. *De acuto tormento, quod Græci ileon appellant.* 170
XVIII. *De Satyriasi.* 180
XIX. *De Cholericis.* 183
XX. *Quæ sequuntur eos qui cholerica passione afficiuntur.* 185
XXI. *Quomodo curandi sunt cholerici.* 186
XXII. *De defluxione quam Græci diarhæam vocant.* 192

INDEX CAPITUM

LIBRI PRIMI de MORBIS CHRONICIS.

I. *De capitis passione quam Græci cephalæan nominant.* 195
II. *De Scotomaticis.* 208
III. *De Incubone.* 209
IV. *De Epilepsia.* 211
V. *De furore sive insania, quam Græci maniam vocant.* 237
VI. *De Melancholia.* 247

LIBRI SECUNDI DE MORBIS CHRONICIS.

I. *De Paralysi.* 249
II. *De canino raptu, quem Græci cynicon spasmon vocant.* 267
III. *De auriculæ dolore, atque humoris fluore per auditorias cavernas.* 268

IV. *De*

IV. *De dolore dentium.* 270
V. *De apprehensione sive oppressione, quam Græci catalepsin appellant.* 274
VI. *De vocis amputatione, quam Græci phones apocopen vocant.* 276
VII. *De influxione quam Græci catarrhon vocant.* 277
VIII. *De Tussicula.* 283
IX. *De sanguinis fluore.* 284
X. *Quot, vel quæ sint differentiæ fluoris sanguinis.* 285
XI. *Quomodo intelligamus differentiam fluoris sanguinis* 286
XII. *De effectu sive exitu supradictarum passionum quem Græci Apotelesma vocant* 289
XIII. *De curatione.* 293
XIV. *De phthisica passione* 307

LIBRI TERTII DE MORBIS CHRONICIS.

I. *De suspirio sive anhelitu quem Græci Asthma vocant.* 314
II. *De Stomachicis.* 317
III. *De Phagedæna.* 326
IV. *De Jecorosis quos Græci hepaticos vocant, & lienosis, quos splenicos dicunt.* 327
V. *De Aurigine sive arquato morbo, quem vulgo morbum regium vocant, Græci icteron.* 334
VI. *De Cachexia* 337
VII. *De nutrimenti cessatione, quam atrophiam Græci vocant.* 340
VIII. *De Hydrope* 342

LIBRI QUARTI DE MORBIS CHRONICIS.

I. *De Elephantiasi.* 360
II. *De Phthiriasi.* 364
III. *De Ventriculosis, quos Græci cæliacos vocant, & de cæteris defluxionibus.* 365
IV. *De Ventris debilitate.* 382
V. *De Ventris tumore ac duritia & ventositate, inflatione, ac saltu.* 383
VI. *De Dysenteria.* 384
VII. *De Colicis passionibus.* 386
VIII. *De Lumbricis.* 390
IX. *De Mollibus sive subactis, quos Græci malthacos vocant.* 398

LIBRI QUINTI DE MORBIS CHRONICIS.

I. *De Ischiadicis & Psœadicis.* 400
II. *De articulorum passione, quam Græci arthritin vocant, & de pedum dolore quem podragram appellant.* 407
III. *De Renali passione quam Græci Nephritin appellant.* 415
IV. *De tardis vesicæ passionibus.* 417
V. *De diabete* 422
VI. *De seminis lapsu seu Gonorrhea.* *ibid.*
VII. *De somno Venereo quem Græci onirogonon appellant.* 423
VIII. *De sanguinis emissione ex debilitate seminalium viarum.* 425
IX. *De priapismo.* *ibid.*
X. *De vomicis sive internis collectionibus, quas Græci Empycmata vocant.* 426
XI. *De superflua carne quam Græci polysarcian vocant.* 436

CÆLII

CÆLII AURELIANI
METHODICI SICCENSIS
CELERUM VEL ACUTARUM PASSIONUM
LIBER I.

1 AJunt *Ippallum* Pythagoricum Philosophum interrogatum quid ageret, respondisse, (*a*) *nondum nihil: Nondum quidem mihi invidetur*. Si igitur proficientium testis est invidia, quæ nobis olim comes est, magna gerimus, in his (*b*) quæ gerimus. Placet itaque, BELLICE discipulorum summe, CELERUM PASSIONUM libros scribere, quos tibi utiles magis quam necessarios fore confido. Utiles inquam, ut si qua forte à *Græcis* obscurè dicta sunt, revelentur. Nonnunquam necessarios: hæc enim necessario, in quod sunt posita, me tradente legisti. Nam interrogationum ac responsionum libros, quibus omnem medicinam breviter dixi, jamdudum ad *Lucretium* nostrum perscriptos aptissime destinavi. Is enim, ut nosti, ex omni parte Græcarum scientia præditus est literarum.

a. videtur legendum admodum nihil.

b quæ cum invidia gerimus.

2

3 Principio te scire volo, omnium *celerum passionum* aliquas esse *cum febribus*, aliquas *sine febribus*. Quarum necessario cum febribus, sunt plurimæ, ut *phrenitis*, *lethargia*, *pleuritis*, *peripneumonia*. Sine febribus autem *synanche*, *cholera*, & id genus, sicut ex consequentibus docebimus. Sed exordium sumemus ab his quæ cum febribus esse noscuntur: siquidem *febres sunt acutis magis comites passionibus*, in quibus est *phrenitis* præponenda.

Divisio celerum passionum.

4 Nomen igitur sumpsit à *difficultate mentis*, sicuti & *dysenteria*, & *dysuria*, quod urinam vel ventrem impediant. Φρένας enim græce mentes vocaverunt, quarum, ut supra diximus, impedimentum phrenitica ingerit passio. Nam *Demetrius* Herophilum sequens libro sexto quem de passionibus scripsit,

Phrenitis unde dicatur.

Demetrii definitio.

hanc definiens, *deliratione* dixit *vehementem*, *cum alienatione, atque febre, desinentem in interfectionem celerem, aliquando & in sanitatem*.

exploditur. Sed neque a deliratione vehementi alienationem differre quisquam existimet. Hanc sanè passionem non frequentius cum febribus, sed jugiter ac necessario nunquam sine febribus, esse accepimus, dehinc ultra disciplinam elatus, longa hoc diffinitione explicasse perspicitur, adjiciendo, cito interficientem esse passionem vel desinentem in sanitatem celerem. Erat facile [1] *acutam* vel *celerem passionem* dicere, quod in utramque partem ocyus feratur, & esset hoc diffinitioni sufficiens. 5

Asclepiadis definitio. *Asclepiades* primo libro de celeribus scribens passionibus, *phrenitis*, inquit, *est corpusculorum* [2] *statio, sive obtrusio in cerebri membranis frequenter sine* [3] *sensu, cum alienatione, & febribus*. 6

c. explicans exponens Hanc ipse (*c*) explorans diffinitionem, *cum febribus*, dixisse inquit: siquidem sine his etiam mente alienantur qui *papaver*, aut *mandragoram*, aut [4] *altercum* biberint, aut *immensa ira*, aut *nimio timore* commoti, vel *mœstitia* etiam compressi, aut *epileptica* sunt agitati passione; [5] *sine consensu* (inquit) diffiniens, ne etiam pleuriticum vel peripneumonicum phreniticum putaremus, qui in [6] statu vigore passionis septima vel octava die sæpe mentis erroribus agitantur. Ejus sectatores quidam, residuam partem diffinitionis (*d*) differentes *stationem* corpusculorum vel *obtrusionem*, ajunt eum dixisse *secundum membranas cerebri*, siquidem sint etiam (*e*) medullarum spinæ membranæ in quibus cum fuerit obtrusio, non ingerit phrenitim. *Pluraliter* autem usum dicunt, ut membranas diceret. Siquidem sive per multas, sive per omnes id eveniat, si *singulariter* poneret, negaret esse in multis, sed quisquis hunc sequeretur, unius esse membranæ causam putaret. *Frequenter* autem quod adjecit diffiniens, quidam sequentibus adscripserunt, ut sic intelligamus, *frequenter sine consensu*: quia consensu vehemens fit aliquando phrenitis. Alii vero antecedentibus esse inquiunt jungendum, ut sic intelligatur: *frequenter statio, vel obtrusio*; quomodo enim febrem illam ve- 7 8

d. explanantes σάσιν vel ἔμφραξιν

e. medullæ

he-

1 Hinc observa quos morbos *acutos* veteres appellarint.

2 Voces has *statio* & *obtrusio* Græci σάσιν & ἔμφραξιν dixerunt.

3 sequentia indicant legendum, *consensu*.

4 quod Græci ὑοσκύαμον appellant.

5 morbus enim is per protopathiam fit, non sympathiam.

6 alterutrum horum, tanquam glossema alterius, videtur intrusum.

hementem dixit; cum de causis tractaret, quæ per stationem vel obtrusionem fuerit; illam vero solubilem, atque levem, quæ ex turbatione fuerit liquidarum materiarum, atque spiritus, sic etiam *phreniticam passionem* illam dixit esse *vehementem*, quæ *statione* vel *obtrusione* fuerit effecta *corpusculorum*. Alii vero non, inquiunt, quod sine (*f*) obstrusione fiat aliquando phrenitis, id Asclepiadem dixisse (*g*) accipiamus, sed quia (*h*) sola ex vehementi. Sunt etiam quædam in hominibus sanis (*i*) obtrusiones.

f. obtrusione
g. putemus
h. solum
i. ἐμφράξεις.

9 Erat igitur melius, ut manifestis & consequentibus verbis intelligendam traderet passionem, & non per occultam atq, dissonantem obtrusionem, & quæ fortasse neque esse probetur, sicut libris quos (*k*) intra sectas unius [7] *scriptoris* auctoritate edidimus, docebimus. Sed neque oportuit eandem obtrusionem simul *phrenitim* atque *phreniticæ passionis causam* vocare. Siquidem vis [8] loquutionis nihil aliud designat, quam
10 phrenitim esse phreniticæ passionis causam. Etenim dicere absurdum est, quod secundum *Asclepiadem* causa ea [9] scriptionum sive partitionum sit quas Græci *categorias* appellant, non appellationum quas iidem *prosegorias* vocant: Non enim alienationis aut febrium, sed alienandi, vel febricitandi causas eum nominare: & sic etiam phrenitizandi non phreniticæ passionis causas dicere. Nam primum ad [10] aliud [11] ex alia re
11 transire videbimur: Utrum ne partitionum, sive adscriptionum, an appellationum sint causæ: de qua re, cum de passionum causis scribere cœperimus, dicemus. Dehinc paululum progrediens, ait: *at quæ statio corpusculorum, sive obtrusio in qualibus, vel ex qualibus, corpusculis fiat, atque etiam quomodo ea quæ partibus eveniunt totum commoveant corpus, ac febres generent, in his, quæ decimo libro scripsimus, enodavimus.* [12] *Nec enim febres*, inquit, *causæ generant, sed febricitare*. Oportebat autem proprie, non improprie loqui.

Perstringitur.

k. contra

7 Sorani, quem potissimum sequebatur.

8 definitionis ab Asclepiade traditæ.

9 *appellationes* Asclepiadici προσηγορίας vocabant, seu *nomina* ipsa rerum ut φρενῖτιν, παρακοπτὴν. *Scriptiones* verò seu *partitiones* verba è nominibus ipsis efficta, ut φρενιτίζειν παρακόπτεσθαι,

10 disputationem intempestivam.

11 quam hic agimus.

12 Asclepiades putabat aliud esse πυρετὸν, aliud πυρετεῖν, & propterea caussam esse putabat aliquam τοῦ πυρετεῖν quæ dictio κατηγορία est non τοῦ πυρετοῦ, quæ vox est προσηγορία, itaque is putabat ἔμφραξιν caussam esse τοῦ πυρετεῖν, id. febricitandi, τὸ δὲ πυρετεῖν τοῦ πυρετοῦ,

quomodo ab aliis defendatur.

Alii hæc defendentes ajunt, eum verbis significasse phre- 12
nitim esse passionem ex obtrusione effectam, habereque con-
suetudinem, pro effectu causas ponere. Nam [13] luem diffi-
niens, *lues* inquit, *est qualitas insueta, in his, ubi est, locis consistentium animalium, qua è communi causa facilibus morbis & interfectivis adficiuntur*. Etiam nunc luis causam pro effectu sumpsisse perspicitur. Causa etenim luis, est qualitas: Lues
autem declivitas in ægritudinem prona, atque (*l*) celeber-
rima, communibus antecedentibus causis. Et in aliis vero his 13
utitur sæpe (*m*) sumptionibus quas Græci μεταλήψεις appellant,
ut exempli causa, dicat densatum liquorem, pro partibus li-
quoris densatis: partes enim ad totum redigit. Sed neque ex-
piant his maledicta, (*n*) sed ostendunt etiam in aliis simili-
bus peccatis adfectum. Quærimus enim non si consuetudinem
habuit (*o*) sumptionis faciendæ; sed utrum hæc consuetudo
recta esse videatur. Externa etenim si fuerit hæc a diffinitio-
nibus consuetudo, veniam fortasse merebitur: in [14] diffinitio-
nibus vero non poterit ad veniam pertinere. Oportebat enim 14
diffinitive loquentem propriis uti sermonibus, & non abusi-
vis, neque (*p*) sumptionibus, quæ in contrarium sæpe vocentur.
Neque nunc *obtrusio causa est phreniticæ passionis*, sicut in a-
liis ostendimus: Neque causam debuit pro effectu accipere,
neque in *membranis* consequens est, obtrusionem fieri, sed in *sensibus*, hoc est in *sensualibus viis*, quas Græci αἰσθητήρια vo-
cant. Omnis enim phrenitidis causam vel substantiam, alie-
nationem generaliter, communiter autem alienationis substan-
tiam in sensibus constitutam, existimavit *Asclepiades*. Denique 15
in diffinitionum libris alienationem diffiniens, hoc genere ex-
plicavit: *alienatio est passio in sensibus*, ex qua aliquando [15]
majores intellectus efficiuntur capacitate, non consensu alia-
rum viarum; aliquando vero viæ capaciores motibus; sed hoc
(*q*) tardans inquit, ac sine febribus, (*r*) furor vocatur,
quem vulgo insaniam dicunt: recens autem atque cum fe-
bribus, neque cum sensu phrenitis intelligitur. Si igitur phre-
nitis passio est *in sensu*, non recte eam principaliter diffiniens
ob-

l. plurimis infesta

m. transsumptionibus

n. verum

o. transsumptionis

p. transsumptionibus

q. diuturnum

r. μανία

13 Pestem aliumve morbum malignum endemium.

14 si in aliis rebus id usurpetur, quam definitionibus.

15 majores impetus (nempe corpusculorum quæ obtruduntur) capacitate viarum, sine aliarum partium consensu; aliquando viæ capaciores motibus (nimirum cum hic morbus fit ex turbatione liquidarum materiarum & spiritus) ut sup. §. 8. de febre dixit.

16 *obtrusionem* dicit esse in *cerebri membranis*. Addo etiam fieri phrenitim ex [16] consensu perseveranti ac vehementi, sicuti ex aliis antecedentibus causis. Oportuit ergo etiam in eo quod diffiniens adjecit, verbum frequentiæ servare ordinem, ne dicendi ambiguitatem daret. Ex qua ejus sectatores inter se plurimum pugnaverunt. [17] Mentitur etiam aptissime; cum suam explanans diffinitionem, dicit quod papaver alienationem facit. Soporiferam etenim ingerit [18] *pressuram*. Hoc adeo defendentes quidam ejus sectatores, ajunt etiam somno fieri alienationem.

17 Ipse denique *Asclepiades* in primo libro *celerum passionum*, [19] furiosos inquit facere somnum; sic etiam alienationem [20] faciunt. His nos respondebimus, differre pressuram a somno, quia contra naturam est. Etenim pressura intelligitur contra naturam somnus. Papavera autem pressuram, non somnum faciunt. At si accipiunt etiam pressuram somnum vocari, quæ necessario contra naturam est, oportebit etiam *lethargos* dicant alienari, & erit diffinitio *phreniticæ passionis lethargiæ* communis. Et in lethargis obtrusio est secundum *Asclepiadem* in membranis cerebri cum febribus ac sine consensu. De hinc etiam in furore non febricitantium communis erit definitio; in his enim, ipse ait, obtrusionem in membranis cerebri frequenter sine febribus atque cum alienatione effici.

18 Huic occurrentes quidam ajunt quod inquit, *cum febribus*, duo significare. Unum quod *tardantem* cum membranarum obtrusione longi scilicet temporis [21] *febrem* significet, & non ex ipsa sumpserit exordium: aliud cum febribus quidem, sed ex causa obtrusionis membranarum natis, febres oriuntur parvæ atque mitiusculæ, cum in minutissimis fiunt plagæ sive (*s*) percussa, atque adfricationes, quæ corpori minimum accendere fervorem possint. Sed etiam nunc confitentur confusum dictum, si ex [22] hoc duo significat, [23] alterum ex his verum, alterum falsum. Dehinc febrem fieri in phreniticis ex obtrusio-

Distinguitur.

s. percussus

16 ut peripneumoniæ & pleuritidis: sed ea potius παραφρενίτις est.

17 visus & cognitus mihi, qui esu cicutæ in jusculo sumptæ loco apii hortensis, stolidus & mente eiptus reliquum vitæ tempus transegerit.

18 altum profundumque somnum.

19 quosdam maniacos fieri ob somnos longiores.

20 *somni* subintellig.

21 quæ non ex ipsa, vel phrenitide, vel obtrusione phrenitin gignente, quod potius est.

22 hac interpretatione.

23 Ambo enim vera esse non possunt.

t. solitam sione membranarum (t) solitum accipiamus, eorum tamen dictis id repugnat. Additur enim alienatio febribus, denique etiam obtrusio ex qua alienatio fiet. Quod igitur [24] secundo sequitur, causa [25] prioris esse non potest. Addo etiam febrium quæ per totum corpus exardescunt causam ex obtrusione membranarum factam, qua totum corpus accendatur, ratione carere. Etenim in *epilepticis*, quibus etiam (v) raptus omnium 20
v. convulsiones membrorum ex cerebri membranis, atque majore causa secundum Asclepiadem (vv) descendit, quapropter etiam phlebotomiam probat adhibendam, oportebat magis ac vehementius febrem accendi. Siquidem majora corpuscula majoribus mista cum toto majores faciant plagas sive percussiones & adfricationes. In libris denique diffinitionum, phrenitim inquit
vv. conscendit
x. subitus esse alienationem repentinam cum febribus. Sed etiam (x) novus furor, quem insaniam vocant, sæpe movetur cum febribus.

Auctoris definitio. Nos igitur manifeste atque breviter quantum res patiuntur, 21
intelligentiam, sive diffinitionem passionis trademus, dicentes, *phrenitim esse alienationem mentis celerem, cum febri acuta, atque manuum vano errore, ut aliquid suis digitis attrectare videantur,* quod Græci (y) κροκιδισμὸν, sive (z) καρφολογίαν vocant, *& parvo pulsu ac denso.*

y. floccorum collectionem.
z. festucarum collectionem.

24 obtrusio. 25 febris.

CAPUT I.

Utrumne sint signa phreniticæ futuræ passionis.

DE hinc quærendum, utrum ne sint *signa phreniticæ futuræ passionis?* Nam multi sectarum principes, inter quos 22
Thessali sententia. fuit & *Asclepiades*, signa futuræ passionis posuerunt. At *Thessalus* & ejus sectatores, id posse fieri negant, dicentes, quia si futuræ *phreniticæ passionis signa* vera atque necessaria fuissent, oportebat omnes in iisdem constitutos necessario esse phreniticos. Nunc vero quidam cum his afficerentur signis, in phreniticam passionem non venerunt. *Secundo* oportebat etiam aliarum passionum futurarum esse signa. Nullius autem futuræ passionis signa esse perspicimus. Neque igitur phreni- 23
ticæ passionis esse posse signa credamus. Sed neque præstantius

quic-

(*a*) quicquam antecedentium causarum, ut adustio, crüditas, vinolentia, atque exercitium post cibum, vel mansio sive somnus in speluncis (*b*) confertur, aut nova politura in muris (*c*) parietis cubiculorum. Hæc alias quoque passiones ingerunt generaliter, ut *lethargiam*, *apoplexiam*, *epilepsiam*. Neque multos, tempore certo, specialiter phreniticam incurrere passionem, ut [1] Autumno vel alio quolibet, firmum esse credamus. Incertum est enim, siquidem non [2] omnes phre-
24 nitici efficiantur, sed alii diversis afficiantur passionibus. Neque etiam vigilare, ac jugiter cum dolore (*d*) urinam reddere parvum, vel plurimum, atque gravedine vel dolore capitis, vel occipitis, vel clunium affici, aut oculorum rubore, certa signa sunt. Hæc enim signa communia sunt passionum, quæ *vexata membrana cerebri* fiunt, atque inde male laborantium ægrorum, nec necessario omnium, ac semper *phreniticorum*. Dehinc audacia sine ratione, vel è contrario [3] securitas & hilaritas, non futuram, sed præsentem alienationem designant.

a. aliquid quam antecedens caussa

b. affertur *subint.* pro signo.

c. & parietibus

d. urinæ

Signa communia male affectarum meningum.

25 Hæc expugnantes *Asclepiadis* sectatores contra *primum* responderunt; quanquam, inquiunt, signis futuræ passionis ægri afficiantur, ratione tamen certa non in ipsam plerunque veniunt, siquidem imminentem passionem (*e*) cohibeat medicinalis vera curatio; quod inquiunt debemus diffinitione explicatum accipere. Etenim furore febricitantium, non ex obstrusione membranarum, quæ non [4] sinat, initium sumere.
26 Non igitur negant *signa* fuisse futuræ passionis. Dehinc signorum quædam inquiunt secundum *Asclepiadem* esse necessaria, ut cordis vulneratio mortis signum: quædam non necessaria, sed frequenter futura significantia, sicut membranæ capitis vulneratio moriturum vulneratum significat, frequenter enim hoc, non jugiter, ac necessario contingit. Futuræ igitur phreniticæ passionis signa frequentiam non necessitatem futurorum (*f*) designantia. quapropter [5] manet genus futuræ phreniticæ passionis in signis, quanquam non necessario in eam veniant ægrotantes. [6] Contra *secunda* vero hæc (*g*) probavemus & de singulis scribentes docebimus. De-

Ab Asclepiadis sectatoribus rejecta.

e. inhibeat

f. designare

g. probabimus

1 cujus constitutionem ad caussas antecedentes referebant.

2 certo tempore.

3 sine ratione.

4 desinat, i. auxilio medicinæ tollitur.

5 certum est esse signa futuræ phrenitidis.

6 Nos vero probavimus antecedentes caussas quas sigillatim scripsimus, & docuimus, debere soli phreniticæ passioni privatas inveniri.

Dehinc potest etiam soli phreniticæ passioni hoc privatum 27
inveniri; ut enim ab aliis passionibus differt, sic etiam cum
nondum est, (*h*) differre cæteris, respondentes ajunt; ante-
cedentes causas quas *procatarcticas* appellant, singulares qui-
dem, non esse futuræ passionis signa, ut neque rem sine tem-
pore, neque (*i*) concurrentia, ut forte *oculorum sanguinolen-*
tia, vel *capitis gravedo*, sed in unum coacervata, atque con-
currentia omnia. *Audacia vero sine* [7] *ratione, atque hilaritas,* 28
certa significatione indicant signa futuræ phreniticæ passionis: Nam
sicuti & in (*k*) externis, præsentia parvitate (*l*) jam laten-
tia pro futuris accipimus. Igitur *Thessalus* primo libro diæ-
tetico præcepit, *phlebotomari in stricturam magnam venturos*; at-
que hos ita designat, *jugiter febricitantes, & usque ad dimis-*
sionis tempus submerso pulsu affectos, frequenter vel cum dolore
urinam reddentes; cum hæc præsentis jam sint vehementiæ si-
gna, non futuræ. Ex ea enim significatione futuram dicunt 29
intelligi *phrenitim* quæ non (*m*) naturalis est, sed multorum
placitis firmata. Dehinc præsentis passionis signa necessaria es-
se confitentur. Ajunt enim quædam esse quæ futura denun-
tient, quædam quæ sæpe futura, quorum secunda futuræ phre-
niticæ passionis esse dicunt, siquidem nun necessariò sequitur.
Quid enim est *repugnans*? omne etenim signum ad eam rem
quam (*n*) significaverit intelligitur; est enim ex his quæ ad
aliquid intelliguntur. Quomodo igitur signum vocari potest
cujus non solum præsens non est quod (*o*) ostenderit, ve-
rum etiam in quibusdam neque erit.

Celii sententia. Secundum nos itaque, *declivitatis atque pronæ ægritudinis in* 30
phrenitim signum recte nuncupatur, ut labiles in passionem, æ-
gros pronuntiemus, quos Græci ἐπινόσους totius appellatione vo-
cant. Ipsius enim verbi qualitas, sive veritas excussa, designat
aliquid esse, *quo res ferantur, nec tamen necessario venturæ*. Si-
gna igitur res ipsa semper præsens, quæ significatur, osten-
dit, qua sæpe etiam futura noscuntur. Alia vero esse *signa*
declivitatis in phrenitim, alia in *lethargiam* atque cæteras pas-
siones, ex his reddere (*p*) cœperimus, cum sua suis manifesta-
bimus.

h. differre caussam ejus a

i. symptomata quæ morbum sequuntur.

k. affectibus & morbis

l. adhuc

m. necessaria

n. significat

o. ostendit

p. incipiemus

CA-

7 Hæc signa ostendunt jam gliscentem, quæ futura & non præsens dicitur, quia adhuc parva est.

CAPUT II.

31 *Quæ sequuntur eos, qui in phreniticam passionem pronis intelligantur, quos labiles diximus.*

IN *phreniticam* igitur *passionem pronos* vel declives sequitur *febris acuta*, atque difficile ad superficiem corporis ascendens, *pulsus* (*a*) *humilior*, *densior*, *vultus subinflatus*, sive plenus, *sanguinis per nares destillatio*, *vigiliæ juges*, aut *turbatus somnus*, & *insania turbulenta*, *mentis solicitudo*, *ac pravitas sine ratione*, *frequens tergorum est* (*b*) *versio jacendi cum capitis assidua commutatione*. Aliquando etiam *sine causa hilaritas*, *oculorum rubor cum levi lachrymatione*, & *circumjectio manuum sine ullo capitis dolore*, *articulorum frigus sine* (*c*) *tremore*, *urinæ abundantia flavæ*, *aquatæ*, *tenuis*, *& paulatim exclu-*
32 *sæ*. Aliquibus etiam *sonitus capitis*, atque *aurium tinnitus*: dolor quoque capitis repentè non quiescens, *nulla ex manifesta ratione præcordiorum etiam tensio*, *visus attentus*, vel *frequenter palpebrans*.

Signa phrenitidis.

a. obscurus

b. inversio jacendo, vel jacentis.

c. febrili

Quidam *Medici*, ex quibus sunt *Asclepiadis* sectatores, etiam attendunt *aeris qualitatem*, quam Græci καύσημα vocant, & *tempus*, & *antecedentes causas*, & *naturam*, & *ætatem*: *Aeris* inquiunt habitum, ne is calescat, quod ejus [1] causis plurimos afficiat, ut sæpe oculorum inducat *lippitudines*, vel *ulcera*. *Tempus* autem, ut æstatis finem vel autumnum. In his
33 enim ajunt hanc frequentare passionem. *Antecedentes* inquiunt *causas*, ut vinolentiam vel vigilias, ac juges (*d*) adustiones. *naturam* inquiunt ægrotantis, ut si fuerit mente mobilis, atque iracundus, vel in *disciplinis litterarum exercitatus*, aut capite debilitato, & facile [2] inflationem sentienti, vel si quoties ægritudine afficitur, facile alienatione vexetur. *ætatem* inquiunt si *juvenis*. Omnia quidem sunt providenda, non enim ex uno vel duobus, sed ex multis concurrentibus, significatio firmatur: unum etenim quiddam commune est. At vero in unum conveniens multorum concursus, (*e*) discretionum facit intelligentiam (*f*) prominere.

d. in sole moram & balneis.

e. morborum differentiæ.

f. eminere

1 i. e. ardor, æstus; frequentius usurpatur vox greca καῦμα.

2 *legi potest* & inflammationem

CAPUT III.

Quomodo intelligitur phrenitis.

34

Quid sit stricte signum? a. ἔνδειξις

INtelligimus phrenitim ex toto signorum concursu. Unum etenim singulare quicquam, ut est alienatio, vel febricula non designat phreniticum, sed si multa concurrerint, quæ nihil aliud quam passionem designent, ut sit (*a*) significatio, quæ ut supra diximus ex multis confecta, unum faciat signum, & significans ejus rei quam demonstrat. Quare ut dixi intelligimus *phrenitim ex concurrenti febre acuta, & alienatione, & pulsu parvo atque crebro, attestante carphologia & crocidismo.* Ex his enim intelligitur *passionis genus.*

Magnitudinis vero atque *proprietatis differentiam*, plurima 35
atque alia sunt quæ designant, a græcis symptomata appellata, ut febres continuæ, vel hemitritææ, vel inæquales, adque superficiem corporis difficile ascendentes: alienatio intra diatritæum, vel post diatritæum tempus, jugis aut intercapedinata, cum risu tacito, aut cum cachinno, & cantilena, vel certe mœstitudine, silentio, vel murmure, aut vagitu, aut levi secum sua ipsius mussitatione, vel mentis indignatione, ut in furore exiliens *difficile teneatur*, atque omnibus *iracundus sit*, & exclamet, vel *sese percutiat*, aut suam *vestem* atque propinquantium *scindat*, aut metu se abscondendum existimet, aut lachrymetur, atque secum loquentibus non respondeat, cum loquatur tanquam visis, & non solum non visis, sed etiam mortuis; & neque *potum postulet*, neque *cibum*; aut acce- 36
b. i. non masticatum
ptum vehementer invadat, & (*b*) immasticatum transvoret: aut masticet, neque transvoret, sed in ore contineat, & post paululum projiciat: *lucem* quoque aut *tenebras* fugiat, adsint etiam *vigiliæ juges*, aut *parvus & turbulentus somnus*, *oculi sanguinolenti*, cum *tensione venarum* suarum, & *fixo visu*, atque sine ulla *palpebratione*, aut multum mobili, & cum jugi palpebratione; aliquando etiam manuum ante oculos præmissio, quasi aliquid apprehendere, vel detrahere volentium, quod aut inhæsisse oculis, aut ante volare ægrotanti videatur. *Vultus* et- 37
c. collapsa facies & distorta.
iam quibusdam (*c*) *collectus* atque *conductus*: *genarum rubor* perseverans, aut per intervalla in *pallorem* mutatus: *capitis siccitas* quæ statim ebibat fomenti liquorem: *dentium stridor*:

gut-

guttæ *sanguinis* levissimæ per *nares*, *capitis* frequens (*d*) alienatio, cum *aurium* intentione, ut aliquid audire videatur: indecens *jacendi* positio: *pedum* quoque jugis ex alto *submissio*: corporis (*e*) *vacua fortitudo*: *articulorum jugis torpor*: *raptus* etiam vel attractio *cooperimentorum* a pedibus ad superiora: *ventris fluor*: urinæ aquatæ, vel felleæ cum nubeculis
38 portentosis: ultimo quibusdam etiam *vultus* (*f*) *mortuosus*, aliis cum collo *subinflatus*: *manuum tremor*: pulsus creberrimus, atque *submersus*, & *tremulus*, & imbecillis, aliquando etiam deficiens, & in similitudinem oleo defecti luminis marcescens: *præcordiorum* vehemens *tensio* atque ad superiora adductio: *singultus*, *linguæ impedimentum* atque loquutionis (*g*) inapprehensibilis articulatio. Dehinc quibusdam (*h*) *diaphoresis*, quibusdam *spasmus*, aut (*i*) *pressura*, quæ *lethargicam passionem*, attestantibus cæteris denuntiet: hæc pulsus inducit celeres, multos ac parvos saltus. In magnitudinem erectio quæsita, & ægrotanti incongrua atque subinanis. Relevatis autem atque ad (*k*) sedem pergentibus omnia supradicta minuuntur.

39 *Gravius* autem ac *perniciose* affici dicimus eos quos ut supradictos plurima atque varia fuerint secuta jugiter & sine ulla indulgentia laxamenti. *Pejus* autem laborare dicimus eos, qui post primam [1] diatriton fuerint hac affecti passione, quam qui ante ipsam. Etenim præsauciatis viribus quicquid adhibetur, grave atque (*l*) indignum est adjutorium, (*m*) vel phlebotomice quæ principaliter [2] temporis causa adhiberi prohibetur.

40 *Exitialiter* etiam affici dicimus eos, qui asperrimi atque audaces fuerint ægrotantes. Insontine etenim etiam sani iracundi esse perspiciuntur. Nec non etiam qui subridere videntur, & *stridore dentium*, aut *singultu* affici. His etiam *spasmus* imminere significatur. *Gravius* etiam si mutabiles fuerint colore, & tremuli, & *stertentes*, aut (*n*) fastidiosi per omnia.

Aliarum vero principes sectarum juxta ætatis differentiam *gravius* affici dicunt, juvenes cæteris ætatibus: juxta sexum & naturam viros (*o*) ac fœminas, quomodo etiam sapere [3]
41 plus est in juvenibus (*p*) atque (*q*) majoribus. Majus enim

d. situs mutatio.
e. vana: cum aliquid summo conatu, sed frustra, efficere tentant.
f. cadaverosa facies.
g. quæ intelligi non potest.
h. Leipothymia; virium dissolutio.
i. somnus altus & profundus
k. sanitatem
Signa prognostica
l. incongruum
m. imo & ipsa phlebotomia
n. ἀσώδεις
o. i. quam
p. i. quam
q. senibus: natu grandioribus.

 sit

1 primum triduum post quam morbus apparuit.

2 temporis caussa. i. occasionis: nempequia vires imbecillæ sunt.

3 magis a temperie naturali recedit: vel magis mirum, si juvenes præter ætatem sapiant.

r. i. robore & juvenilis ætatis viribus. s. risu

fit malum, (*r*) firmitate reliqua adjutum. Dehinc etiam qui natura fuerint tristes, & in passione cum (*s*) ridiculo deliraverint, aut rursum hilares natura, atque chachinnosi, cum iracundia & mœstitudine ægrotantes gravius affici dicunt. Siquidem nulla vestigia ex his quæ sanitati fuerint consueta, remansisse videntur. Nos vero dicimus communiter graviter laborare quos passionis adficit magnitudo. *Illud enim semper in ægritudine magis afficit, quod a natura plurimum recesserit.*

CAPUT IV.

Quæ sunt huic similes passiones, & quomodo discernuntur. 42

a. mania b. μώρωσις c. hyoscyamum d. nimirum in furiosis & melancholicis e. obstinatius f. laxamento, mitigatione.

Similes sunt atque vicinæ phreniticæ passioni ex ipsa alienatione, (*a*) *furor*, quam vulgo insaniam vocant, *melancholia*, *pleuritis*, atque *peripneumonia*: quæ sæpissime accessionis tempore alienationem faciunt. Item (*b*) mentis alienatio in his qui *mandragoram*, aut (*c*) altercum biberint. Internoscuntur autem furentes atque melancholici a phreniticis: siquidem (*d*) alienatio sine febricula, atque crocidismo, vel carphologia esse videtur. Dehinc tarde sæpissime finit, atque sine [1] passione. Item *melancholia fellis nigri vomitum* facit, stomacho patiente, aut plus a cæteris corporis partibus ægrotante. (*e*) Præstantius autem odisse homines facit, atque vultus colorem plumbeum. Item *pleuritis* & *peripneumonia*, & omnes passiones, quæ ex dolore accessionis tempore alienationem faciunt, internoscuntur hoc modo. Primo quod cum dolores asperantur, extenditur atque consurgit alienatio, & eorum (*f*) indulgentia minuitur, quippe levis atque solubilis deliratio. Nam phreniticorum etsi ex consensu fuerit facta, tamen non semper accessionibus aucta, aut demissionibus minuta, sed magis intardans atque perseverans perspicitur. Si vero poto malo medicamine, vel alterco alienentur, discernuntur secundum interrogationem præcedentes causæ. Sed quia etiam de medicamine potò potest phrenitis evenire, (non enim præordinatæ atque fixæ sunt necessario ejus antecedentes causæ) ad interrogationem præcedentium causarum æger non credibilis esse potest; item externi, hoc est, ab ægro alieni antecedentia nescire possunt, potius differentiam

43 44

1 dolore capitis, *nisi legas* compassione.

tiam accipimus, ut si non febricitat, hoc sit signum internoscendarum causarum: si autem febricitat ut crocidismus atque carphologia & densitas pulsus absint. His enim qui mandragoram vel altercum biberint rarus est pulsus.

CAPUT V.

45 *Quomodo discernimus a phreniticis eos qui furore febricitant.*

QUando furentes sive insanos a phreniticis *sola febrium sinceritate* omnes sectarum principes secreverunt, & sæpe etiam febris ex aliis causis his passionibus incidit, oportebat hos etiam cum febribus furore delirantes a phreniticis discernere: Non quidem mutandæ curationis causa: Omnes etenim passiones celeres supradictæ, atque tardæ, sed (*a*) insuper positione constitutæ, quam Græci [1] ἐπίθεσιν vocant, laxativa atque mitigativa indigent curatione. Sed ad demonstrationem, quo possemus etiam specialium uti discretione, hæc posuimus.

a. humoris vitio si plenitudine & abundantia

46 Est autem utilissimum etiam localibus adjutoriis, ut patientibus locis, vel plus patientibus curationem adhibeamus. Nam *phreniticis* atque furiosis *caput* magis, [2] *melancholicis stomachus* patitur. Igitur non febricitare furiosos (*b*) percunctatum non est sive universale, quod Græci καθολικὸν vocant, [3] sed est discrepatione partile. Siquidem, ut diximus, quidam febribus afficiantur, sed phrenitici acutis, vel celeribus, furiosi vero tardis; quanquam sit etiam hoc insufficiens discretioni, propter eos qui repentino furore agitati febricitant.

b. ἀξίωμα.

47 Remanet, ut ordine accidentium discretionem faciamus. Præcedit enim febrem in [4] furiosis alienatio, in phreniticis verò febricula alienationem: sed quia aliquando potest furentum alienatio concurrens febriculæ latere, aut ordinis, aut interrogationis, ut supra diximus causa, si quidem ab ægro narrari non possit, advertamus in *phreniticis parvum atque crebrum esse pulsum necessario*, in *furiosis* vero *majorem*. Sed quia initii, vel augmenti accessio-

1 Alii sic exponunt morbos, qui fine ἀ privationis dictione, ut κῶμα, κάρος pronuntiantur, per ἐπίθεσιν constitui: eos verò per ἀποσίρησιν, qui cum ἀ proferuntur, ut ἀγρυπνία, ἀπεψία.

2 observa, melancholiam veram esse putat, quæ gignitur affectu primario ventriculi.

3 in discrepantia & diversa dividitur, & patitur, ut aliquando verum sit, aliquando falsum.

4 qui ob aliam causam febrem contraxerunt.

ſionis febrium par in his atque creber pulſus eſſe poteſt, declinationis autem atque (*c*) indulgentiæ major, illud advertere debemus: quia in phreniticis etiam tunc parvus atque denſus perſeverat, ut diſcretionem magis ex pulſu faciamus; quanquam etiam ipſa infirmetur ſæpe febrium (*d*) nequitia, qua ut in 48
aliis paſſionibus, ſic etiam in furioſis, pulſum parvum atque denſum ſervat, ita diſcerni vel internoſci poteſt, cum neque *crocidiſmum* in ægrotantibus viderimus, quod eſt ex operimentis fimbriarum veluti decerptio: neque *carphologiam*, quæ eſt feſtucarum levium à parietibus veluti detractio, quam neceſſe eſt phreniticos facere. Quæ denique ſi furioſis advenerint, in febribus conſtitutis, in phreniticam paſſionem, ex inſania veniſſe pronuntiamus, tanquam rurſum, & phrenitica paſſio recedentibus propriis ſignis, hoc eſt, ſupradictis in furorem tranſeat. Non aliter quam ſi etiam aliis id teſtantibus ſignis, in lethargiam veniant, vel certe relevati ex lethargia, in phreniticam redeant.

c. remiſſionis

d. malignitas κακοήθεια.

Affectuum commutatio, & παραλλαγή.

CAPUT VI.

Quomodo diſcernimus dormientes phreniticos ab iis qui in lethargicam deveniunt paſſionem. 49

(*a*) QUomodo *phrenitici* aliqui augmento paſſionis in *lethargiam*, aliqui declinatione in *ſomnos* devenerint, & cum aſpectu [1] commune ſit, quod utrique non ſentiunt, (*b*) atque multos inexercitos *Medicos* errore fefellerint, ut dormientes tanquam depreſſos excitarent, aut (*c*) oppreſſos tanquam dormientes ſine adjutorio paſſioni traditos, reliquiſſent; utilem ducimus eorum diſcretionem faciendam.

Diſcernuntur igitur *colore*, *charactere*, *reſpiratione*, *pulſu*, *tactu*, *ſchemate jacendi*, *febrium magnitudine*.

Colore inquam; dormientium enim (*d*) mundum corpus, 50
atque (*e*) floſcule vividum, & naturali habitudine plenum. Oppreſſorum vero in lethargica paſſione pallens, vel plumbeum, vel quolibet alio colore affectum, invenitur. *Character* autem dormientium hilaris, lethargicorum triſtis invenitur. Item *ſpiratio* dormientium ordinata, lethargicorum tarda eſſe probatur. *Pulſu* etiam diſcretionem facimus, qui quanquam utri-

a. Cum

b. cumque

c. lethargicos

d. nitidum

e. floride

1 i. commune ex viſu ſignum habeant.

utrique subinflatur atque major, tamen cum inanitate in lethargicis, cum plenitudine dormientibus invenitur. *Tactu* autem lethargicis etiam præcordia distenduntur plurimum, & totum corpus durius fit, ob nimiam [2] *strictuam*: dormientibus vero e contrario, quia strictura minuitur, etiam præcordia *rela-*
51 *xantur*, & totius corporis tactus mollior efficitur. *Schemate jacendi*, discretio fiet: Siquidem lethargici à capite lecti ad pedum loca labantur, & incomposito, vel indisposito jaceant corpore; dormientes vero congrua naturæ positione cernantur. *Magnitudine* inquam *febrium*: dormientium enim minor ac lenior, lethargicorum major atque aspera febricula invenitur. Quapropter observanda sunt etiam *tempora*, si enim in *declinatione passionis*, & in dimissione vel declinatione accessionis sensus ægrotantium quieverint, intelligimus *somnum*. Si vero in *augmento passionis*, vel accessionis, & magis in ejus initio, vel augmento id acciderit, *lethargum* pronuntiamus.

2 Systema veterum *Methodicorum* tale erat. Sanitatem ponebant in tono quodam partium solidarum, inter strictum & laxum medio, quem una voce εὐτονίαν appellabant: Morbi autem omnes ipsis erant vel excessus istius toni, nomine *strictura*: vel defectus quem *laxitatem* seu ἀτονίαν vocabant. Systema hoc reviviscit in aliquibus non infimi subsellii Viris, qui εὐτονίαν Methodicorum venditant titulo *Æquilibrii* solidorum cum fluidis, & utrorumque cum se ipsis. *Strictuam* appellant *spasmos* fibrarum, nimisque vegetam earum oscillationem, & elaterem justo intensiorem. *Laxitas* ipsis est nimis remissus fibrarum elater. Fluida humani corporis, morborum ipsis potius causæ sunt quam subjectum.

CAPUT VII.

Quæ sint differentiæ phreniticæ passionis.

52 DIfferentias phreniticæ passionis quidam ex *accidentium proprietate* faciendas existimant. Aiunt denique aliam esse alienationem cum risu, atque puerili saltatione, aliam cum mœrore, atque exclamatione, vel silentio, aut timore. Nos vero aliam dicimus esse ex *strictura*, aliam ex *complexione strictuæ atque solutionis*. Est enim (*a*) verum ita discernere, ut non accidentium diversitas passionis differentias ostendat, sed generalis quædam ac necessaria designatio, quæ fit ut supra diximus ex *principalibus* [1] *passionibus*, unde etiam *curationum ratio* sumatur.

a. æquum

CA-

1 & earum caussis: strictura: solutione: veriusque complexu.

CAPUT VIII.

Quis locus in phreniticis patitur.

QUæsitum etiam quis locus in phreniticis patitur, & magis a *Principibus* aliarum sectarum, ut secundum differentiam *patientis loci* curationes adhiberent, & *localia* locis *adjutoria* compararent. Nos autem sive *locorum* sive *vicinitatis* eorum causa generalem curationem non mutamus. Non est enim sub eodem (*a*) genere (*b*) jacens locorum necessaria differentia. 53

a. morbi
b. jacentium: *alii*, patientium.

Aliqui igitur *cerebrum* pati dixerunt: alii ejus *fundum*, sive basin quam nos *sessionem* dicere poterimus: alii *membranas*: alii & *cerebrum* & ejus *membranas*: alii *cor*: alii *cordis summitatem*: alii (*c*) *membranam*, quæ cor circumtegit: alii *arteriarum* eam quam Græci ἀόρτην appellant: alii *venam crassam*, quam iidem φλέβα παχεῖαν vocaverunt: alii *diaphragma*: & quid ultra (*d*) tendimus quod facile explicare possumus, si id quod senserunt dixerimus? Nam singuli eum locum in phreniticis pati dixerunt, in quo *animæ regimen* esse suspicati sunt. Denique singulorum judicium atque assertionem pertractantes, expugnabimus *libris* quos de *passionum causis* scribemus. 54

Variorum circa locum affectum sententiæ
c. περικάρδιον
d. orationem proferimus *rejiciuntur*

Nos igitur communiter *totum corpus* pati accipimus, etenim *totum febre* jactatur. (*e*) Implet denique phreniticorum significatione *febrium signum*, quapropter *totum corpus* curamus, sed *plus* pati dicimus *caput*, etenim antecedentia demonstrant signa, ut ejus *gravedo*, *tensio*, *dolor*, *sonitus*, *aurium tinnitus*, *siccitas atque sensuum impedimentum*, & cætera quæ jam passionis præsentis esse signa noscuntur: *singuli sensus* suo careant *apprehensionis officio*, *palpebra dura*, *oculi sanguinolenti*, *ac prominentes*, *genarum rubor*, *venarum extensio*, *vultus inflatio ac plenitudo*, *linguæ asperitas*. Eos vero qui nos ex *naturali tractatu*, quam Græci *physiologiam* vocant, *patientem locum* apprehendere dixerunt, (siquidem prænoscentes animæ regalia in capite constituta, exinde mentis alienationem capitis offensa fieri acceperimus) ita expugnamus, ut primo regale locum (*f*) internum remanserit. Sed nos varietas atque multitudo accidentium in capite signorum, plus (*g*) a cætero corpore docuit id pati. 55 56

Auctoris sententia.
e. impletur, *alii* implicatur.
Signa phrenitidis.
f. i. obscurum & ignotum.
g. pro *quam cæterum corpus*: ut Auctor passim habet.

Sed

57 Sed aiunt *faciem* magis, plurimisque signis affici, & propterea huic esse adhibenda adjutoria. Nunc vero cucurbitam occipitio apponitis, quasi quidem per *apertionem*, quam Græci *Anatomiam* dicunt, didiceritis *sensuales vias* inde sumere exordium. Hic (*h*) rursum similiter eos peccare perspicimus. Etenim *faciem* non curant *cataplasmate*, atque *vaporatione*, atque *occipitium* tanquam *dolens* & *extentum* apposita *cucurbita* (*i*) scarificamus, sicut etiam alias partes, atque præcordia, si in tumore fuerint constituta. Explicata varia passionis (*k*) *apprehensione* ad ejus *curationem* transeamus.

h. prorsum pueriliter

i. scarificant

k. cognoscendi modo.

CAPUT IX.

Quomodo curandi sunt phrenitici.

58 (*a*) QUomodo curationibus principio *locus* aptandus est; jacere oportet phreniticos in *loco omni ex parte devio*, ne aliqua transeuntium voce pulsentur: *fenestris* etiam *altioribus* (*b*) luminato. Sæpe enim in hac passione constituti alienationis causa sese præcipitantes latuerunt. Dehinc ob *obscurationis* proprietatem *strictura* laborantes, in *lucido* atque *tepido* & *amplo* mediocriter locamus. Etenim ultra modum *fervens aer* naturaliter febricula caput incendit, & rursum *frigidus* constringit, atque corporis auget *densitatem*. Item *nimium lucidus* membranam [1] percutit cere-
59 bri immodici splendoris causa. *Parvus* etiam locus si fuerit atque humili tecto, *suffocabilis* erit aeris paupertate. Sit etiam sine ullo *picturæ* figmento, ne visa ægri ex picturis mente accipientes, quæ Græci φαντάσματα vocaverunt, plus *asperentur*, ut in *risum* solvantur; maxime cum ratione careat, *multorum ingressum aut frequentiam* prohibere, & *pictura* occasionem lacerandæ mentis acquirere, cum jugi visu falsa coguntur pro veris accipere. Hinc etiam *splendidi colores* parietum sive (*c*) *straminum*, vel operimentorum prohibendi: Re-
60 sultantes enim, ut ita dixerim, percutient visum. [2] *Solutione* autem [3] obtinenti laborantes e contrario jacere oportet

a. pro *quandoquidem*, *quoniam*, *quemadmodum*, ut Auctor passim habet.

b. illuminato

Omnes strictura laborantes loco gaudent lucido, tepido & amplo.

c. stragularum

C *lo-*

1 Vibrationes sive oscillationes, tenso nimis elatere, justo vividiores & celeriores facit.

2 nam supra c. 7. dixit aliquando fieri ex complexu stricturæ & solutionis.

3 cum solutio major est quam strictura.

loco medie obscuro, atque *refrigeranti*; neque enim nimium *frigidus*, neque *obscurus* passionis mitigare celeritatem potest. *Stramenta* etiam omnibus *mollia* atque operimenta conveniunt: sed *tenuia*, *solutione* laborantibus; *corpulenta* vero atque calida, *strictura* affectis. Sit etiam *lectus* omni ex parte firme locatus, ut cum fuerint impatienter jactati vel necessitate cogente devincti, *immobilis* perseveret, *foribus* etiam atque *fenestra* aversi, ne *ingressu hominum* asperentur.

Varios æstus Auctor recenset pro fallendis phreniticis.

At si etiam *alienatio* fuerit *principali passioni contraria*, ut 61
strictura laborantes *lucem odisse* faciat, *solutione* laborantes *tenebras*, oportet aliis *oculos contegi*, aliis tenue atque *blandum lumen* immittere, *lucernæ*, aut *lucis ætheriæ*, sed *arguto usu* machinatum, quo velut per quandam *cavernam*, ægrotantis *vultum* perfundat, & *nullas* tangat alias *corporis partes*. Sic etiam mitigabitur *alienationis augmentum*, & *adjutorium* id passioni aptum congrue servabit qualitatis effectum. *Laxat* enim, ut supra diximus, *lux*, colore, quo videtur, sed consequenter necessario suæ tenuitatis causa manet cætero circumfusa corpori tametsi non videatur. Similiter etiam *obscuritas* vel 62
tenebræ si fuerint ægrotantibus *odiosæ* & curationi *necessariæ*, erunt artis astutia componendæ. Sed si ita fuerint *alienatione* commoti, qua *obscurari* totum vel *luminari* velint, erit (*d*) conjiciendum, ut quibus *obscurum* aerem fecerimus, *calidum* tamen faciamus, quibus autem *lucidum* econtrario *frigidum* faciamus ut & *congruam* passioni servemus *qualitatem*, & eorum *furorem mitigando* non asperemus. Si vero nihil ægro- 63
tantes prava cupiditas turbaverit, servabit *lucem strictura*, *obscuritas solutione* laborantibus adhibenda. Vel (*e*) quomodo *turbatio* atque *motus* & *jactatio corporis* celeritatem *asperat* passionis, erit aliquando mitigandi furoris causa *ægrorum voluntati serviendum*; *stringitur* enim magis *solutio*, vel *strictura laxatur*, si gravioribus aversis parva *contrarietate* vexentur: sive strictura laborantibus obscurum, sive solutione laborantibus lucidum adhibendum judicamus locum.

d. probe noscendum

e. quoniam

Quid faciendum ubi strictura magis urget.

Dehinc si *strictura* (*f*) obtinuerit, convenit ægrum usque 64
ad *accessionis declinationem vigilare*, tunc somno dimitti. At si *longa* fuerit *accessio*, etiam *ante demissionem somnus* poterit adhiberi. Major enim [4] *ab* (*g*) intemporali somno *vigiliarum* est *vexatio quam intempestivi somni*. Quod probe tenendum.

f. solutionem vicerit

g. intempestivo

4 præpositione *a* vel *ab* Auctor frequentissime utitur pro *præ*, vel adverbio *quam*; ac si diceret, *major est vigiliarum vexatio quam intempestivi somni*.

vexatio. Siquidem etiam vires ægrotantis [5] insinuat. Dehinc (*h*) judicio nostro abstineri vel tolli non [6] potest, *somni* autem *intemporalitas* si fuerit interrumpenda, *excitare* dormientem poterimus, atque *soporis oppressionem* prohibere. *Deliriones* vero *ægrotantium* uso dextero atque *artificio* (*i*) servientes accipere & tolerare debebunt, ut aliis assentiant, alias vero consentientes redarguant, ne *frequenti correctione asperos faciant ægrotantes*. Denique si quos *sanitatis tempore invisos* habuerunt,
65 intrare prohibemus, ne his visis asperentur. Eos vero quos *metu* aut *verecundia* coluerunt, per intervalla intrare permittimus: *parit enim frequentia contemptum*. At si *exilire* de lecto viderimus *nimietate furoris*, melius erit plurimis uti ad remedium ministris, sed qui possint (*k*) lenitate retinere, ut etiam laxamentum stricturæ præbeamus. Vel si defuerint qui ut supra diximus teneant, aut ipsorum visu commoti fuerint ægrotantes, *ligationibus* utimur, sed *prætectis lana* aut *veste locis*, quos vinculis nectimus, ne major utilitate quiescendi imprimatur vexatio. *Ligationibus* etenim *immodice constricta*, necessario tumescunt, propterea omnis in pejus extenditur passio.

h. i. arbitrio

i. famuli & ministri

k. i. leniter

Deligationes caute adhibendæ.

66 Si *linguæ* atque *totius oris siccitas* fuerit, oportet *spongia tenera, aqua calida infusa atque mediocriter expressa, sensim universa quæ* (*l*) *siccaverunt, humectare, non sine cautione*: adjunctos enim sæpe *digitos* spongiæ, alienatione coacti ægri *momorderunt*. Quapropter, si fieri poterit, cogendi sunt, ut *exerant linguam*, atque ita supradicta faciamus.

remedium ad oris siccationes.

l. siccata sunt.

Declinante accessione, hoc est, cum *è visceribus reclusus fervor ad superficiem corporis atque articulos venerit ægrotantis, pulsus quoque densitas, & humilitas in amplitudinem atque raritatem venerit*, oportet *pubetenus*, hoc est, inter umbilicum & pectinem, quod *Græci* ἧτρον appellant, *lanas oleo calido expressas* [7] apponere, quæ omnia etiam vicina contegant, ut
67 *inguina*, atque *vesicæ partes*, (*m*) vel si qua ventrem contegant: *fovendum caput* oleo dulci atque calido. Dehinc alienatione perseverante, etiam *calida cum oleo mixta*, quod *Græci* vocant ὑδρέλαιον. Paullo etenim *vehementius* hoc genus fomen-

Quid agendum morbo remittente

m. ac quasi totum ventrem

5 suppeditat somnus, licet intempestivus. Forte loco *insinuat* legendum *infirmat*, vigiliarum sc. vexatio.

6 *subint*. vigiliarum vexatio.

7 sic cavetur ne vehementia febris, & cerebri consensu in vesica fiat inflammatio, quod accidit sæpius: item ne urina distendente supra modum vesicam, interdum enim delirio ægri oblivioſi meiendum esse non recordantur, ischuria succedat.

ti operatur, si, ut supra diximus, *oleo aqua calida* misceatur, vel *fœnugræci*, aut *lini seminis succus*. Sed hæc singula sine ullo esse odore debent, atque nullo fumi afflatu vexata, ne caput impleant, & alienationem exasperent.

Quid faciendum cum strictura adjuncta est solutio.

At si *adjuncta* fuerit *strictura solutio*, ut aut *venter fluens*, 68
aut *sudores* esse videantur, caput supradicto modo, atque fomentis supradictis curabimus: etenim *alienatio* (*n*) *tumore membranarum cerebri* fiet. Medias vero partes *frigido* ac (*o*) *viridi* curabimus oleo. Si autem (*p*) plurima atque superans fuerit & occulte in (*q*) *diaphoresim* venire posse ægrotantes viderimus, tunc etiam caput dulci quidem, sed frigido oleo fomentamus: etenim *frigus diaphoresim*, *dulcedo strictura*m temperat. *detergendus* etiam erit sæpissime *sudor*, qui per vultum
69
atque thoracem emicuerit, *spongia molli*. At si (*r*) plus fuerit extentus, ut integros solvi videamus, etiam *flabris* utimur, non quidem sine *respectu alienationis*. etenim si *constricturam* ea curatione *mitigari* videamus, audacius id facere perseverabimus. Si autem asperari senserimus, erunt minuenda quæ gerimus, conjicientes, non tantum *solutionem costringi* adjutoriis, quantum *alienatio augetur*. *Nanque necessario requies congrua solutioni*, *atque noxius motus accipitur*. Declinante accessione *os colluere* jubemus ægrotantem ex *aqua calida*, vel si impatienter siti jactatur, *dabimus ei* (*s*) *potum*, sed strictura sola laboranti, *plurimum*, ut (*t*) *densitas* irrigetur: *solutione* laboranti, (*v*) *parvum*: vel si *plurima* cogit *solutio*, etiam *frigidum*.

n. phlegmone
o. omphacino
p. subint. solutio cum e. vacuatione sudoris, alvi &c.
q. colliquationem
r. sudor ultra fluat

Cautela in dando potu.

s. potum aquæ
t. ariditas ex strictura
v. paucum

CAPUT X.

De Phlebotomia.

Quando sit vena secunda

AT si *sola* atque *vehemens strictura* ægros in *phreniticam* ex- 70
templo *passionem* perduxerit, designat adhibendam esse *phlebotomiam*, permittentibus viribus: atque si passio cogit, *intra* [1] *diatriton*: si minus, in ipsa *prima diatrito*, ultra nunquam: *vexantur enim in ejusmodi ægritudinibus corporis vires*. Phle-

1 prima diatritos est primum triduum ab invasione morbi: secunda communem cum ea diem habebat, & incipiebat à die tertia, & finem habebat quinta: ita tertia diatritos incipiebat à quinta & terminabatur septima.

Phlebotomandi autem disciplinam, vel magnitudini passionis moderationem faciendi congruam, libris quos *de specialibus adjutoriis* scripturi sumus, docebimus, *principaliter monentes ne usque ad animi defectum*, quem Græci λειποθυμίαν vocant, *ad-*
71 *jutorium intendere nitamur*. Timendum enim hoc sæpe est *accidens*, quod Græci σύμπτωμα vocant: quamvis enim in omnibus passionibus, si sit [2] *mortuosum*, plus tamen in phreniticis afficitur male (*a*) *prætacta nervositas*. Dehinc post *phlebotomiam caput similiter fovemus*, atque occipitio lanas oleo calido ac dulci madidas apponimus. Similiter etiam [3] *vertebris*, quæ Græci ἴσχια vocant, *præcordiis* etiam atque *pectini*. Hæc enim necessario in phreniticis passioni [4] consentiunt.

a. jam ante affecta

72 At si *intra diatritum*, ut supra diximus, *phlebotomia* fuerit adhibita, post paululum *os colluere* aqua calida ægrotantes facimus: (*b*) *potum* quoque *damus*: dehinc *dormire* permittimus. Sin verò in ipsa diatrito *phlebotomia* adhibita cum adjutorio, (*c*) *motus quieverit*, [5] *oleo* ægrotantium *corpus perungendum* erit, atque à ministris *facies lavanda*, ut alienatio nullo (*d*) novorum vultu asperetur [noti enim usu prudentes delirantes faciunt, non resistendo] præsentibus etiam his, ut supra docuimus, ægrotantes verecundiam debent.

Quid post V. S. sit agendum.
b. potui a. quam
c. morbus de vigore remiserit
d. i. ministrorum

73 *Cibum* dabimus *simplicem*, *digestibilem*, (*e*) *parvum*, *laxativum*, ut est [6] *alica*, *calida aqua*, aut *mulsa decocta*, vel *panis ex aqua calida*, aut *alica* supra dicta *sorbilis facta*, vel ex *melle* atque *oleo* & *anetho*, & *sale* paucissimo [*f*] præcocta. *Solutione* autem laborantibus *pultem* dabimus, atque *panem*, & ova ἁπαλά. Dehinc omnes *somno* dimittimus, vel si minime dormire potuerint, *quiescere* tamen jubemus. *Non enim minus somnus cibo reficit opportunus*. [7] Dehinc alia die à cibo abstinemus, fomento atque potu utentes.

Modus cibandi.
e. paucum
f. i. ante cocta

74 *Secunda* vero *diatrito* si venter suum non agnoverit officium, *clysterem* adhibebimus ex *aqua* & *oleo calido*, vel *decoctione fœnugræci aut lini seminis*, *cum oleo*. Etenim *intestinorum siccitas* ri-

Quid agendum secunda diatrito?

2 i. si lethale quid subest.

3 vertebrum Auctor hic vocat quod *ischion* Græci, nempe femoris articulum.

4 ob insignem universi nervorum generis συμπάθειαν.

5 quod humectet, & lassitudinem tollat, excrementaque fuliginosa discutiat.

6 alica conficitur zeam vel triticum in pila lignea tundendo & decorticando. Varias eam parandi rationes vid. apud Plin. N. H. Lib. XVIII. Cap. 11.

7 hi namque morbi tertio quoque die solent ingravescere.

g. vapor acer & mordax

rigatur, & *aliena* quæ retinebantur *excludentur*, & [g] *acrimonia* quæ ex ipsis nascens ex alienatione quadam capitis tumentiam asperabat, *detrahetur*, atque ipsum *caput localibus adjutoriis melius præparatur*: Tum post [h] intellectionem medias partes *cataplasmate* curamus ex *fœnugræci* & *lini seminibus* admixto [8] *polline*, quod *Græci* μάκτον vocant, & est omnibus usitatum. Dehinc simili supra dicto cibo utemur. 75

h. inclinationem

Quid tertia i. i. perspirant & difflantur

Alia vero diatrito caput detondemus, etenim detractis capillis partes (*i*) reflantur, plurima gravatione liberatæ. *Tunc post tonsuram lanis oleo calido expressis caput tegemus.*

8 ut earum partium concoctio adjuvetur.

CAPUT XI.

De Cucurbita.

Quid quarta diatrito sit agendum.

Alia dehinc *diatrito* rasis partibus *cucurbitam* apponimus *occipitio* (*a*) *mitiganter*, atque sub ipsa fronte *sanguisugas* facimus inhærere quatuor vel quinque, ut non ex una parte *detractio* fieri *sanguinis* videatur, sed veluti *circularis*, ut totum spiret atque relevetur caput. At si *plurimum laxamentum* facere voluerimus, totum caput rademus, & per circulum plurimas cucurbitas affigimus, alteram *occipitio*, alteram *medio capitis*, quod *Græci* βρίγμα vocant, alias duas *superius a temporibus*, *sed neque cum multa flamma*, *neque multo finimus tempore immorari*. [1] Arentes enim, atque (*b*) siccatæ facile commovent, *caput implent*, ac *mentis* faciunt *alienationem* augeri. Ita detractis cucurbitis si partes *erubuisse* videri- 76 77 mus, *leniter scarificamus*: si minus, *mitigamus vaporantes spongiis non nimis calidis*, ac relaxamus: (*c*) vapore etenim nimio tanquam *frixantes densamus*. Quapropter, ut supra diximus, *post jugem*, *atque temperatam vaporationem*, ubi partes rubuisse viderimus, *scarificamus*. Post namque etiam vaporatio ante cucurbitæ appositionem adhiberi debet, ne plurimum infixa immoretur, & inde *partes radi* videantur. (*d*) Suppositis ergo cucurbitis cum *sufficientem locorum* (*e*) *verticem* factum viderimus, *scarificamus*. Sic enim non solum *cucurbitæ quassatio mitigatur*, *sed*

a. blandè, leniter

Ubi & quomodo cucurbitæ sint affigendæ, & qua cautela.

b. siccæ

c. calore, s. vapore nimis calido

d. depositis

e. extumuisse

1 Arentes & siccas cucurbitulas dicit, quæ admoventur cum flamma. Interdum enim cum aqua calida apponebantur, quemadmodum scripsit Albucrasis cap. De usu cucurbitularum.

78 *sed etiam fluoris sanguinis facilitas fit*. (*f*) Explicita scarificatione, rursum cucurbitas imponimus, ut sanguinis detractio fiat. Sed eo tempore *capiti* atque *collo* & vicinis partibus (*g*) *leves erunt cucurbitæ apponendæ*, quo in laxamentum consentiant. At si in *præcordiis tumor fuerit*, erunt ipsa prius *scarificanda*, sic etiam & *vesicæ partes*, vel vicinæ ejus.

f. Peracta

g. sine scarificatione

Tunc in *alia diatrito caput*, dehinc *clunes* etiam. Nam simul hæc omnia scarificare noxium atque vexabile est. Erit enim ejusdem temporis *multas per partes effecta sanguinis detractio* [2] *phlebotomiæ par*, quæ necessario vires (*h*) absumat.

Quid quinta diatrito fieri oporteat.

h. absumit

79 Quapropter *partiatim* erit adhibenda *cucurbita*, ut exempli causa, nunc *præcordiis*, atque *pubetenus*, prærasa capillatura, nunc *capiti*, nunc *clunibus*, ac *vertebrotenus*, quod *Græci* ἰσχίον vocant. Cæteris quoque *partibus fomento curatis*, ac [3] decoctionibus supradictis, & cataplasmatibus *relaxatis*, atque ita lenibus cucurbitarum raptibus utemur, quos *Græci* abusive κυφὰς vocant:

80 præfricatis partibus ad tractationem manuum. At si *vires illæsæ* aut minus læsæ fuerint, post detractionem sanguinis, *spongias* expressas ex aqua calida partibus *applicamus*, vel oleo calido *mediocriter fovemus*. Tunc totum corpus per *unctionem curamus*, his operantibus magis qui ægro serviendo jam noti sunt, ne mentis alienatio asperetur. Etenim eorum facile accipiunt (*) atque redarguunt delirationem præsentibus, ut sæpe diximus, his quibus verecundiam ægrotantes debent. Post *perunctionem* factam, ut supra diximus, *cibum da-*

* ministerium

81 *bimus*. At si accipere *congrua* noluerint, vel *contraria* voluerint, *erunt fallendi:* facile enim id fieri potest, si quidem etiam mentis ægritudine afficiantur. Dabimus ergo congrua, fingentes ea quæ ipsi petebant. At si minime consenserint, erit confictionis argumentatio adhibenda. Ut si *exempli causa vinum accipere cupiunt, mulsum demus:* vel si *ptisanæ succum* petierint, *alicam* demus, vel ex milio in similitudinem ptisanæ confectum: cum possint, si ex aliqua parte sapuerint, hortationibus, aut metu compesci. Si neque hoc fieri poterit, dabimus ea quæ non (*i*) satis *aliena sint ab his quæ ra-*

Quomodo fallendi ægri circa cibum & potum.

i. nimis

82 *tioni conveniunt*, ut *olus*, aut *ptisanam:* dabit enim quiddam laxamenti atque indulgentiæ asperitatibus animorum, (*k*) concupita oblatio, & non omnino sine cibo atque nutrimento

k. concupitorum

2 tam id vexat, quam si phlebotomia fieret.

3 nimirum fœni græci & lini cum oleo.

Vini noxa. to perseverabunt. *Vinum vero omnino negamus, tanquam repugnans, & nihil a veneno differens:* etenim datum statim *furorem exasperat*, atque in nimiam magnitudinem tollit. Post *refectionem* itaque erunt *somno dimittendi*, vel quod est vicinum somno, *requies adhibenda;* atque usque ad totius *passionis statum alterna*, vel per intervalla, *cibi refectio:* hoc est interposita [4] diei unius *jejunitate*, permittentibus quidem viribus: sed ea die qua *cibum non dederimus*, erit *cataplasmatibus* utendum *congruis*, atque *jugibus*, usque ad medium tempus dimissionis.

Quando & quomodo ægri cibandi.

Quid agendum morbo diu durante. At si porrecta in dies (*l*) *numerosior* erit *ægritudo*, & (*m*) 83
statum infirmitas acceperit, convenit ut declinatione, augmento, vel *impetu passionis transacto motum gestationis adhibeamus*, si vires patiuntur, in domo *suspenso lecto*, si aer loci bonus atque mundus fuerit. Etenim si motus vel gestatio somnum ruperit, rursum addormiunt, atque *difficile expergiscuntur, perseverante jugi motu*. At si hoc fieri non potuerit, in vicina porticu gestatio adhibenda, ita ut *sella bajulatoria*, vel quolibet sessorio leniter atque *mediocriter moveantur*. Similiter et- 84
iam si fuerint *experrecti*, non statim erit *gestatio inhibenda*: nam *repentina statio*, atque interrupti motus *in præteritas vigilias revocant ægrotantes*. Non enim *dimissio accessionis*, sed *totius passionis declinatio*, nunc curationem poscit. Quapropter oportet ægros *perseveranter movere*: sed leniter, atque sensim, & *sine ulla nimietate*. At si solutio magis (*n*) inerat passioni, non erit gestatio adhibenda. *Tenuat enim atque dirarat motus*. Dehinc cum *solutio* provocatur, etiam *vigiliæ* necessario augentur. In dimissione vero accessionis, quam Græci [5] ἄνεσιν vocant, perseverandum est *localibus adjutoriis*, & *cucurbitæ appositione*, sed non (*o*) adhuc adjungenda *scarificatio*. Bonum est enim corporibus sua servare, ne latenter effusio- 85
ne frequenti ægrotantes in diaphoresin veniant. At si aliquo in loco *vehemens dolor emerserit, sola erit scarificatione curandus*. Tunc [6] consequentibus atque congruis vaporationibus, & fomentis, & cataplasmatibus, & unctione utendum; & cibo, cum temporis opportunitatem viderimus, quæ probatur signis quæ de febribus scribentes docebimus. *Generaliter autem* (*p*) *omnium passionum strictura laborantes minus cibamus: con-*

Cautela circa motum.

l. diuturnior

m. ad vigorem pervenerit.

n. inerit

o. amplius

p. in omnibus morbis

4 qua scilicet morbus exacerbatur.

5 Ἄνεσις describitur ab Aetio Tetrabibl. L. II. Serm. 1. Cap. 9. & 10.

6 *Consequens* Cælio sæpius usurpatur pro, rationi & arti congruum.

convenit enim cibi parvitas densitati; si quidem corpora minus exhalent; ut econtrario *solutioni plurimus convenit cibus*: Si quidem celerius insumatur, plurimæ exhalationis causa.

86 At si *vires* ægrotantis fuerint *dissolutæ*, & *febres non ita acres*, tunc spem veluti declinationis ostentent, aspicienda erit imbecillitas virium, *dandus cibus*, & si necessitas cœperit, etiam *vinum*, sed omnino *parvum*, ad relevandas corporis vires. In his enim sane magis erit consideranda *liquidarum emissio materiarum*, atque *corporis* (*q*) *defluxio*, & cutis veluti ruginosa, vel *sulcata pannositas*, quam Græci ῥάκωσιν vocant. Etenim *humilitas atque densitas pulsus plurimos fecit errare*, ut putarent virium solutionem, atque ita importunè vinum dan-
87 tes, *insuperabiles mentis alienationes* facerent excitari. Quapropter oportet etiam *cum aliis pulsum considerare*, non solum (*r*) si *densus* atque *humilis* est: hoc enim etiam *non solutis viribus sæpe occurrit*; sed si etiam imbecillis, & in (*s*) comparatione multarum effusione semper ac magis *densatur, atque humilis & tremulus efficitur*. [7] Cordis etiam motus tarditate quadam defecti spiritu, motu torpescit, ut post factum saltum ad semet ex residuo corpore (*t*) prærogatum spiritum trahat, & difficulter alium faciat saltum, siquidem non possit spiritus usque ad [8] articulorum finem, vel omnium (*v*) membrorum
88 pervenire summitatem. His denique accedit [9] *tremor*, at non eo tempore, quo corpora requiescunt, sed cum aliquis sua *membra attrectare* tentaverit. Etenim cessante officio atque visu, ægrotantis tremor nisi (*W*) fuerit solutus, (*x*) atque e natura, vel sanitatis tempore intelligitur fuisse. *Providendum* itaque, quia in ista ægritudinis qualitate *incauta vini dandi consuetudo*, & (*y*) propter vitas, ut suprà memoravimus, *accusabilis apud inertes*, quos *idiotas* appellant, *invenitur*; quanquam [10] passionis causa ægrotantes interfecti videantur. *Quapropter erit primo periculum prædicendum, ac deinde vinum dandum.*

89 At si *virium solutio non fuerit*, sed sponte profectus in meliorem partem passionis fuerit demonstratus, *non illico* (*z*) *præcipue festinandum circa mutandum curationis cursum, nisi tri-*

Quid agendum ubi vires sunt dissolutæ.

Signa præcipua virium collapsarum.

q. extenuatio *non ex solo pulsu.*

r. num sit: *& sic sæpius, qui aliquando fallit.*

s. continuatione multarum effusionum

t. prius erogatum

v. artuum

W. quiescat

x. etiam

y. protervitas

Quid faciendum ubi vires constant.

z. tamen

duo

7 Cordis enim motus spiritu defecti, tarditate quadam multum torpescit.

8 in carpum, cujus arterias nos exploramus & tentamus.

9 tremor hic alias vocatur *subsultus tendinum*, res mali ut plurimum augurii: manifestus fit præcipue pulsum contrectando, quo officio peracto tremor iste fere quiescit.

10 Morbus non vinum ægrum occiderit.

Phrenitis facile recidivam patitur. quomodo ea sit præcavenda.

duo fuerit confirmata passionis declinatio. Etenim *facilis in recursum pejorem, atque in augmentum hoc passionis est genus etiamsi parva occasio impulerit causæ*. Quapropter etiam tunc propter difficultatem passionis *cautius erunt omnia agenda*, atque primum *capiti, vel magis patientibus locis cerotum apponendum* ex oleo dulci confectum. At si *reliquiæ fuerint in tumoribus viscerum*, cataplasmatibus erunt perseverantius relaxandæ, vel pinguibus (*a*) palmulis, siquidem non præsentis temporis, sed etiam sequentis habeant relaxandi virtutem. Tunc etiam convenit *caput fomentis curare frequentius*, sed cauta diligentia, nequa alia (*b*) pars *frigore tangatur*. Nam lata spongia erit supponenda gutturi, atque mento. Dehinc paulo prominentius à lecto [11] producendus æger, atque paullulum inclinandus. [12] Tunc supponenda scaphula alta, acqua calida plena: deinde *duo adhibendi, qui foveant alterno officio, ne ullo tempore fomentum frigescere faciat caput*. Per intervalla denique erit etiam *oleo perfundendum*, & manibus *leniter defricandum*, sed non impressis. Tunc expressa spongia detergendum, & ultrà, quæ humectata sunt fortè, *pannis calidis detergenda, atque lana calida contegenda*. Tunc residuum corpus oleo perungendum, molli quidem tactu manuum. 90 91

a. dactylis

b. subjecta capiti, ut thorax

Quid agendum morbo magis declinante.

Procedente declinatione, solitum nobis est uti etiam *fomento* à genibus ad inferiora. Tunc comparatione profectus, cibi augenda (*c*) humanitas. Primo enim oportet ac sufficit *varietatem de simplicibus facere*, dando *pultem*, aut *sorbilem cibum, ova* atque *panem*, vel *elutam alicam*, & *non alternis*, sed *quotidianis diebus*, & *plurimum*, comparatione præteriti temporis illorum dierum, quibus parvum dare solebamus. *Simpliciorem verò tenuem atque parvum illis diebus quibus nihil dare solebamus*. 92

c. quantitas

Confirmata atque plurimum proficiente *declinatione*, erunt addenda etiam *mediæ materiæ* (*d*) *pulmenta*, quod *Græci* μέσην ὕλην appellant, ut *pisces saxatiles, cerebrum, olera*, sed non acria, ut *beta, malva*. Tunc etiam ex deposito, ut [*e*] *salsum, olivas*. Hæc enim de cellario proferuntur, quod *Græci* θήσαυρον vocaverunt. Oportet etiam advertere, ut quando damus multum, minoris sit nutrimenti, aut quando parvum, majoris sit nutrimenti. Sicut responsionum [13] libris resumptivum quid 94

d. obsonia

e. salsamentum: *alii*, salgamum

11 ut exerto prolatoque capite fotum excipiat.

12 Hoc καταῤῥαίνειν, κατακλύζειν veteres dixerunt: unde κατακλυσμὸς.

13 *Locus hic corruptus est: mens autem Galii talis esse videtur*: libris quid sumptivũ sit scribentes docuimus, & quomodo iis medici semper utantur.

94 quid tunc ſcribentes docuimus: ſemper autem utantur. Dandus autem ſic eſt *cibus*, ut intra *dimiſſionis medietatem* digeratur, & *nihil ſuperfluum ſequens inveniat acceſſio*. Augendi ſunt igitur cibi pro virium quantitate. Denique ſi ſe corporis fortitudo attollere cœperit, dabimus etiam *volantum carnes*, ut *turdos*, vel *pullos gallinarum, & columbinorum*. Tunc etiam *porcinam carnem*, atque [14] *crura porcina*, quæ Græci *acrocolia* vocaverunt, vel quæ motu frequente [15] exercentur in iiſdem animalibus; dabimus etiam *hœdinam carnem* reſumptis viribus.

95 Ut omnes ſupradictos cibos facile accipere ac digerere poſſit ægrotans, ordinem cibi componimus, ut primo demus ea quæ ſunt mediæ materiæ, quam *Græci* μέσην ὕλην vocant, ut *pultes*, *piſces*, *cerebrum*, *alicam*, ſed quæ *caput non percutiant*, ut *ficus ſolæ* vel ex *melle*, aut *mulſum*, *coctum malum*, vel [16] *celſa*. Tunc deinde volantia, ſed non pinguia, neque cibis nutribilibus (*f*) adeſcata ob acquirendam pinguedinem, ſed mediocriter carnoſa: ultimo porcinam atque hœdinam.

ordo reconvaleſcentes cibandi.

f. ſaginata

96 Proficiente curatione *addenda erit geſtatio*, quæ in *domo* vel in *porticibus* fiat: ſed hæc quoque erit *ſenſim augenda*; ſimiliter etiam corporis unctio, atque defricatio: & cibus ſupradictus, nunc quantitate, nunc qualitate, erit augendus. Tunc *lavacrum* adhibendum, & in *abſtinentia vini* permanendum. Cum autem *ſine ulla inquietudine* corpus (*g*) habitare ſenſerimus, dabimus *vinum* ſplendens, (*h*) leve, atque (*i*) medie acre, non nimii odoris, temporis mediocris, ut neque vetuſtum,

97 (*k*) neque ſatis novum ſit. Erit præterea *aquatum* dandum: *metuenda eſt enim in iſta paſſione vini datio*, ſiquidem ejus in (*l*) tumore eſſe ſubſtantia videatur. Tempore igitur quo *vinum* damus erit primo *æger perungendus*, tunc idem modus cibi dandus. Cum *omnis* deinde *ſolicitudo receſſerit*, *atque omnia ſuſpecta* (*m*) *circumſcripta viderimus*, *& alienatio mentis omni ex parte receſſerit*, *febribus* (*n*) *deſertis*, *atque viribus reſumptis*, *impavide omnibus ſupradictis utendum erit*, *conjunctis*, *ut geſtatione*, *unctione*, *lavacro*, *& vario cibo atque vino.*

Quomodo integra curatio abſolvenda.

Quomodo demum vinum dandum.

g. habere ſe
h. lene
i. mediocre
k. neque plus ſatis
l. φλεγμονώδει

m. ablata, remota
n. curatis, ſanatis

98 Omni autem tempore reſumptionis erit curandum, ut ab alienatione mentis reducti ſapere cogantur. *Plerique* enim *uſque ad ſanitatis tempus*, *mœſtitudinem*, vel *iracundiam*, aut *alienationem mentis ſervaverunt*. Quare oportet eos qui *hilaritate* afficie-

Quo artificio mens ſit ſananda.

14 quæ Græci ἀκρακώλια vocant; Celſ. II. 23. trunculi ſuum.
15 ut avium crura & alas.
16 Forte legendum *ceraſa*, quæ imprimis dulcia, in capitis morbis valde prodeſſe creduntur.

ficiebantur; *severa verborum* atque tristi *oratione corrigere*. Sic enim mentis laxata habitudo atque puerilis effrenata bacchatio coercetur. Eos vero qui *mæstitudine* atque *ira* afficiebantur, *leni consolatione*, atque nunc *dictis hilarioribus* & jucunditate relevare. *Etenim tædium, vel mæstitudo non solum in his,* 99
sed etiam in aliis passionibus valuit sæpe passionem refricare. Nam si sani homines plerique anxietate in passiones corporis de-
o. nil mirum si venerunt, (*o*) nimirum etiam qui *nondum sunt passione purgati, in eandem redeant*, cum animæ qualitas, sua ut ita dixerim, cubilia quadam nova vulneratione affecerit. *Hæc est secundum*[17] *Methodum curatio phreniticæ passionis*. Dehinc *aliarum sectarum Principes* quid ordinaverint, prosequamur.

17 rationem eorum Medicorum, qui κατ' ἐξοχὴν Methodici vocabantur.

CAPUT XII.

Ad[1] *Dioclem*. 100

[2] HIppocrates igitur solum nomen videtur tetigisse passionis, libro quem de *ptisana* scripsit. Item libro prædictivo quem προῤῥητικὸν appellavit; nam curationem nullam tradidit.
Diocl is ratio curandi phreniticos. Sed neque [3] *Praxagoras*, neque [4] *Herophilus*. Diocles vero libro quem de febribus scripsit, ait *oportere phreniticos fortes atque audaces lavacro curari*. Similiter etiam *phlebotomare juvenes fortes*, atque plurimum *sanguine abundantes*, vel *consuetudine vinolentos*; quosdam *intra sextum diem*, aliquos vero etiam *post septimum*, & *octavum*. Item *libro* quem *de passionibus* & earum 101
cau-

1 Cognomento Carystium, qui primus Anatomiam scripsisse perhibetur, quemque Athenienses alterum Hippocratem appellarunt.

2 Ad hunc C. Aureliani locum varia occurrunt notanda. 1. Librum Hippocr. *de Ptisana* non extare, nisi forte intelligatur liber περὶ διαίτης ὀξέων, ubi multa de Ptisana. 2. Hippocratem phrenitidis non tantum locis à Cælio indicatis meminisse, sed quam plurimis aliis in libris ἐπιδημιῶν περὶ Νούσων, Παθῶν &c. Et 3. non merum nomen & historiam phrenitidis attigisse, sed ejus curationem fere ad mentem Auctoris nostri indicasse. E. gr. περὶ Νούσων γ' IX. diserte ait, τοῦτον sc. Phreniticum, χλιαίνειν δεῖ χλιάσμασιν ὑγροῖσι. καὶ πόμασι, πλὴν οἴνου. Item περὶ Παθῶν χ. οἶνος, inquit οὐ ξυμφέρει τοῦ νοῦ παρακοπέντος. λούειν δὲ πολλῷ καὶ θερμῷ κατὰ τῆς κεφαλῆς, μαλασσομένου γὰρ τοῦ σώματος καὶ ἱδρῶς μᾶλλον γίνεται &c.

3 Magni nominis Medicus, Cous, Herophili præceptor.

4 Medicus teste Scribon. L. inter maximos habitus: clarus erat doctrina & secandi peritia, unde Tertulliano *Lib. de anima*, Lanius audit.

causis, & curationibus scripsit, *non solum*, inquit, *ex brachio sanguis est phreniticis detrahendus*, sed etiam *de venis quæ sub lingua sunt*. Quantum (*a*) ad hæc, miseris erat melius debilitate potius quam vana corporis fortitudine laborare, *ut tantis cladibus errantis medici vexarentur*. Etenim *audacia & irrationabilis fortitudo pejorantis est passionis*, & magis in augmen-
102 to fit. *Perniciosius* autem cum *passio vehementescit*, vexato tantis turbationibus ægro, *lavacrum adhibere*. Quod est [*b*] econtrarium *utilissimum in declinatione*, etiam non *audacibus*, neque *fortibus* phreniticis. Dehinc *noxius* est etiam *clyster acrior*, quem sæpissime probat, atque nihil ab (*c*) *officio* differens. *Phlebotomia* quoque *à jugulatione non differt, cum vexatis viribus adhibetur*, ut ajunt post septimum vel octavum diem. Atque etiam ex *vinolentia* in phreniticam passionem venientes *convenit plerunque non phlebotomari*, cum forte etiam [5] *solutio* adfue-
103 rit. *Alios* etiam, hoc est ex aliis causis *phreniticos* effectos, ut est (*d*) *adustio*, sæpe *phlebotomari oportet*. Sed neque parum sanguinis habentes, quos *Græci* ὀλιγαίμους appellant, ita curandi erunt, ut (*e*) phlebotomi [6] beneficio priventur. Et quid ultra? cum enim non *ætates*, neque cætera, quæ (*f*) *superfluo* posuerunt, providenda probemus, sed *passionem* magis, atque ejus (*g*) *comitantia* consideremus: *falsa* denique ac *superstitiosa* est etiam ex *venis sub lingua constitutis sanguinis detractio*, etenim *caput implet*, & ejus fluor (*h*) abstineri difficile potest.

a. remedia exsibilatur.
b. econtrario
clysteris & intempestiva V. S. noxa.
c. maleficio, veneficio
d. nimia incalescentia
e. phlebotomiæ
f. superflua
g. symptomata, eorum magnitudinem, parvitatem &c.
h. cohiberi

CAPUT XIII.

104 *Ad Erasistratum.*

Erasistratus tertio libro de febribus scribens, hoc solum dixit, *quomodo in febrium alienatione vinum convenit cum melle dari*. Non ad examen *dandi tempora* sumpsit. Dicit denique *multis profuisse*, & miratur quomodo, nescius *temporum* (*a*) *convenisse fortunam*. Dehinc *multam inflationem* facere nemo dubitat, atque *plenissimam ventris commotionem*: quippe cum neque dandi quantitatem adjecerit, neque alias adjutorii partes manifestandas adverterit.

Erasistratus negligentia arguitur.
a. accessisse

CA-

5 ubicumque adest solutio, sive ἀτονία & flacciditas partium, venæ sectio & reliqua evacuantia, tamquam venena, sunt cavenda.

6 i. juxta mentem Dioclis etiam ὀλιγαίμοις istis vena secanda erat.

CAPUT XIV

Ad [1] *Asclepiadem.* 105

a. principia

ASclepiadi responsuri; ejus (*a*) *primum dogma* proponamus,
*qua voluti apprehensionis falsitate, peccatis etiam involvun-
tur curationum. Primordia* namque *corporis* primo con[illegible]rat

Systema Asclepiadis.

b. invicem occurrentia

atomos, corpuscula intellectu (*b*) *sensa*, sine ulla *qualitate soli-
ta*, atque ex *initio comitata, æternum se moventia*, quæ suo *in-
cursu* (*c*) *offensa*, mutuis ictibus in *infinita partium fragmenta*
solvantur, *magnitudine atque schemate differentia*: Quæ rursum
eundo, sibi *adjecta*, vel *conjuncta, omnia faciant sensibilia, vim
in semet mutationis habentia*, aut per *magnitudinem sui*, aut per
multitudinem, aut per *schema*, aut per *ordinem*. Nec, inquit,
ratione carere videatur; quod nullius faciant qualitatis cor- 106
pora. Aliud enim *partes*, aliud *universitatem* sequitur; *argen-
tum denique album est, sed ejus affricatio nigra: caprinum cornu
nigrum, sed ejus alba serrago*. Fieri etiam (*d*) *vias* ex *comple-*

d. poros, meatus corporis

Sanitatis & morborum causa ex mente Asclep.

xione corpusculorum, intellectu sensas, *magnitudine*, atque *sche-
mate* differentes, per quas *succorum ductus solito meatu percur-
rens*, si nullo fuerit impedimento retentus, *sanitas maneat*,
impeditus vero *statione corpusculorum morbos efficiat*.

e. hic videtur esse hiatus.

f. minus vehementes & facilius curabiles

g. immoderatam

h. in aquam vertere

i. subint. febris

Fit autem eorum *statio*, aut *magnitudinis*, aut *schematis*, 107
aut *multitudinis*, aut *celerrimi* [2] *motus causa*, aut *viarum fle-
xu, conclusione* atque [3] squamularum, (*e*) exputo. *Varias*, in-
quit, fieri *passiones, locorum aut viarum differentia*, & *non o-
mnes statione corpusculorum*, sed *certas*, hoc est *phrenitim, lethar-
giam, pleuritim* & *febres vehementes*: (*f*) *solubiles* vero *liquido-
rum atque spiritus turbatione*. Item *bulimum magnitudine viarum
stomachi*, atque *ventris* fieri sensit: *Defectionem* vero atque *cor-
poris fluxam* & (*g*) *irregibilem laxitatem, viarum*, inquit, *ra-
ritate* fieri. Item *hydropismum perforatione carnis in parvam for-* 108
mulam viarum, quæ possit solita corporis nutrimenta (*h*) *ina-
quare*. Item (*i*) *typum quotidianum majorum corpusculorum sta-
tione fieri asseverat*: Cito etenim inquit ea exantlari atque im-

ple-

1 Medicus fuit Romæ tempore Pompei M. de grege Epicuri, qui medicinam, quam non callebat, nec remedia norat, mutavit, totamque ad causam revocando, conjecturam fecit. Vid. Plin. H. N. Libr. XXVI. cap. 3. Tales hodie pene omnes evaserunt ex insana ratiocinandi & systemata compingendi libidine.

2 qui ordinem perturbat.

3 squamularum obtrusione, ut in retento sputo.

pleri: *Tertianum* vero *minorum ſtatione corpuſculorum*. Item *quartanum minutiſſimorum*. Difficile enim impleri atque exantlari poſſunt. *Febrium* (*k*) ponunt *ſignum fervorem plurimum*, atque *immutationem pulſus in vehementia*, niſi ex aliqua hæc manifeſta fuerint cauſa. Et neque inquit eſſe in paſſionibus *ſtatos dies*,
109 quos *criſimos* appellant. Etenim non certo, aut legitimo tempore ægritudines ſolvuntur. *Vinum* jubet *febricitantibus dari*, ſed adjecta diſcretione. *Impari* denique *die* adhibendum probavit primo *clyſterem*, & (*l*) jugiter adhibendum. Non etiam *ſitim vehementem* donec pulſus concidat, (*m*) *probat*: etenim *opportunitatem temporis* fieri magis ab (*n*) *artifice* poſſe quam ſua *ſponte*, aut *Deorum nutu* venire. Appellavit denique (*o*) illam (*p*) *magnificam*. Item in (*q*) *Samothracia* clyſterem, atque vomitum
110 probat, circa veſperam pridie. Sed in his, qui *periodicis typis* afficiuntur, *vomitum præponit clyſteri*. Item (*r*) *lue ægrotantibus vomitum* & *lavacrum* probat. *Typicis* vero *clyſterem* & *vomitum*, & *vinum Samothracium*, atque *ſalſum* bibendum inquit, primo uique ad *tres quartas* 4 *ſextarii*, & ſuperbibendam *partem ſextarii*. Item tempus dandi cibi non *dimiſſione perfecta*, ſed *acceſſionis declinatione* dicit. Et quoſdam prima die, quoſdam ſecunda, quoſdam tertia, quoſdam quarta vel quinta, aut ſeptima cibari jubet.

111 *Phlebotomat* eos qui *cum dolore* fuerint *ægrotantes*, alios omnes prohibet phlebotomari, & magis ſpecialiter *phreniticos*, adjiciens etiam non eſſe tondendos, loci quoque obſcuritatem (*ſ*) recuſans. Item *cardiacos* vehementioribus *clyſteribus* curat, & cum levi fuerint *indulgentia* relevati, reficit *vino*, & *cibo*. In *ſynanchicis* vero, ut ſupradictis etiam utitur & φαρυγγοτομίᾳ, hoc eſt cannæ ſive *gutturis* ob reſpirationem *diviſura*: item in *hydropibus paracenteſin probat*, quia inquit, *ſi forte plus modo fuerit facta humoris detractio, erunt ægri* 5 *aqua calida replendi tantum, quantum plus videbamur abſtuliſſe*. Huic
112 ſane (*t*) adjutorio *detractionem ſanguinis ex talo factam*, ex ejus vena interiore ſimiliter *mederi* dicit: & non eſſe *activas* atque *operantes cauſas ægritudinum in liquidis* conſtitutas, quas *ſynecticas* vocant, ſed eſſe *antecedentes*, quas Græci *procatarcticas* appellant: item (*u*) *plenitudinem* 6 *pleraſque paſſiones adjuvat*.

k. Aſclep. & ejus ſectatores

l. ſæpius: frequenter

m. levandam putat

n. artificis prudentia, & obſervatione

o. *ſubintel.* temporis opportunitatem μεγαλοπρεπῆ

q. Samothracia femina quam tractabat

r. peſtilenti morbo

Methodus Aſclep. in variis morbis acutis curandis.

ſ. improbans

t. noxæ a paracenteſi illatæ

v. ſanguinis abundantiam

4 Sextarius Romanus menſura erat tam aridorum quam liquidorum, & bipondium fere pendebat.

5 id ridiculum.

6 nimirum omnes qui non ſint cum dolore.

juvare dicit. Laudat etiam in salutaribus præceptis *vitæ varietatem*, atque *vehementer utile* dicit *aquam bibere*, & *frigida lavari*, *quam* ψυχρολουσίαν appellant, & *frigidam bibere*. Item 113
habitudinem athleticam negat esse *tutam*: & neque ullam (*vv*) *digestionem* in nobis esse, sed *solutionem ciborum* in ventre fieri (*x*) *crudam*, & *per singulas particulas corporis* ire, ut per omnes (*) tenuis visa penetrare videatur, quod appellavit λεπτομερὲς, sed nos intelligimus *spiritum*.

vv. cibi coctionem
x. absque fermentatione.
* forte: *tenues vias*
y. cibum qui distribuitur in corpus
z. qualitatem quæ sensu tactus percipiatur
a. deglutitionis
b. patefactione & magnitudine: ut supra dictum est de bulimo

Et neque inquit ferventis qualitatis, neque frigidæ (*y*) esse, *nimiæ suæ tenuitatis causa*, neque alium *quemlibet* (*z*) *sensum tactus* habere, sed per *vias receptaculorum nutrimenti nunc arteriam, nunc nervum, vel venam, vel carnem* [7] fieri. Item, (*a*) *transvorationis primam partem* dicit *extentione* fieri *faucium*; *secundam* viarum tenuitate, quæ ad ventrem ducunt. Item 114
ὄρεξιν, quam nos *appetentiam* dicere poterimus, eam quæ cibum appetit, *viarum majore* (*b*) *perfectione* fieri dicit in *stomacho* atque *ventre*. Eam autem quæ *potum* appetit, *parvarum viarum causa* fieri dicit. Præterea *excrementa ventris* (Græci σκύβαλα dicunt) negat aliena esse natura. Siquidem etiam ex ipsis corpora augeantur. Quædam denique, inquit, animalia ex ipsis solummodo se nutriunt. *Somnum* enim etiam fie- 115
ri *spiritus sensibilis crassificatione* asseverat: deinde *regnum animæ* aliqua in *parte corporis* constitutum negat. Etenim *nihil aliud esse* dicit *animam*, *quam sensuum omnium cœtum*: *intellectum* autem *occultarum*, vel latentium rerum, per [8] *solubilem fieri motum sensuum*, qui ab accidentibus sensilibus atque *antecedentis perspectione* perficitur. *Memoriam* vero *alterno* eorum *exercitio fieri* dicit. *Omnia præterea fieri necessitate*, *& nihil sine causa*, & *neque naturam aliud esse*, *quam corpus*, *vel ejus motum*. Deinde, inquit, non solum *prodest natura* sed etiam *nocet*. Hoc est [9] *Asclepiadis* dogma: nunc quemadmodum *phreniticos* curaverit, prosequemur.

Asclepiadis de anima judicium.

7 Asclepiades hic & alibi passim plane ut recentiores nostri Philosophi ratiocinatur

8 qui nimirum cito fit & cito perit.

9 Utinam Asclep. hac ætate impii de divina providentia & animæ immortalitate dogmatis sectatores non haberet.

CA-

CAPUT XV.

116 *Item ad Asclepiadem phreniticos curantem.*

PHreniticos curans, *primò libro* celerum vel acutarum passionum, expugnat eos qui contraria posuerunt adhibenda. *Secundo*, quomodo declinanda, vel avertenda sit phrenitis, docet. *Tertio*, quomodo curanda, cum facta fuerit. Contradicens igitur primo (*a*) incusat *clysteres*, atque *irim* bibendam, & *acetum* cum melle, & ex sinapi *apophlegmatismum & tonsuram*. Siquidem velut (*b*) *hortamento* quodam *humor liquidior faciat ad caput ascensum*, & in (*c*) constrictionem atque
117 *tensionem cerebri membranam cogit*. Accurrit enim incisuræ capillorum materies, & pori denique & capilli post tonsuram crassescunt, atque fortiores fiunt. Quapropter etiam homines, si *post cibum totonderint, tussicula atque catarrho, vel lippitudi-*
118 *ne vexantur*. Dehinc si lanis caput post tonsuram tegere curamus, quanto melius si naturali tegmine capillorum lateat obtectum? Improbat etiam in *obscuro loco* jacere ægrotantes. In *luce* enim, inquit, *mentis sive intelligentiæ visa debilia, atque parva efficiuntur*, cum sensualibus visis arguuntur, sicut nocturni luminis ac funalium flamma sub ætheria luce constituta visi potioris oppressione languescit: in *obscuro* autem e-contrario *vehementiora atque majora fieri mentis atque intelligentiæ visa* asseverat, cum nullis sensualibus visis arguuntur, quiescentibus sensibus. Denique tanquam præsentia, vel vera fiunt, sicuti somniantum etiam: tunc enim *silentibus sensibus*
119 *solius mentis visa operantur*. Ac deinde cum *nullis* adhuc *sensualibus* (*d*) *incisa* avocantur, tanquam præsentium, *non præsentium visa* sequuntur.

Phlebotomiam etiam *nihil, inquit, jugulatione differre in phreniticis*, siquidem sit (*e*) *cum dolore ægrotantibus* congrua. Nam *dolor majorum corpusculorum statione fit*, quæ sola *phlebotomia exantlari posse* noscuntur: phrenitici (*f*) igitur nullo dolore vexantur. Siquidem (*) *augustiis* in (*g*) his *parvorum facta* videtur *statio*, & propterea phlebotomati *animi defectu*, atque *corporis frigido torpore* afficiantur, aut *vocis amputationem*, aut *mentis alienationem* sustineant. *Detracta* enim *materie*, passionum causa remanente, (*h*) *crassificari contingit*, atque corporis fa-

Asclep. improbat omnia stimulantia.

a. improbat *tonsuram*,
b. stimulo
c. obtrusionem

d. interrupta *Phlebotomiam*.
e. i. in morbis dolorosis tantum & quare
f. autem
*angustatis iis
g. i. phreniticis
h. subint. reliquum sanguinem

decubitum in loco obscuro,

cere algorem, & tunc ad *cerebri membranam spiritum*, vel *fervorem* ferri, & *stationem corpusculorum*, geminata quoque alienatione.

Celius horum alia probat, alia reprehendit.

Et recte quidem *clysteres* atque *irim* & *mulsum* ex aceto, 120
& ex sinapi *apophlegmatismum* recusat, sed se ipse quoque impugnans, sicuti in consequentibus docebimus: item *tonsuram*, atque *obscurum locum*, & *phlebotomiam* non recte prohibere voluit. Nocentur enim quidam non *tonsuræ* causa, sed *intemporalitatis* ejusdem. Denique etiam *sanos post cibum tondentes noceri* manifestum est, ante cibum vero opportunitatis causa relevari. Dehinc, etiamsi vi sua prodesse tonsuram negat, oportuit tamen eam adhiberi propter usum localium adjutoriorum, sine qua necessario adhiberi non possunt, sicut superius docuimus. (*i*)

Tonsura post cibum nocet.

cur tamen adhibenda.

i. lucidi, obscuri

* *manifesta*

k. quoniam

l. cohibet: coercet.

Aeris vero *qualitas* non *occulta causa*, sed (*) *manifesto actionis indicio* erit judicanda, secundum passionem. Igitur (*k*) quomodo videmus alios *strictura*, alios *solutione* magis affici, convenit ut *pro differentia* his *lucidus*, illis *obscurus* sit adhibendus. Nam *crassitudine*, ac frigore *constringens aer* (*l*) redarguit corporis *defluxiones*, quas *Græci* ἀποῤῥοίας vocant. At si, ut nuper docuimus; *proprietatem accidentium* servaverimus, quomodo quidam *lucem* fugiunt, vel oderunt, alii *tenebras*, convenit ut alios *obscuro*, alios *lucido* esse faciamus *loco*. Quid dicam quomodo pleraque ægris aliter sunt quam videntur: ex visis namque veris ducentes quidam mentis errorem, falsitate magis afficiuntur. Sic denique *Hercules* filiorum & conjugis visibus inimicos vultus accepit: *Orestes* etiam *Electræ* furiales vultus expavit. Non *omnes* igitur *lucido in loco jacere* concordat: sicut latius *adjutoriorum libro* explicamus. Est etiam *vehementer noxium phlebotomiæ utilissimum adjutorium prohibere*. Quippe cum videamus *in ipso usu sæpe passionem* [1] *fecisse compendium*. Etenim defectio vocis, atque algor sequentur eos qui incongrue fuerint phlebotomati, *conjuncta scilicet solutione*, aut *intemporaliter*, aut *immodice*. 121 122

Phlebotomia male prohibetur.

quando noceat.

Ejus necessitas mutis rationibus adstruitur.

Vanum est etiam, quia non dolent *phlebotomiam* prohibere, tanquam majorum corpusculorum congruam detractioni, quorum obtrusione dolores efficiantur. *Primo* enim [2] *paralyticos* & *peripneumonicos*, & *apoplectos* congrue *phlebotomamus*, cum nullis *doloribus* afficiantur. *Secundo* etiam *phrenitici* dolent,

1 i. remisisse, quod observationibus congruit.

2 observa paralyticis recte detrahi sanguinem.

lent, sed eorum *mens*, quia judicio caret, *nescit queri*, quod doleat. Videmus namque eos sese *mordere*, aut *urere*, aut *pungere*: & naturale non est nullo dolore cogente hæc fieri existimare. Dehinc *majorum corpusculorum detractionem*, *etiam minorum necessario sequitur*. At *phrenitici* non solum alienantur,
124 sed *febricitant*. Ita febres secundum *Asclepiadem* majorum corpusculorum statione fiunt. Si igitur *propter alienationem* non convenit, *propter febres tamen* convenit adhibere *phlebotomiam*, sic etiam sanguis majorum corpusculorum materia: sed non (*m*) solum detrahit *phlebotomia*, verum etiam *spiritum* & *fervorem*; *quæ*, ut dicit, *parvorum sunt corpusculorum materiæ*. Convenit igitur secundum ipsum *phreniticos phlebotomari*, ut detractione *minorum corpusculorum* alienatio mentis, *majorum* febres auferantur. Apparet itaque, neque secundum se consequenter *Asclepiadem* phlebotomiam prohibere.

m. subintel. crassiorem sanguinem *Asclep. contradictionis arguitur*.

125 Proinde *præcavens* vel avertens *mentis alienationem*, jubet addisci, quæ sit *accessionis* ac *dimissionis* dies. Tunc graviori die *cibum dari paucissimum*, atque ex spectato *febrium statu*, dari *ptisanam*, vel *hordeum*, aut *alicam*; aut *cum beta lenticulam*, vel his quicquam simile, conjiciens solam ex his *dandi* (*n*) *novitatem* prodesse, nec habendum judicium, quid istorum debeamus offerre, sed potestati ægrotantium dimmittendum, quid velint eligere. *Alia die* si febricula perseveraverit *exantlare obtrusiones*, & *requiem* corporis adhibere, *aquam* dantes potandam, non plusquam bis in die usque ad [3] *heminam*, vel
126 duas, & hunc modum etiam nocte servare: sic rursum *secunda die*, *transacto accessionis augmento* dandum quiddam de præscriptis *sorbilibus*, atque alia die declinante febricula, uti *sorbili cibo*. Perseverante verò rursum abstinere, & præterito similem *tertium* imitari *diem*. Tunc *septima* audere jam *pane* atque *piscibus*, & *vino* uti: solvitur, inquit, enim passio tertia sæpe periodo. Ad hæc *respondemus*, quia etiamsi *sua sponte passio intra septimum diem* solvi potuerat, non solvetur, (*o*) *iniquæ curationis* causa. Etenim neque *de somno*, neque de *vigiliis*, neque de *capitis fomento*, vel cæteris quæ ad *diligentiam* pertinent *curationis*, quicquam videmus ordinatum, solis ex tribus medelam credidit adhibendam, *potu*, *cibo*, *clystere*, & hoc
127 tanquam de experimento. Nam *cibus*, ut voluit, *ante demissionem* dandus, transacto mox accessionis statu, *turbatis adhuc*

Ejus methodus avertendi phrenitidem.

n. varietatem ac mutationem

a Calio exagitatur.

& explodi-tur.

o. pravæ, incommodæ, absurdæ

3 hemina est media pars sextarii, pendens fere libram Romanam.

liquidis atque spiritu, quo febres duplicentur, & alienatio meninis ardescat, est non solum intemporaliter, verum etiam incongruè. Stringit enim [4] *ordeum*, & *lenticula*: relaxat *ptisana*, & *alica*, & non possunt *contrariæ qualitatis species iisdem passionibus* adhiberi, nulla discretione servata. Dicimus etiam curiosum genus *pulmenti*, atque congestum, & (*p*) primæ oblationi contrarium esse, *betam cum lenticula*, quod appellavit *Teutlophacen*, item *ptisanam*.

p. hordei, ptisanę, &c.

Clysteris noxa.

Contrarius etiam *clyster* atque noxius perspicitur, *omnibus quidem propter intestinorum mordicationem*, & cætera: magis tamen [6] *solutionem*. Ipse denique accusans utentes, ait *continuationem clysterum incendium* atque sitim facere. Inusta enim *intestina* melle, atque cæterarum specierum mordicatione, movent *fervorem* plurimum, qui *per alta*, quadam continuitate viarum, *membranæ cerebri influat*. Cuncta etenim, inquit, quæ sunt *in alto corporis constituta, sese occulta vicinitate contingunt*. Quorum in numero *membranam cerebri* ponimus. (*q*) Revocat etiam & grave passioni atque *perniciosum malum*: nihil enim in ipsa *gravius quam ventris est fluor*. Quod igitur (*r*) crescit pejorante passione, hoc perhibet fieri clysterum provocatione. Denique quæ culpans alios dixit, in ipsum convertenda utentem clystere. Non enim dici potest solam *frequentiam injectionis* accusasse, *genus* autem innoxium judicasse, cum manifestè *propter acrimoniam clysteres noxii* judicentur & magis etiam si *usu frequenti*, atque *copia* peccaverint adhibentes. Quid dicam, quod neque semel *Asclepiades* clysterem jusserit adhiberi, cum secundo una die dixerit innovandum, dicens, perseverante rursum, cibo abstinendum, & innovandum tertio præterita die quo clyster fuerit adhibitus.

128

q. advocat, *sub.* clyster

129

r. sponte evenit

Asclepiadis circa diætam incuria.

Est etiam *vanum sine disciplina temporis potum ordinare*. Ait enim bis dandum in singulos dies: mitto *non omnibus ægris eundem modum competere strictura atque solutione laborantibus*: at iste duas heminas omnibus jussit dari, sed etiam *vinum* atque *varium cibum* septima die offerendum dixit, non *declinationem passionis*, sed *numerum dierum* advertens, tanquam tunc necessario solvi passionem existimans. quod est [7] *jure* vel *legibus simile*.

130

Duplex Asclep. curandi modus.

Dehinc explicita passionis avertendæ præcautione & cognitione præsentis, [*f*] hoc etiam *effecta curatione* ordinavit: ejus

131

f. clysteris usum frequentem

4 hoc falsum.
5 Vide Oribasium L. IV. Cap.
6 propter alvi fluxum, quem facile excitat.
7 quasi Prætor jussisset.

jus *duplicem* dicit *differentiam*, unam *non meticulosam*, ac multis *phreniticis* aptandam, aliam *vehementem* atque *periculosam*, quam φιλοπαράβολον appellavit, Quarum *primam* ordinans, si inquit, eum qui non sit *ab alio curatus*, acceperunt: & propterea nullo sit tentatus adjutorio, *odoramentis* utemur, hoc est *castoreo*, *peucedano*, *ruta & aceto*, vel ex his *infuso liquore*, &
132 *clystere* detrahendæ obtrusionis causa. Sin verò ab aliquo *medico* fuerat *ante curatus*, erit, inquit, omnis *unctio* atque *cataplasma*, vel *odoramentum prohibendum*, statim primo ingressu, & *ad lucem ex umbra transmutandus* ægrotans, *sternutamentum* etiam adhibendum, *mulsum* dandum æstate quater, hyeme bis in die, dimidia hemina in singulis potionibus, sed præcocto melle, ne *venter humidus*, aut fluidus fiat. Tunc veniente *nocte* primo ad *domicilium mediocre* secedendum, atque plurimus vel *apertus aer* fugiendus, dehinc si aliqua fuerit (*t*) *accessio*, vel articulorum *stupor*, his (*v*) transactis dandum quicquam de præscriptis *sorbilibus* necessario: si autem (*vv*) *æqualia* permanserint *febrium signa*, statim vespertino tempore, *o-*
133 *leo* totum corpus *perungentes*, caput etiam atque collum *rosaceo*, dabimus sorbilem cibum: tunc ad largiendum requiem vel somnum, sufficiens erit motus, bajulatoria sessione adhibitus, quia mox ægros mites ac (*x*) delicatos facit. Aliqui denique *phreniticorum* (*y*) dirarato corpore motus causa, deficiunt. Quapropter *nocte* magis atque *post cibum gestationem convenit adhibere*. Hæc est secundum *Asclepiadem* metu periculosa, atque cauta differentia curationis.

alius tutus.

alius periculi plenus.

t. typus cum horrore aut frigore
v. cessantibus
vv. absque intensione & remissione
x. demulcet, & delenit.
y. nimis transpirante

134 Huic extemplo respondemus, (*z*) quia *nulla* est metu *periculosa* differentia curationis, *arte formata*, sed est potius tuta: neque etiam *vehemens*, quam secundam posuit *periculosam* ac metuendam. Vocanda est enim *artis judicio probata* necessario magis, quam supradicto est vocabulo nuncupanda. At si verè fuerit illa quam putat, tuta: quomodo non omnibus, sed multis erit *phreniticis* congrua? aut cur non manifestavit,
135 quibus sit incongrua. Quid dicam? quia ipsa quoque, quam putat *tutam curationem*, *pejor* esse perspicitur. Primò etenim [8] *invidiosè* jubet si qua ante ipsum *Medicus* adhibuit, *repudianda*. At si non adhibuerit, tunc probanda, tanquam (*a*) legitima putans, ut hæc *aliis adhibentibus noceant*, (*b*) *ipso* (*c*) *medeantur*. Dehinc, neque quibus utendum sit his prohibitis di-

Examinatur, *z*. quod

erroris & invidiæ arguitur.

a. ex lege
b. *subint*. adhibente.
c. prosint

8 observa Medicorum invidentiam.

dixit, ut oporteat *phreniticum* sine ullo adjutorio derelinqui. Est etiam *vehementer noxium aceto uti* atque *peucedano*, & *ruta*, & *castoreo*: [9] premunt hæc enim, & *vertigines* ingerunt, & ob acrimoniam sui, *tumentes* (*d*) *dissecant membranas*. Hinc 136
etiam *alienationem* geminant, aut (*e*) *pressuram* ingerunt vehementem: horum testis ipse est *Asclepiades*. Accusans enim eos qui *rutam* probaverunt adhibendam, vitandas inquit primò (*f*) *gravabiles* virutes. Siquidem *ascensu* quodam inspirationis *caput invadant*, & magnas mentis occasiones alienationis subjiciant. Præterea paulò superius in eodem *libro* ait, ipsum caput [*g*] obsidere non sinunt hi qui curant *cataplasmatibus*, & *aceto*, & *polline*; & confectis *fomentis* ex multiformi materia *abluendum* existimant. Similiter *ungentes* non solum *ca-* 137
put, sed etiam *faciem* atque *collum*, quæ omnia non difficulter (*h*) naris implendæ odoris acerrimi atque gravabilis. Nobis denique *sæpe contigit* ingredientibus ad ægros quibus hæc fuerant adhibita, *vertiginem pati*. Quid nunc *Asclepiades* gravius olens habuisti *castoreo?* quid gravabilius (*i*) ab his quæ adhibenda confirmas. *Cataplasma* verò ex *pollinibus*, & *aceto*, fuit cataplasma remoto aceto *per se* efficax: Laxativum est enim, sed *acetum* tibi repugnat: Ipso tamen *caput foveri* [10] jussisti. *Clysteris* vero (*k*) *culpam* superius probavimus.

Est etiam (*l*) iners, *omnes ægros*, ut voluit, ex *tenebris ad lu-* 138
cem transferre, cum quidam *tenebris curari magis* videantur, sicut superius demonstravimus. Vexat etiam (*m*) *ptarmicum* quod credidit adhibendum. *Acre* est enim atque *ignitum*, ut *piper* [11] *struthium*, & *album helleborum*, quibus tumentes *membranæ* ex eorum acrimonia *in* (*n*) *asperiratem surgunt*, & *agitatione* ob sternutamenta *extentæ provocantur*. Denique si *statio corpusculorum* causa est phreniticæ passionis, ut putat, *vehementius* eam *his rebus excitari* suspicandum est, cùm ad sternutamenti motum materia concurrit. Omnino denique sic curationes 139
suas confundit, ut quæ etiam ipse ordinavit excludat, cum sibi quadam comparatione fuerint opposita: ait denique *majora adjutoria vitanda*. Siquidem nocere magis quam prodesse videantur. Sed quid tandem *levioribus* (*o*) laceramus, si *fomentis*, atque *unguentis*, & *cataplasmatibus*, & *odoramentis* & *ster-*

d. rodunt, lancinant.
e. soporem
f. quæ caput gravant
g. obsilere, id est a dolore vacare
h. nares implent odore acerrimo & gravabili.
i. quam ea
k. noxam *Ulterius exagitatur*.
l. non secundum artem
m. *vulgo* errhinon
n. quasi crispantur
o. lacessimus

9 consopiunt, ut vaporosa omnia.

10 Supra enim odoramentum ex castoreo, ruta, peucedano, & aceto commendavit.

11 Vocatur & Lanaria, quod ejus radicibus utpote acribus, ad eluendas lanas utantur. Est lychnidis quædam aut saponariæ species.

sternutamentis ægros afficiendos credidit? quibus apparet eum contra semet tulisse sententias. Caret etiam artis auxilio, quod pro (*p*) *temporum aere*, atque *loco* ordinanda adjutoria putat, & non pro *passionis tempore*. *p.* anni tempestatibus

140 Dehinc non oportet solum considerare, *quoties potum* demus, verumetiam *quando*. Etenim *accessionis tempore limpida quoque aqua* febrium facit incendium. *Mulsum* verò dandum dicit sublevandi *pulsus causa*, nescius quomodo *proprium phreniticæ passionis*, inesse parvum atque *humilem pulsum*, ut *lethargo majorem* ac *tardum*. Oportuit igitur *passionem destrui*, *non pulsum optari majorem*, *qui sæpe pejorando consurgit*, quando ex *phrenitico in lethargum* venerit: ita quoties potum demus *autumno*, *Varii errores notantur*.

141 vel *verno tempore*, non docuit. Dehinc *clystere* utens, *mellis* metuit admixtionem: & ne *ventrem*, inquit, *fluidum* faciat, *decoquendum* jussit, & clysterem non timuit, ne ventres commoveret. *Falsum* est etiam cum continua atque jugis fuerit passio, *circa vesperum cibum dare*. Siquidem etiam secundum ipsum *Asclepiadem* (*q*) releventur omnes (*r*) *lucis initio*, vespero accessiones augeantur. Natura, inquit, *vesperum* ob *aeris crassitudinem* densata inflat corpora, atque *initium generat accessionis*. Omnibus denique pulsus levatur statim ex medio die initium sumens. Omnino igitur *ratione caret vesperum cibo tempus eligere*, quo etiam secundum *Asclepiadem* accessiones augentur. *q.* mitescant *r.* cum diescit.

142 Grave est etiam *oleo rosaceo* tumentia *refrigerare*, atque constringere, & ex odore vertiginem facere, atque (*s*) *pressuram*, & inchoante accessione ægros ad alium transmutare locum, quando *magis eos oportebat quiescere*. Sed neque *quotidie* cibo nutrire est, ut putat, *necessarium*, & magis si nulla fuerit *solutio* conjuncta, solo tumore constrictis corporibus, quæ ferre non possint quotidianam cibi sumptionem. Noxium est etiam omnes gestatione agitare: in his enim qui (*t*) *solutione* & *constrictione* vexantur, magis extenditur passio, & horum testis *Asclepiades* est primus. Etenim ait *vias apertiores* fieri gestatione. *Pergit Celius in refutando Asclepiade*. *s.* soporem *t.* simul conjunctis

143 Denique defectio atque (*v*) *diaphoresis* sequitur eos qui incongrue gestatione fuerint moti. Quod quidem nescius qua causa fiat, tanquam remedium quærens vexationi gestationis, *nocte* gestari atque *post cibum* ægris prodesse æstimavit, scilicet ut non solum *incongruo adjutorio*, verumetiam *inordinato* homines noceantur. *Neque* enim *sanis utilis gestatio post cibum*. *v.* virium dissolutio *Asclep. errorem emendat alio graviori*.

Iner-

Inertem etiam perſpicimus diætam primam; quod ait quibuſdam eſſe contrariam, nec tamen docuit quibus. Si enim quos nocet neſcierimus, neceſſario etiam quos relevet, neſcire conſequitur.

Curatio φιλοπαράβολος vv. cum

Tradens etiam *periculoſam* ſive temerariam, quam *φιλοπαράβολον* appellavit, ita compoſuit curationem; in alia, inquit, habere ſimilia prædicta paſſioni ſolum, quod vinum (*vv*) pro melle circa veſperam, non niſi omnino coegerit paſſio, damus: ſi minus, [12] *primo ingreſſu ſtatim*, atque *plurimum*, & *extentum* hoc eſt, *meracum & ſalſum* dabimus *vinum*, quod appellavit [13] *παραλασσωμένον*. Etenim inquit quæ primo imbecilla atque tarda de ſorbilibus & mulſa dederunt ægro commoda, omnia ex vino celerius atque coacervatim implentur. Etenim *fervor plurimus* accedit, & *pulſus erectio* & (*x*) *roſcida ſudatio* mitigatur, tanquam ex [14] *cautere* per totum corpus vino concurrente, atque inurente ſenſum. Scientia hæc eſt vehementior, quam dicit curatio, pro mulſa habens vinum, ut *cæteris peccatis manentibus* in odoribus, & fomentis, & ſternutamentis, & jacendi loco, & geſtatione omnibus ordinata, *graviorem ex vino vexationem* adjecerit. In quibus neque mulſum recte ſecundum ipſum ordinatum eſſe perſpicimus. *Dat* enim *vinum & incongrue, & intemporaliter, & immodice*. *Incongrue* inquam, quoniam *ſalſum*, & propterea *acre*: quando denique mel coqui jubet ne venter veniat in fluorem, atque ab aliis ordinatum clyſterem removet, tanquam in (*y*) commemorationem ducentem ac gravem *phreniticis* vexationem, hoc eſt *fluorem ventris*: cum magis ſalſum vinum id facile poſſit efficere, & per acrimoniam *febres*, atque tumens corpus incendere. *Intemporaliter* autem, (*z*) quomodo circa *veſperam*, quando ſecundum ipſum fit acceſſio: vel certe (*a*) ſtatim, ut ait, *primo ingreſſu*, tanquam ſecum opportunitatem dandi attulerit vini. Item *immodice* dare probatur, quomodo *mulſum*, atque (*b*) *meracum*, & propterea ignis in modum vexare perſpicitur, ut vere ipſum videatur *cauteris* eſſe virtute, quæ *nervos* incurrens atque penetrans infeſtæ jamdudum *febriculæ* conjuncta, etiam (*c*) *illud quo ſapimus* offendit & alienationem geminat mentis, aut

144

145

146

147

x. ſudor colliquativus

Alii errores, circa vinum dandum.

y. commotionem inducentem

z. quoniam

a. ſubint. dari jubet

b. ſub. dari jubet

c. mentem

12 Ruſticorum in febribus curatio.

13 Τεθλασσ. οἶνος, vinum eſt cui aqua marina admiſcebatur: huic oppoſitus eſt ἀθάλασσος οἶνος. Vid. Celſ. & Auctorem γεωπονικῶν.

14 Plane infeliciter Aſclep. hic curationem ulcerum ſordida tabe manantium huc trahit: iis cauterium convenit.

aut *spasmum* facit ægrotanti: asserens etiam quod hi qui non
mullum neque meracum accipere voluerint, noceantur, si
148 quidem minus inebriare contingat. Erat enim (*d*) conve-
niens omni *phrenitico* qui ab eo curatur, hanc adhibere (*e*)
propriam alienationem mentis, (*f*) aut omnino vinum ac-
cipere noluisset, (*g*) quippe cum *Asclepiades* ex vino frequen-
ter *phreniticos* fieri fateatur, atque similes ebriis inveniri; quo-
nam modo igitur credi potest eosdem *multo vino* accepto, at-
que meraco relevari, quibus *alienatio* ex vino (*h*) facta perspi-
citur? quæ necessario in capite simili semper vexatione ope-
ratur.

d. necessarium
e. novam
f. nisi cum
g. cum tamen
h. fieri.

149 In his nos credulitate occupari existimat, ut (*i*) tanquam
ebrios plurimum vinum in *altum somnum* demergit, non ali-
ter etiam *phreniticos* vinolentia in somnum venire posse pute-
mus, *mulso* atque *meraco poto* affectos. Hæc enim vere ipso-
rum aliquis dicere potest, sed contra erit advertendum, *nul-
lam* esse *similitudinem* (*k*) *vinolentiæ phreniticæ passionis*. In *e-
briis* enim alienatio ex *multitudine poti vini* facta perspicitur,
quæ (*l*) reflata temporalem citius alienationem solvit. In *phre-*
150 *niticis* vero ex (*m*) *tumore* alienatio fit. Quo considerandum
est quia vinum in his *reflari* minime potest propter *difficul-
tatem viarum*, quæ sunt ex morbo adeo *densatæ*, ut neque (*n*)
naturalia, quæ per *sensuales vias* excludi consueverunt, red-
dantur, neque accepta per cibos impertiri corpori facile vi-
deantur, vel per tenues vias digestione soluta (*o*) propriari
atque ad sua destinata pervenire; sed manentia *statione insue-
ta*, novo turbore corpus afficiant, atque *tumentia* exagitent,
mentem quoque turbent, vel receptacula quæque percutiant,
tempore quo etiam ille *spiritus*, qui naturalis ac tenuis est,
angustatos suos (*p*) *ambitus* pungit, ac dolores corporis efficit.
Mitto etiam, quomodo, si ut volunt, ebriis similes *phreniticos*
accipimus, *non oportuit ebrium inebriando curare*. Nullus enim vi-
151 nolentus bibendo in sobrium venit. Nam magis econtrario
qui perseverando potaverunt, multo (*q*) poto multum *mentis
alienationem* auxerunt, aut in *spasmum*, aut in *vigilias incura-
biles* devenerunt. Adjuvant etiam vexationem vinolentiæ *gra-
vabilia odoramenta*, atque *fomenta*, quibus denique fortes ac re-
cte valentes in conviviis incautius usi, multa se gravatione ve-
xarunt. Ait etiam vinum in *cauteris* similitudinem (*r*) *absti-
nere sudorem*, cum idem dicat *mitigari alienationem* accepto vi-

Asclep. phreniticos inebriando curat prater rationem.
i. quemadmodum
k. cum vinolentia
l. concocta & discussa
m. phlegmone cerebri & membranarum.
n. mucus narium, saliva &c.
o. locis quorum propria sunt, subministrari
p. fibras nerveas & membranas
festive dictum
q. potu

Asclep. sibi contrarius.
r. cohibere, reprimere

no, cum se plurimi ac per totum corpus[15] *sudores* effuderint, ut secundum ipsum id sit intelligendum, quod nunc *abstineat* vinum sudores, nunc faciat.

Similitudo, qua Asclep. vinum nunc strigere nunc solvere male probat.

Libro denique quem de *communibus adjutoriis* scripsit, utri- 152
usque virtutis vinum, dixit. Sicut enim, ait, *coagula densant* atque *extenuant lactis naturam*, cum caseus ex lacte crassescat, & materia exinde tenuior ac magis liquida fiat, quam *Græci* ὀρρὸν appellant, atque hæc contraria eadem virtute (*s*) suffecta separantur. Non aliter & *vinum* vi quadam suæ *percussionis*, plurimam nutrimenti partem densare (*t*) accepimus, atque in se cogere, plurimam vero resolvere ac dirarare, & tenuem facere. Quibus probatur *repugnantia* ex iisdem pro-
mittere, & *frigido exemplo* denique errare. Sed neque (*v*) *di-* 153
scretionibus generalibus vini conjectura convenit, falsis exemplis immissa. In his denique adhuc constitutus, demonstrationibus vanis involvitur, dicendo vini tutam potationem in *passionibus tardis*, magis quam in *celeribus*, vel *acutis*: & in his qui *dimissionibus* relevantur, magis quam in his qui *continuatione* vexantur: & *senibus* magis quam in *juvenibus*: & præpurgatis *clystere*, vel *sitientibus*, magis quam *plenis cibo*: & *inchoantibus* ac *deficientibus* febribus, magis quam *summa tenentibus*: & post accessionem potius quam ante ipsam. Nunc au- 154
tem curans *phreniticos*, ordine quodam usque ad finem servato sicut in nutriendis[16] (*) virginibus *vinum* dari constituit, in *celeri passione*, atque *continua*, & *omnibus*, nihil sane considerans, sed statim *primo ingressu*, ac frequentius in *statu* passionis. Tunc enim, inquit, vehementius alienantur ægrotantes. Præterea & in *vehementia* accessionis intelligitur dare, cum *vespero tempore* dandum jubet. Hæc sunt quibus neque sibi conveniens *phreniticorum* curationem ordinasse probatur, quanquam plurima infinita quæ dici potuerant, consideratione taceantur.

s. affecta

t. observavimus

v. signis diagnosticis

* viribus

Morbi strictura vesperi vehementiores.

CA-

15 Aliquoties in Helvetia observavi, ubi vinum in omnibus morbis acutis venenum est, phreniticos jam deploratos larga vini potatione in rabiem primo actos, exinde in profundum somnum demersos, denique in profusissimum sudorem, felicissima temeritate, solutos convaluisse: longe plurimos autem in ipsa rabie fuisse mortuos.

16 forsan meretriculis, quarum procacia mero incenditur.

CAPUT XVI.

Ad [1] *Themisonem.*

155 (*a*) QUomodo *Themison*, scribens *celerum passionum* curationes, antiquorum peccatis assentiens quædam incondita dereliquit, (Nam necdum purgaverat suam *sectam*, & ob hoc *phreniticorum* ordinans curationem quibusdam erroribus implicatur,) ipsius quoque inspicienda sunt singula. Primo igitur ex *prima diatrito* nutriendos dicit, nullis etiam cogentibus causis, quod est improprium tempori. Dehinc dat *sorbilia*, ita *cucurbitam*, aut solum *mulsum*, aut *pomorum* quædam. Quod nunc dissimilitudo virtutis ciborum
156 docet, errorem facile ejus perspicimus. Etenim *sorbilia* quæ posuit succi sunt melioris, *cucurbita* vero cito corrumpitur. *Poma* quoque succi maligni, ac facile acescentis esse noscuntur, etiamsi sani fuerint accipientes: quibus denique (*b*) medio cibo uti debere *salutaribus præceptis* docuimus. Ubi autem *viscera tument*, & (*c*) *altiora* febribus inuruntur, multo
157 facilius acescere poma probamus. Prohibet sane in fomentis *peucedanum*, *castoreum*, *rutam*, sed *aceto rosaceo* (*d*) admixta hiberno tempore; æstate vero *aqua admixta* (*e*) rosaceo *initio passionis* caput foveri jubet, non (*f*) continens quomodo ob magnitudinem *transcenso initio*, *extemplo passio sumit augmentum*. Dehinc etiam si (*g*) initium habere potuerit, quod est (*h*) difficile, *erat melius constrictivis uti lenioribus*, *ut* oleo *Hispano*, atque [2] *novo*. Etenim acetum, & rosaceum percutit, & implet caput. Quod autem *refrigerantis* ac densantis virtutis est, *crescente strictura*, *incongruum* esse perspicitur. Ita juxta differentiam temporum hyemis vel æstatis fomenti mutare qualitatem, nullius est rationis.

158 Item duobus diebus, vel tribus transactis etiam *hederæ foliis*; vel *succo*, aut *serpylli*, aut *mentæ*, vel cujusquam similis

a. Quoniam vero

Themison statim phreniticos nutrit intempestive, & cibis malisucci.

b. sub. pro

c. profundiores & penitiores corporis partes

d. sub. probat

e. sub. oleo

f. animadvertens

g. aliquam rationem id faciendi

h. vix probabile

stringentia phreniticis nocent, nulla vel æstatis, vel hyemis habita ratione. Them. fotus veluti ex penso ordinat.

1 Cognomento Laodicœum, qui sectæ Methodicæ dedit originem. Vixit paulo ante Celsum. Vid. Cels. in præfat. ad lib. 1. & Plin. N. H. lib. XXIX. cap. 1. Universos morbos ad tria summa capita redegit, stricturæ nimirum & solutionis: quæ variis vocabulis synonymis expressit, ut sunt: σφιγνὸν καὶ ῥοῶδες: σφίγνωσις καὶ ῥύσις: τάσις καὶ χάλασις: ἀτονία καὶ ῥῶσις: συναγωγὴ καὶ χύσις: ἀραίωσις καὶ πύκνωσις: ἀνεωγμένων καὶ κεκλεισμένον. Et qui ex strictura & solutione erant mixti.

2 Nam vetus diaphoreticum ac tenue est.

lis virtutis ſimplicium, ac non [3] *vehementium ſpecierum* cum *oleo*, atque *aceto* per intervalla fovendos dicit, etiam nunc non juxta ſectæ rigorem. Neque enim ad *numerum dierum oportet fomenta ordinare, cum debeamus magis paſſionem, quam tempus attendere*, & neque conſtrictiva tumoribus, atque gravabilia ægrotantibus adhibere. Nam [4] *hedera* cum bibitur, mentis errorem inducit.(*i*)Cadit etiam, cum in acceſſione *thoracem* putat *ungendum*, & in his qui fortem ardorem ſentiunt *roſaceo fovendum*: Hoc etenim quum virtutis ſit [5] *denſativæ*, conſtringit tumentia, & ardorem geminat. *Omne* etiam *unguentum acceſſionis tempore*, & magis in augmento *febrium incendium facit ex ſuperficie corporis ad* [6] *altiora perduci*. Peccat (*k*) enim & in reprobandis *odoramentis*, non docendo quæ illa ſint, ac quot diebus abſtinemus ægrotos, unguentum adhibendo quod eſt (*l*) *laborioſum*, niſi etiam cibus fuerit datus. Oportet enim *neque cibari non antecedente perunctione, neque perungi niſi cibus fuerit* (*m*) *conſequutus*. Sed etiam poſt unctionem *aqua frigida* faciem fomentat, conſtringens rurſum tumentia, *phreniticis* ſtrictura caput afficit. *Omni* etenim *phrenitico ſtrictura caput affici nemo negat*. Item inaniter putat, ex tertia die, qua mente alienari cœperunt, nulla acceſſionum diſcretione cogente, quotidie cibum dari. At ſi alternis diebus fuerit occurrens acceſſio, alternandum etiam nutrimentum. Oportuit enim niſi (*n*) declinato *ſolutionis metus* occurrerit, atque *quotidianis diebus* acceſſiones fuerint effectæ, omnibus cibum *alternis* dari. Nam non poteſt corpus (*o*) *diurnis acceſſionibus gravatum* ſuis partibus *applicare nutrimenta* quæ ſumpſerit.

at male.

i. Errat

k. etiam

l. moleſtum

Perunctio & cibatio ſe debent conſequi.

m. conſecuturus.

n. inclinante morbo

o. quotidianis

Themiſ. male adhibet balnea:

Sed hic gravius peccans ait adjuvare etiam *lavacrum*, quanquam ſit adhuc paſſio *in gradu* conſtituta, tribus tamen vel quatuor diebus tranſactis ex quo mentis alienatio irruiſſe videtur. Quomodo igitur conveniens *lavacrum* paſſioni probatur, cum nec dum quotidianis diebus cibum dare (*p*) videatur; Quippe cum adhuc paſſio ſuæ *magnitudinis* teneat *ſummitatem*, & propterea *mitigativa* ſit *curatio* magis quam *turbatio* ex lava-

p. nimirum Cælio

159 160 161

3 ut rutæ, caſtorei, & reliquorum id genus: quod volebat Aſclepiades.

4 Ob vim inebriandi olim in Anglia hederam, vice lupuli, cereviſiæ incoquebant: illis temporibus calculum ibi vix fuiſſe notum obſervarunt.

5 Oleum roſaceum, ut hodie conficitur, vix refrigerat, multo minus adſtringit: proin videtur antiquis aliam fuiſſe id parandi rationem, aut Cælium noſtrum labi.

6 Ob impeditam tranſpirationem.

162 vacri commotione adhibenda. Mitto quod æger ad hæc magis *moveatur alienatione mentis*, nec ullo assensu nostro pareat imperio. Siquidem (*q*) ferali mente omnia quoque accipiat, ac recuset. Item jubet *lavantes* in solium primo descendere, tunc ascendentes è solio *fricari plurimum*, & rursum descendere, quod est laboriosum: sufficiebat enim *defricatos*, tunc solum descendere, cum se *modico* senserint *sudore* vexatos. At iste post, lavacrum oleo *rosaceo* caput *fovet*, quo gravius odore
163 impletum ægrotantes afficiat. Est autem *incongruum* neque consequens *laxata*, ut putat, *lavacro corpora* oleo rosaceo fomentare, cum sit frigidæ atque constrictivæ virtutis, & propterea *corporis* efficiat *densitatem*. Non enim ejus frigus erit aquæ frigidæ[7] comparandum, cum aqua frigida ob extinguendum fervorem, veluti [8] *cocti corporis*, adhibeatur: *Rosaceum* vero perseveratione quadam simili, atque eadem vexatione *jugi frigore*, & *odore percussibili* caput afficiat.

passionem enim exasperant

q. veluti brutum aliquod

Nec minus male caput fovet oleo rosaceo.

164 *Vinum* etiam dandum *declinationis* ordinavit *tempore*, cum neque omnibus hoc sit adhibendum, sed solis illis qui *simplici ægritudine* afficiuntur. Dehinc non in omnibus prohibuit *vinum salsum*, sed in his qui sunt *insueti*; nescius (*r*) quia consueti vexantur. Si quidem sit *natura noxium febricitantibus vinum*. Consuetudo autem nihil aliud prodesse, quam ut non plurimum corpora noceantur, potest. Nos vero oportet *consuetudinem rerum utilium facere*, *noxiarum fugere*. Dat etiam *vinum* plurimum ad *himinam*, (*f*) etenim vel tres dimidias (*t*) jubet ante cibum, si fuerit *sitis nimia* consequuta: quod est,
165 ut sentio, *sine ulla ratione*. In gravi enim ac periculosa ægritudine, (*v*) *nudis* & *sitientibus visceribus*, ingrediens *vinum* facile concurrit ad *nervos*, atque *mentis judicium* tollit, cum non habuerit præmissum cibum, in quem incurrens quadam tarditate moretur. *Proficientibus* igitur *ægris*, perseverandum, inquit, in utendo vino, si vero (*vv*) *profectus cessaverit*, tribus vel quatuor diebus *aquam* dabimus, usum vini differentes. Rursum dierum numerum & non passionis considerantes motum. Quapropter etiamsi post tres dies difficultas adhuc declinationis obstiterit, non oportet ad usum vini descendere. Etenim *sollicitatæ passiones his impulsibus facile ad augmenta recur-*

Themis. vinum parum caute dari jubet.

r. quod etiam

Consuetudinis vis, ac effectus, & potestas.

f. interdum

t. sub. dari

v. exsuccis.

Egregium Cælii judicium.

vv. morbus steterit

Phrenitis facile ex intempestivo vini usu redit.

7 Mens Cælii videtur esse plus noxæ metuendum ab oleo rosaceo, quam aqua frigida, ob perseverantem illius actionem.

8 cum v. gr. jus nimis fervens frigida temperatur.

currunt. Hæc nunc Themison *phreniticis* curandis ordinavit. Sed post ex *methodica secta* multa bona contulit *Medicinæ*.

CAPUT XVII.

Ad [1] *Heraclidem*.

166

EMpiricorum sufficit soli *Heraclidi Tarentino* respondere. Etenim eorum posterior, atque omnium probabilior apud suos invenitur. Idem nanque *primo libro* curationum de *internis passionibus*, varias curationum differentias scribit, pro suspicionibus causarum. Nam primum *phreniticum* jacere jubet *loco obscuro*. Siquidem, *luce*, inquit, eorum *mens asperatur*. cum plerosque magis videamus *tenebris* asperari, atque *luce* eos qui *adjuncta solutione* afficiuntur: adeo ut si paulo vehementior fuerit, (*a*) *diaphoreticam* faciat *solutionem*. Item jubet ventrem 167
clystere deduci, tunc *phlebotomiam* adhiberi, atque *alia die* rursum usum innovari clysteris, non advertens, quomodo *tumentibus præcordiis*, atque extentis, vel adductis simul cum visceribus, *periculosum* est quicquam [2] acre, vel quod commoveat immittere, *quo retento tumor magis augeatur*. Dehinc *turbulentum*, atque vexabile, & per omnia contrarium esse perspicitur, *eadem die clysterem atque phlebotomum* adhibere: quippe cum neque tempus utendi dixerit, neque qui sunt phlebotomandi discreverit. Etenim *eos qui solutione afficiuntur phlebotomia nocet, ut gladius*. (*b*) Extendit peccatum, dicendo, *oportere quotidie adhiberi clysterem*, ut neque quiescendi aliquod tempus occurrat, & cibo non nutriatur & *viribus privet* frequens hæc injectio. Tradens etiam *localia adjutoria*, caput 168
fovet decoctionibus lauri. Tunc novacula *radit*, & ex eodem liquore *vaporat*. Post rosaceo oleo *caput* atque *nares* jubet ungi, percutiens *tumentia* ante declinationem ex *fomentis supradictis*, implens etiam caput ex odore lauri, atque (*c*) *gravedines* ac *vertigines* efficiens. Similiter & ex oleo (*d*) roseo *constringens* simul ac frigidans *cerebri membranam*. Imponit præterea *cataplasma* ex polline & aqua mulsa, admiscens *iris illy-*

Heracl. phreniticos promiscue loco obscuro collocat

a. colliquativam.

In omnibus utitur clystere & phlebotomia.

Phlebotomia valde nocet in omni solutione.

b. majus reddit

c. gravitatem Hippocrat. βαρύτητα dictam

d. rosaceo

1 Heraclides hic, nobilis Empiricus, ægros suos vel jejunio necabat, vel opiatis fallebat: cæterum diligens, materiæ imprimis medicæ, observator, quique præter experimenta non loquebatur. Causarum etiam indagationem, ut alii suæ sectæ, non respuebat.

2 quasi clyster mollis atque lenis esse non possit.

lyricæ decimam partem, & *lentiſcini olei*, & *aromatici calami*, quę omnia ignea atque percutientia *odoris cauſa* eſſe perſpiciuntur:
169 & *oportebat tumentia congruis relaxare virtutibus.* Item jubet poſt hæc medicaminibus *ungi caput* & *nares*, hoc genere confectis: *Peucedani*, *caſtorei*, *opii*, ut in libro quem 3 *Nicolaum* vocat, *olei* (*e*) *amygdali amari* pondus ſupra ſcriptum: ſed prætriti cum *aceti* ſextariis duobus, & *olei irini* unciis tribus, quorum uſus ita, inquit, erit adhibendus, ut *præcalefacta* apponantur. Ex quibus *gravatio* capitis, atque *commutatio* naſcetur, ut ſtatim *alienatio in preſſuram* tranſeat, cum tantis perniciosiſſimis malis ægrotantis caput obſidetur. *Empiricos* laudat.

Cælius fomenta & cataplaſm. gravis odoris in phrenitide reprobat.

e. amygdalini

Nec minus unguenta.

170 Mirandum ſane unde hæc ei veniſſe ſuſpicio potuerit, ut diſcrepantium commixtio unam facere virtutem poſſe putaretur: vel quæ illis *natura* vel *fortuna* fuerit *magiſtra*, quas ſæpe ſuis inventionibus duces fuiſſe teſtantur. Vel certe quomodo diſcrepantes hiſtoriæ in iſta medicaminis confectione judicium tacuerunt. Sed ſi hoc *experimentum* dixerint, apertiſſime delirabunt, ut (*f*) *laborans empirica* ad occultarum con-
171 fugiat apprehenſionem cauſarum. Item jubet nocte *caput vaporari*, ſi facultas fuerit, *papaveris* decoctione, atque *ſerpylli*, non adjiciens uſus cauſam, neque rationem qua ſit hoc circa *veſperam* faciendum, cum tunc maxime *phreniticis aſperius tempus occurrat. Vaporatio* autem caput exagitat, & *tunc magis in requie fuerat habendus ægrotans.* Sed intelligimus eum in iſta fuiſſe rerum diverſitate coactum, cum ſolas vigilias ægrotantis attendit, ſomnum quibuſcunque (*g*) ambitionibus
172 adhibendum exiſtimare. Quinetiam potandos dicit ægrotantes antidoto διακωδείων, cum *mulſi* ſextario, vel (*h*) *ſeminali medicamine* toto, quod διασπερμάτων vocant, aut tuſſicular, quod (*i*) *bechicum* appellant: cum magis 4 *opium*, hoc eſt papaveris lachryma, *denſitatem faciat.* Item ſeminalis potio acrimoniæ cauſa incendium faciat viſcerum, atque hæc omnia gravando *preſſuram magis*, *quam ſomnum* facere videantur. Somnus enim *laxatis* fiet *corporibus indulgentia naturali*: *Preſſura* verò denſatis (*k*) adverſitate morborum. Igitur præſcripto

Empirici perſtringuntur.

f. dogmatibus Empiricorum addictus

Vaporatio circa noctem magis nocet.

g. modis & rationibus

h. emulſione ex ſeminibus, imprimis papaveris

i. τὸ βηχικὸν

Somnus phrenit. non opiatis conciliandus, ſed ſtrictura ſolvenda.

k. ut cari, comatis, lethargi

3 *Nicolaus*, Heraclidis empirici liber, ita dictus, quod eum *Nicolao* cuidam nuncupaverat.

4 Merito C. Aurel. hic opium & reliqua ex papavere confecta reprobat, utpote quibus Empirici tam veteres quam novi, incautos fallunt.

l. inflammatam cerebri membran.

pto medicamine, negligens (*l*) *tumentia*, contrariis strictu-
ram geminat rebus, non similibus, quomodo cum *causa im-*
peditionis somni, hoc est *strictura* augetur, in *lethargicam pas-*
sionem ægrotantes veniunt, vel certe majores vigilias. Item co- 173
dem libro accusans utentes medicaminibus ex *castorẹo* atque
aceto & *spondylio* confectis & *cataplasmatibus* ex aceto siqui-
dem sint acria, ipse quoque nihil minus peccare videtur, adhi-
bens gravabiliora atque acriora. Etenim dicere(*m*)quomodo non
ad solvendam passionem, sed servandi ægroti causa hæc ad-
hibuit, est omnino (*n*) inertiæ. Nam *primo* quibus passio le-
vigatur, his etiam æger servatur. *Secundo* quibus laborans re-
tinetur in vita, iisdem etiam passio relevatur. *Tertio*, (*o*) cum
non parvo periculo ex-vigiliis afficiantur, majus tamen ex pres-
sura *Heraclides* facere perspicitur: nam somnum [5] fecisset gra-
vabilibus utens medicaminibus, cum sit semper, ut *in utili-*
bus majus, sic *in adversis levius eligendum*.

m. quod

n. artis inscitiæ

o. licet *Majus phreniticis periculum a nimio somno quam a vigiliis.*

Sed, inquit; ut *vinum* mediocriter datum *nutribile* ac *sa-* 174
lutare probatur, plurimum vero atque *immodice* datum capi-
tis *gravedinem*, atque *mentis errorem* facit, sic etiam medi-
camen supradictum moderatione accedente *somnos faciles fa-*
cit remota gravedine. Est autem exemplum dissimile: horum
etenim medicaminum etiam si *parvum* quidquam fuerit datum,
gravedinem facit: si *plurimum*, *mortem*. Nam (*p*) quia grava-
tio magis quam somnus efficitur, facile perspicere poterimus.
Etenim de somno *coloris melioris* efficitur corpus, *fortitudine*
quoque acquisita. Ex medicaminis vero pressura, *pallor*, at-
que *debilitas*, & *gravatio* corporis nimia sequetur. Dehinc *o-*
mnis somnus in corpore spirabili, *atque indulgentia laxato nasce-*
tur. Medicamina vero quæ ob vigiliarum mitigationem (*q*) 175
dantur, magis *accessionis tempore* offerenda dicuntur. Tum e-
nim vehementer *ægri* vigilare noscuntur, cum sit impossibile
(*r*) turbore corpus impletum, somni tunc indulgentia tem-
perari: cum hæc *incommoda medicamenta etiam sponte* (*s*) *ven-*
turam corrumpant, *incendant etiam altiora*, *& præsentem auge-*
ant accessionem. Neque enim licet etiam *cibos consuetos*, atque 176
qualitate convenientes accessionis tempore offerre, vel quod mul-
to levius est, [6] *aquam*, quæ corrumpi posse negatur: ut cui-
quam minime credendum sit *supradicta medicamina isto præser-*
tim

p. quod *Quomodo somnus bonus dignoscatur ab eo, qui opiatis debetur.*

q. subin. ab Empiricis

r. vexatione, inquietudine

s. somni indulgentiam *Opiata sub initium paroxismi maxime pestifera sunt.*

5 Abrupte hic Cælius noster, ut sæpius solet, loquitur, & subintelligit, si phreniticus ipsis fuisset curandus.

tim tempore, digestionis officio superari. Ait præterea succumbente passione dandum (*t*) *viscellum* simplex gallinaceum, vel succum *ptisanæ, ordei,* vel *orizæ*, ac deinde per profectum ad usum *panis* accedere, (*v*) levi ex farina confecti, & *gobionum* piscium pul-
177 mentum: *secundo* carnis gallinaceæ ac leporis, quę non recte quisquam etiam declinationis tempore ob reficiendum corpus[7] prima dari permittat: quæ quidem declinatio forsitan nec futura sit his malignis ęgrotanti atque tantis affecto, & nulla mitigatione (*vv*) tolerato, neque *oris collutione*, neque *potu*, neque *cibo*. Mitto etiam quia si[8] dimissio fuerit facta, non necessario tempus accipit præfinitum. Etenim nunc decima nunc duodecima die vel ultra sæpius occurrit. Quapropter tantis diebus *innutritum ægrotantem relinquere, non solum noxium, verumetiam impossibile* esse perspicitur. Dehinc gallinarum *viscellum* facile corrumpitur: & est digestione difficilis hordei atque ptisanæ succus:
178 *oriza* verò quod stringat nulli dubium est, atque ita panis quantitatem augere nos quoque admittimus, pisces autem *gobiones* dare prohibemus: etenim locum in *passionibus* celerrimis vel *acutis* (*x*) *acrior cibatio*, quam πολυφαγίαν vocant, non habet. Item dari jubet *leporem*, atque varios cibos, & neque *lavandam faciem*, neque aliam congruam corporis diligentiam ordinandam vidit, sine qua minimè[9] *digestio* fieri potest, non solum *variæ cibationis*, verumetiam *simplicis*, nisi corpori perunctionibus, atque alia diligentia recreato fuerit illata.
179 Hæc est secundum *Heraclidem* curationis, prima phreniticorum (*y*) differentia. Illis vero qui *cruditate phrenitici* fuerint effecti, ita curationem ordinavit, ut supradicta similiter adhibeantur. *Cataplasma* verò *non prius quam clyster antecesserit*, adhiberi jubet. Etenim perniciosum est, inquit, *pleno corpori* hæc adhibere. Siquidem ad caput rapta materia in *salutis periculum* præcipitet ægrotantem: atque ita prohibendam dicit *phlebotomiam*, adhibendam vero corporis *purgationem*, poto medicamine quod appellat (*z*) *diascammonias*, hoc est, quod
180 ex *diagredi* conficitur: quibus apparet hunc suæ[10] *sectæ* pec-

t. jusculum ad gelatinæ consistentiam coctum
v. a furfure purgata
vv. recreato
Improbatur Heraclidis jejunium.
Oryza adstringit.
x. amplior
Phreniticos ex cruditate quomodo Heraclides curaverit.
y. ratio, modus.
Prohibet V. S. & utitur purgantibus:
z. διασκαμμονίας cathar-ticum

G ca-

7 ante alios reficientes cibos, analepseos principio.

8 Mens auctoris est, quia si opus est morbum ante remittere, quam cibum dari, ista cibi dandi opportunitas non certo dierum numero est limitanda.

9 Hic locus ostendit, fotus ex oleo, hydrelæo, & aliis id genus, à methodicis imperari solitos, adjuvandæ concoctionis causa inventos & excogitatos fuisse.

10 Cui addictus erat antequam Empiricus fieret.

cata custodire, ut ea quæ *Empirici* [11] servabilia vocaverunt; etiam nunc adhibenda existimet, *adjiciens etiam pejora, prohibendo phlebotomiam*, quæ simplici atque innexio laxamento, nullis obstantibus adhibita, facile *laxato corpore passionem posset auferre*, cujus in vicem nocentissimam adhibendam *purgationem* judicavit *scammoniæ*, quæ est *gravior cruditate*, quam ipse metuens in contraria venit argumenta curationis. Etenim ex hac corporis *purgatione*, sive liquidarum detractione materiarum, *corpus* (*a*) *confluere* manifestum est, atque ejus *solida* quadam (*b*) dimissione (*c*) *lentescere*, & *in liquida migrando* deperire. Mitto quod neque suæ *sectæ* servaverit *morem*, quæ 181
nunquam (*d*) *vasculorum corporis materias* attenderit, si quidem sint non solum *occultæ*, verumetiam *Empiricorum* judicio (*e*) *falsissimæ*. Etenim existimare, quod (*f*) discendæ passionis causa succorum nominaverit cruditatem, potuimus, nisi etiam curationis ordinem ipsum intuens discessisset, adeò ut etiam *scammoniam* bibendam credidisset. *Quærendum* etiam *ubi* esse cruditatem suspicetur, quam scammonia putaret detrahendam. In *intestinis?* sed sic fuerat melius atque facilius eam *clystere* purgare. An in *capite*, an verò in *toto corpore?* Sed cum hæc incerta demiserit, videtur *judicium sui operis medicamini dimisisse*, ut tanquam sentiens animal operetur, separando a naturalibus aliena, hoc est cruditate corrupta, atque sola (*g*) detrahere.

Tertiam inde curationis scribit differentiam, qua jubet, si 182
totum corpus non *fuerit multo sanguine gravatum*, sed *solæ capitis partes* videantur impletæ, ex *vena frontis* detractionem fieri: cum neque passionis esse causam sanguinem videamus, neque ex patientibus locis detractio aliquid medeatur: etenim *magis patientes adimplet partes*. *Primò* ex antecedenti [12] *fasciolæ constrictione*, secundò *ipsius coactæ materiæ concursu*. Illos verò quos (*h*) *corruptione*, inquit, in passionem venisse viderimus, *clystere* purgandos, *aquam dantes largius bibendam*. Aliquando etiam *mulsum*, aut *vinum chium*, aut *rhodium*, sed primo aquatum, secundo etiam meracum. Hic etiam rursum suæ 183
sectæ rigorem contempsit, *suspicionibus in errorem deductus*, liquidarum materiarum corrupta temperare festinans, & *ita ju-*

gi-

ut perperam

Quomodo purgatio noceat

a. diffluere, colliquari
b. liquatione, *a ii* remissione
c tonum suum amittere
Empirici liquida non curaverunt.
d. humores & spiritus
e. fallacissimæ
f. dignoscendæ *falsissimum scomma.*
g. detrahat

Tertius phreniticos curandi modus per V. S. ex fronte

cur improbetur.
h. succorum corruptela

Heracl. sectæ suæ leges transgreditur.

11 id est, observatione cognita, & ob eam rationem retinenda.
12 qua ligandum caput est, ut tumidiores venæ priusquam feriantur appareant.

giter; ut *incurabilem* faciat manere *passionem*; dat etiam sine tempore *vinum*. Et quid pluribus? ita curandi diligentiam prætermisit, ut varia mobilitate videatur esse confusus: quorum [13] omnium meminisse decet, sed [14] *solam supradictorum probare rationem*. Hæc sunt quæ de *phrenitica passione* credidimus ordinanda, nunc de cæteris celeribus, vel *acutis cum febricula* passionibus, sequenti docebimus libro.

13 nimirum phrenitidis differentiarum.

14 Vult Cælius quod ea sola probanda sint, quæ supradictis rationibus vera esse monstravit, utilia, legitima, & consentanea.

ACUTORUM MORBORUM

LIBER II.

CAPUT PRIMUM.

1 *De Lethargo.*

CElerum cum febricula passionum primam superiore libro tradidimus *phrenitim*, nunc *lethargicam* cum cæteris, ordinamus. Vocatur *lethargus* à *consequenti passioni oblivione*: *Græci* enim λήθην oblivionem vocaverunt, ἀργίαν vacationem, quam corpori atque animæ ingerit vis supradictæ passionis. Et est comparatione *gravior phrenitide*, non aliter quam negatus in toto visus, (*a*) ab ex parte impedito: vel silentium, ab impedita loquutione: aut surditas, ab auditus falsitate: vel he-
2 betudo sensuum, a difficultate. Denique *vehementi strictura phrenitici* sæpissime *in lethargiam* venerunt, ut *declinante lethargia*, aliquando econtrario lethargi *in phrenitim* deciderunt. Quorum haud rarius ex supradictis prima contingunt. Siquidem facilè *periclitantes passionis magnitudine in pejorem deveniant*: *difficilè autem in periculis bona locum accipiant*. Quapropter *Asclepiadi* credendum non est, dicenti *pulsum*, atque *respirationem* [*b*] humaniorem *lethargis* quam *phreniticis* esse: siquidem habeat magnitudinem & percussum fortiorem, [*c*] tanquam ju-

Unde Lethargus nomen habeat.

Est gravior phrenitide.

a. quam ex

Letharg. & phrenit. sæpe in se commutantur.

b. liberiorem, majorem

c. utpote

1 *sc.* ut ex phrenitide fiat lethargus.

gi ſomno [2] dormientium. Sed *neque iſte ſomnus eſt*, impedi- 3
tus omnibus naturalis actionis officiis, ſed *eſt oppreſſio* quæ ni-
d. reficit hil (*d*) reſumat ægrotantem, ac potius demergat. Neque e-
tiam pulſus fortis, ſed magis debili percuſſu invenitur, at-
que piger, ac inanis. Quod autem inflatione *erectus* videtur,
Obſervatio practica. *non fortitudinis cauſa, ſed paſſionis nequitia* id efficitur. Deni-
que in his quibus ob phreniticam paſſionem *parvus* eſt pul-
ſus, ſæpe pejorante morbo, atque in lethargiam tranſeun-
te, pulſus in *magnitudinem*, erigitur, ob *ſpecialem proprieta-*
tem paſſionis, non proficientium virium cauſa: quippe cum
generaliter *ſtrictura pejorante omnia deterius roborentur*.

Quomodo alii lethargum definiant. Demetrii definitio. ambigua. Sed hanc plerique diffinientes paſſionem, aiunt *lethargiam* 4
eſſe *delirationem, cum febribus acutis ad perniciem ducentibus*:
& erat verius non delirationem ſed *preſſuram* dicere. [3] *De-*
metrius autem *Herophilus* paſſionem inquit acutam *cum preſſu-*
ra, & *obſtruſione ſenſuum frequenter cum febribus*. In qua dif-
finitione ambiguum eſt, quo ſit accipiendum *frequenter*: u-
trum ne antecedenti ſerviat orationi, ut intelligamus frequenter
cum difficultate ſenſuum: an conſequenti ſit orationi jungen-
dum ut intelligamus frequenter cum febribus: an verò utri-
que ſerviat parti. Quo invenimus nihil recte eſſe diffinitum: 5
ſemper enim cum difficultate ſenſuum atque febribus hæc in-
telligitur paſſio. *Aſclepiades* hanc paſſionem non diffinivit, ſed 4
Alexandri Laodic. definitio. *Alexander Laodiceſis* ex Aſia ſecundum ipſum ait [5] *lethargum* eſſe
ſubitam, vel *recentem paſſionem cum febribus*, & *preſſura*, atque
ſenſuum jugi difficultate. Sed quoniam videmus eſſe plerunque
etiam cum *dimiſſionibus* lethargiam & (*c*) *preſſuram*, id ipſum
c ſomnum profundum morboſum. eſſe perſpicimus, quod eſt ſenſuum difficultas, quanquam hanc
graviorem putaverint preſſuram. Nec ſanè debuit in diffini-
tione *magnitudinis differentias ponere*, ſed *paſſionis genus* quem-
admodum intelligatur, *manifeſtare*. Nonne etiam complexio- 6
nem

2 Sicuti dormientium quovis in ſtatu pulſus, & reſpiratio eſt plenior & fortior, ita & Lethargicorum: non tamen inde eſt concludendum Lethargum tutiorem eſſe morbum Phrenitide, in qua pulſus humilior & reſpiratio inæqualis.

3 Quis hic fuerit Demetrius Herophilus non certo conſtat. Fuere duo hujus nominis Medici: primus Herophili fuit ſectator, forte hic ipſe quem Cælius noſter citat, & propterea legendum Demetrius Herophilius: alter, cognomento Archiater, floruit ſub Imp. Antonino Pio, & M. Aurelio.

4 Aſclepiadis diſcipulus.

5 *ſequentia indicant legendum* lethargum eſſe alienationem ſubito accreſcentem.

nem magis *phreniticæ passionis* cum *lethargia* dedisse videtur? Denique *alienatio subito accrescens*, cum febribus acutis, *phreniticæ* est passionis. *Pressura* verò cum febribus, *lethargiæ*. 6 *Athenæus* Tharsensis *furorem* (*f*) inquit *mentis cum mœstitudine*. Siquidem *Asclepiades* in primo libro celerum passionum dixerit *phreniticis* alienationem cum *turbore* effici, in *lethargis* cum somno atque *tristitia*. Alii alienationem cum mœstitudine, & jugi somno esse lethargiam dixerunt. Etenim non habent mentem in furorem extentam, ut *Athenæus* ait, sed
7 sola in alienatione constitutam, ut *Asclepiades*. Sed etiam nunc traditiones has caducas simul advertendas existimo, ex his quæ supra memoravimus: *non* enim *somnus in lethargis esse advertitur*. Nam nullum periculum [*g*] sequeretur. Neque etiam accessionis tempore magis ægros (*h*) afficeret. Item *neque jugis* in omnibus est *pressura*, sed etiam plerunque dimissionis *intercapedine* levigatur. At si cum febribus esse non adjungerent, ut *Asclepiades* fecit, communis esset cum *epilepsia* diffinitio. 7 *Leonides* autem *epysintheticus*, lethargus, inquit, est (*i*) *lethargia secundum vias membranarum, cum furore mentis*, atque *febre*, & *mœstitudine*, ac *pressura*, & *pulsu magno*.
8 Sed neque *causam* oportuit dicere (*k*) quæ sit occultà, atque apud veteres discrepans, & injudicata, cum *passionem manifestare fuerit magis necessarium*. Neque etiam mœstitudinem, vel tristitiam, atque mentis furorem. Etenim *pressura* in semet *mœstitudinem* atque *furorem* continet. Item 8 *Menemachus* pressuram inquit celerrimam, vel acutam cum acutis febribus, & non semper jugibus. 9 *Soranus* vero cujus hæc sunt quæ latinizanda suscepimus, *pressuram* inquit *celerem* esse, vel *acutam cum acutis febribus*, & *pulso magno*, ac *tardo*, atque *inani*: frequentare, inquit, in senibus. Siquidem *aptior* sit *sensuum difficultati atque demersioni ipsa quoque senectus*.

cum phreniticide confusa.
Athenæi definitio.
f. vocat
Caduca, sicuti priores.
Lethargici non dormiunt.
g. è somno
h. sub. lethargus
Leonidis definitio
i. obtrusio
k. quia est *causam magis quam morbum manifestat.*
Menemachi definitio.
Soranii definitio.
Senes lethargo magis obnoxii.

C A-

6 Sectæ pneumaticę princeps. Traxit ea nomen à spiritu, quem ejus sectatores tanquam quintum elementum reliquis quatuor adjungebant.

7 Leonides, Methodicus, de eorum numero qui Episynthetici vocabantur, forte quoniam dogmata Methodicorum, Empiricorum, & Dogmaticorum conjunxerunt.

8 Methodicus, ingeniosus suæ sectæ propugnator.

9 Methodicus clariss. vixit sub Trajano. Hunc Cæl. Aurel. omnibus suæ sectæ præfert. Scripta ejus perierunt: hæc autem jactura à Cælio sarcitur: ejus enim vestigia ita premit, ut quæ ille Græce scripsit, in his Cælii libris nobis latina sistantur.

CAPUT II.

Quæ sequuntur eos, qui in lethargiam venire posse noscuntur. 9

Signa lethargo obnoxiorum propria.

SEquuntur eos qui in *lethargiam* faciles, ac proni esse videntur, aliqua *communia* ex his quæ etiam *phrenitim* fore denunciant: Aliqua *propria*, quæ etiam in causa communi tanquam propria accipimus, ut sunt ea quæ in *phreniticam* venturos passionem designare præscripsimus, ut *febres acutæ*, ac *vehementes*, & sæpe continuæ, ac *difficile ad superficiem corporis ascendentes*, *capitis gravedo*, vel *somnus* aut *dolor vehemens*, 10
repente ac sine ratione recedens, *tinnitus aurium*, *vultus inflatio*, *pallor* tanquam ex vinolentia, & *mæstitudo*, vel *tristitia*. Erit præterea *tacitus* is, qui natura, atque sanitatis tempore fuerat multiloquus, tunc *piger*, ac *non sponte initians loquelam*, sed alienam prosequens: *suarum tacitus querelarum*,
a. ἄλογα aut, non (*a*) digna ratione referens: *multo* etiam veluti *somno affectus*, *nec quicquam somnians*, aut eorum quæ somniaverit memor: *schema* jacendi frequenter *supinum*, contra solitam consuetudinem: *oscitatio jugis*, *extensio crurum*, tanquam mox è somno expergiscentis: *pulsus* etiam *inæqualis*, post aliquot 11
saltus ordinatus, aut inordinatus, & pro *ætate*, aut *natura*, *major*, aut *tardior*: aliquando etiam in *inanitatem intercapedinatus*: quod denique *si in phrenitica passione contigerit*, *in lethargiam transituros ægrotantes* significat. Etenim *majorem pulsum* fieri, neque *tardum*, neque *inanem*, sed ætati ægrotantis convenientem, speciem *declinantis phreniticæ passionis* accipimus. *Certius* etiam, quoties circa numerum, [1] *æquales minoribus*, *majores saltus* efficiuntur, ac velocibus & densis & vehementibus: multo *potius*, si etiam *plures majores* atque *celeres* fuerint. Quidam attenderunt etiam naturam ægrotantis si [2] *sa-* 12
livosus semper fuit. Etenim declives atque faciles istius *modi* naturæ in *pressuram* probantur. Attendendam etiam [3] *consuetudinem* ajunt, utrum ne febricitans in *pressuram* venire ac demer-

Quomodo phrenitici in lethargum lapsuri dignoscantur à reconvalescentibus.

obnoxii lethargo salivosi.

Quid præterea considerandum.

1 i. eodem temporis spatio totidem pulsationes fortes efficiuntur, quot antea debiles.

2 Hoc etiam Hippocrates observavit: Ait enim lib. II. περὶ Νούσων §. 63. Νῦσος ἡ καλευμένη Λήθαργος, Βήξ ἴσχει, καὶ τὸ σίαλον πτύει πολὺ καὶ ὑγρὸν &c. lib. III. §. 5. idem repetit.

3 Sunt enim qui quavis accessione febris, etiam intermittentis, vel delirant, vel soporosi fiunt.

mergi solebat; *ætatem* quoque, utrum ne sit [4] *mediæ*; & *aeris* habitum, utrum multis hanc ingesserit passionem; & *anni* vel temporum partem, utrum *autumni* media. Tunc enim frequentare istam passionem putaverunt.

Vide Aphor. Hippocr. 30. sect. 111.

CAPUT III.

13 *Quomodo discernimus lethargos ab his qui similibus afficiuntur.*

JAm *lethargum* suis signis intelligere debemus. Est enim melius atque certius, sicut in *phreniticis* diximus, si dicas, quæ sunt signa lethargi. *Unum* enim quicquam *singulare*, ut est *pressura*, vel *febricula*, *non significat lethargum*, sed *plurima* atque sibi convenientia, & concursus multorum, *signum* faciunt *indicabile lethargi*, ut lethargus certis ac propriis signis sit indicatus, quemadmodum supra diximus. (*a*) Intelligimus *lethargum* ex *obstrusione*, atque *hebetudine sensuum*, *pressura* etiam, atque *febre acuta* sive jugi, sive (*b*) dimissionibus intercape-
14 dinata, *pulsu magno*, [1] *tardo*, *inani*, & *inflato*. Sine his enim neque esse intelligi lethargus potest. Nam quædam præterea alia sequuntur multa vel pauca, secundum *passionis magnitudinem*, vel generalis *temporis* atque specialis *differentiam*. *Primo* igitur sequitur *dubia* atque *somni similis pressura* & demersio, sed quam facile æger vocatus excutiat, ut interrogatus, sane non statim, sed (*c*) secundum, respondeat: ac tunc jussus, vel *oscitatione persuasus*, inspectioni *linguam* exerere, aut non id faciat, aut tarde fieri consentiat: vel cum protulerit, non reducat, aut tarde colligat: si quid etiam *manu* tenuerit, *nescius* atque *sine voluntate* dimittat, & loquens, *priorum obliviscatur*: & neque
15 *enuntiationis ordinem* servet, sed potius intercipiat; exprimere etiam quæ loquitur non valeat, nullo corpori (*d*) attestante defectu, *manus* impatienter extendat, attestante *tremore*, atque membrorum *saltu*, nulla etiam *siti* afficiatur, sed frequenti ac reflua *saliva* ore impleto spuere contendat, & tunc supra mentum atque stramenta sputa remaneant: ac si *urinam* mittere fuerit admonitus, *matellam* non postulet, vel si petiverit, nesciat datam: atque *urinam* non dimittat, nisi fuerit admonitus: hanc quoque *difficulter* excludat, vel *paulatim*

Singulare signum nil certi significat.

a. cognoscimus

Necessaria lethargi signa:

alia accessoria.

b. remissionibus

c. paulo post

d. præsente ita passim utitur hac voce Cælius.

1 Pulsum hunc Hippocrates appellat σφυγμὸς νωθρὸς.

e. tenacem, viscidam

tim, & *turbulentam*, aut *plurimam*: salivam aut (*e*) *exustam*, & *crassiorem*, aliquando etiam [2] *indigestam*. *Crescente* passione 16
signa pressionis crescentis.
jacendi *schema supinum* juge efficitur: color *plumbeus*, vel *lividus*: vultus ipse *conductus*, atque concurrentibus superciliis *caperatus*, non aliter quam mœstitudine sive luctu videmus oppressos: *lapsus* etiam a superioribus lecti partibus, ad inferiora, negligenter abjectis cruribus, atque conversis, residuo quoque corpore non recte disposito, *pulsus* major, rarus, inflatus, *respiratio* tardior, ac major, cum quodam *gemitu*, conductio *præcordiorum* ad superiora: oppressio sensuum, & difficilis *recordatio*, adeo, ut nisi puncti vel incitati fuerint, non excitentur, sed, solum motis labiis leviter, atque conductis, rursum demergantur. Sunt etiam *obscuræ vocis*; ac 17
deinde si fuerint manu *lacessiti*, aut punctione aliqua *adhortati*, vel *titillati*, non exaudiunt: vel si quis eorum manus levaverit, ac dimiserit, statim concidunt: *ventris* etiam atque *urinæ* officio cessante, adeo ut *plerique* ex passione liberati, *discussa pressura*, *urinæ reddendæ impossibilitate* moriantur.
Signa in pejus vergentis lethargi.
At si *passio* in pejus duxerit ægrotantem, *respiratio* (*f*) crassescit, ita ut extincta videatur; *palpebrabrum* quoque non perfecta fit *conclusio*: *oculorum* cavitas: *linguæ* ariditas, atque asperitas: *dentium* confixio, atque *stridor*, adeo, ut si quisquam 18
velit facere eorum discretionem, non valeat: vel certe semiclauso *ore* ac dimisso, ita ut *mentum propendens* videatur, & neque manu conduci separata possint, *stridore pectoris* (*g*) attestante; immissi, vel destillati ob nutrimentum liquoris difficilis atque *interrupta transvoratio*; *pallor*, & *saltus* inferioris labii: *articulorum* stupor: *unguium* livor: *guttur* prominens, atque extans: *pulsus* humilis, ac per (*h*) profectum (*i*) diminutus: *sudores* frigidi, & glutinosi, vultum (*k*) secus & collum: plerunque etiam *involuntaria* urinæ, vel stercorum [3] *emissio*, & *spasmus*, hoc est, membrorum conductio. At si 19
ad salutaria signa æger cœperit recurrere, ut passio minui videatur, omnia supra dicta leviora efficiuntur. Et quidam profecto in [4] *sanitatem* veniunt, reddita scilicet valetudine meliore. Aliqui vero alienatione mentis recedente *pressura* tentantur

g. accedente

h. sensim
i. λυσρίζοντα pulsum innuit
k. juxta

Quidam, antequam convalescunt, in phrenitidem recidunt.

2 Hoc idem est quod Hippocr. vocat σίαλον πυλὺ, καὶ ὑγρον.

3 Plurima horum signorum Hippocr. graphicè describit coac. prænotion. a 192. usque ad 198.

4 Hippocr. eodem loco dicit: Ὁκόσοι δὲ σώζονται τῶν ληθαργικῶν, ἔμπυοι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνονται.

tur. Tunc etiam *pulsus* humilior, atque densior fit, aut admoniti rursum demerguntur, ut complexæ (*l*) duæ passiones videantur. Aliqui denique è *lethargo* liberati absolutam *phrenitim* incurrunt, ac deinde ad sanitatem (*m*) pervenerunt.

l. lethargus & phrenitis
m. perveniunt

CAPUT IV.

20 *Quomodo distinguendi sunt lethargi ab aliis passionibus:*

QUomodo & *defectio animi* in febribus veluti sensuum facit hebetudinem, ita *mandragoram*, vel *altercum* bibentes opprimuntur gravatione horribili, sopori simili: item alii *lumbricorum* (*a*) adjectione (*b*) deprimuntur, discernenda cuncta sunt, ne *falsa similibus inducti vera putemus*. *Defectionibus* igitur *animi densus* atque *parvus*, & *coacervatim interiens pulsus* efficitur. *Mandragoram* vero, vel *altercum* bibentibus *pul-*
21 *sus rarus*, sed *plenior* fit: at *lethargis inanis* & *inflatus*. Item his qui *lumbricorum* vexatione afficiuntur, vel demerguntur, *densus* & *velox*, & *parvus*, & *deficiens pulsus* invenitur. Et magis tempore (*c*) *dimissionis* febris. Nam *accessionis augmento*, quantum creditur, non valent *ventrem* vel *stomachum* lactare atque (*d*) fellare. In *dimissione* vero, (*e*) resumpta inhærescunt visceribus, atque ita *consensum pressuræ* (*f*) ex antecedentibus faciunt. Sed hæc diligentius *chronias passiones* scribentes, cum de *lumbricis* dicemus, docebimus.

Quomodo lethargus differat ab animi deliquio;
a. vexatione
b. soporosi fiunt
sopore ex mandragora vel hyoscyamo: sopore à lumbricis.
c. remissionis
d. fugere vermes
e. resumptis viribus
f. ægrotantibus

CAPUT V.

22 *Quomodo lethargi inter se differunt.*

QUidam *Asclepiadis* sectatores etiam differentias *lethargorum* tradunt. *Alium* enim *per se* dixerunt, alium ex antecedenti passione, ut *phreniti*: atque ex ipsa venientem esse
23 graviorem. Item *alium* esse *novum* atque recentem, alium *inveteratum* atque tardantem, quod ex numero dierum conjici dixerunt: & *alium* fieri *cruditate* ac plenitudine affecto corpore: *alium* inani atque *passione macerato*. Sed nullam *lethargi* (*a*) velut ad *lethargum*, differentiam tradiderunt. [1] *exi-*

Sententia Asclepiadis sectatorum.
a. ad se comparati

sti-

1 Existimabile quidem, non certum aut probatum est, liquidorum plenitudinem lethargum indicare.

Mnaſea.

ſtimabile non certum probatum eſt liquidorum plenitudinem judicare. Item *Mnaſeas* lethargum *alium ſtrictura* effici, *alium ſolutione* dicit. Siquidem ſomnus nunc denſitate, nunc laxamento corporum fiat: atque in aliis (*b*) *abſtentas* videamus (*c*) officiorum naturalium *egeſtiones*, in aliis vero *largius effluentes*, adeo ut etiam involuntario exitu ſtercora, ſive urinæ fundantur. Item multi noſtrorum, *temporibus* atque *magnitudine* conſtare *lethargi differentias* tradiderunt: alium enim *magnum*, alium *parvum* eſſe dixerunt, & alium *initio*, alium in *augmento*, alium in *ſtatu*, alium in *declinatione*, & acceſſione vel dimiſſione: ſed omnes illius ſummas atque (*d*) generales paſſionis differentias tradiderunt, & non ſpecialem lethargi. *Falſum* etiam *ſolutione lethargum fieri*, quantum intelligitur, atque eſt lethargus. Etenim *involuntariam* egeſtionem (*e*) dixerint, in infantibus non *ſolutionis ratione*, ſed *mentis occupatione* fieri. Nihil denique pluſquam naturæ convenit, (*f*) excludunt, ſed ſolum quod debuit etiam voluntate deponi. (*g*) *Tenues* etiam *ſudores pressura* fieri, *non ſolutione* intelliguntur, ſed neque adjutoriis laxativis, ſicut in *adjutoriorum* libris demonſtrabimus. Quapropter *lethargi* proprias differentias (*h*) tradendas eſſe negamus.

b. ſuppreſſas
c. excrementorum

Quomodo Methodici Letharg. diſtinxerint.

d. quæ aliis omnibus affectibus conveniunt

Lethargus nunquam fit à ſolutione.

e. i. dicendum

f. reddunt pueri

g. Exiles madores, ſæpe frigidi

h. ab iis traditas

CAPUT VI.

Quis locus in lethargicis patitur, & quomodo curandi ſunt lethargici.

In Lethargo totum corpus patitur: ſpecialiter caput.

MAlè quidam etiam *patientem in lethargo partem caput* dixerunt. Ut enim de *phreniticis* dictum eſt, communiter *totum corpus* patitur, febricula teſtante: ſpecialiter vero *caput* plus, ob multitudinem vexationum, quibus afficitur. Difficile igitur intra [1] *primam diatriton* lethargus fieri poteſt, ſed frequenter poſt ipſam: & oportet (*a*) jacere in *loco lucido*, atque *calido* mediocriter: in acceſſione per intervalla *leviter excitari*, ſuo nomine exclamatum. Etenim jugiter *titillatu*, vel impreſſione, ac *punctionibus* hoc facere, nihil aliud quam *ſtricturam* erit *aſperare*, ob inquietudinem (*b*) quaſſationis.

a. ſub ægrum

Quo loco agri ſint habendi.

Leviter ſunt excitandi.

Nimia vexatio ſtricturam auget.

b. vexationis

[1] Primum triduum, ex quo quis ægrotare cœpit. Lethargus autem non fit in morbi initio, ſed in ejus augmento, frequentius autem in ſtatu, & declinatione.

27 tionis. Dehinc (*c*) probabilior atque *magis eligenda erit quassabili* & *noxia vigilantia*, *quieta pressura*: blando etiam articulorum *fricamento* utendum est. Est autem in accessione jugi *fomento caput* curandum, *oleo* dulci, atque calido: mollibus lanis *collum* tegendum: blandioris laxamenti causa locorum capiti vicinantium, & ob excipiendum ex fomento, si quid è capite fuerit lapsum. Tunc aliquando etiam è lecto ad lectum *translatione* facta, & declinante accessione, *oris collutio* adhiben-
28 da: terminata vero *potus dandus*. At si *febrium continuatio* fuerit, primo tempore lucis erunt (*d*) *media fovenda*, atque dorsum lanis mollibus circumtegendum: si magnitudo passionis exegerit, *phlebotomia adhibenda intra primam diatriton*, aut in ipsa. Dehinc si *ante diatriton* fuerit adhibita, sola *fomentatione* utemur, atque *oris collutione*, & potu *aqua* vel *mulso*. At si in *ipsa diatrito phlebotomia* fuerit adhibita, paululum differentes, *perunctionem* adhibemus, atque *oris collutionem*. Tunc dabimus *sorbilem cibum* ob celerem passionem. Si *fastidiosus* fuerit ægrotans, tanquam sanis sæpe contingit post altum somnum experrectis, vel si transvorationis oblitus, aut piger, tanquam sunt sani imminente somno declives in soporem, erit *acceleranda alicujus cibi transvoratio*, ut corpus relaxetur.
29 Nam graviore strictura lethargi phreniticis afficiuntur. Dehinc *post cibum* paululum differentes, atque articulorum *blanda fricatione* utentes, dormire permittimus: atque usque ad *declinationis* tempus, *alternis diebus à cibo abstinemus*, permittentibus viribus, solo *mulso* utentes. Si autem vires obstiterint, etiam his diebus sorbilia mediocriter damus. At si venter non fuerit solutus, *clystere* utemur, *oleo* calido & *aqua* in qua decoctum sit *fenugræci semen*, admixto aliquando *melle*. Tunc sicut in *phreniticis* tondendum caput atque radendum, & apposita *cucurbita* scarificandum, & sanguisugis relevandum.
30 At si (*e*) *media* tumeant, simili curatione *cucurbitæ*, atque *cataplasmatum* utemur, tanquam in *phreniticis* ordinavimus. Attendenda etiam cætera passionum accidentia, quæ *symptomata* Græci vocaverunt, ut ea quæ in corpore *frigida* fuerint membra, *blando tactu* manibus continentes, levi cum *fricatione* vaporemus: *sudantia* citius detergamus: *linguæ asperitatem* vel ariditatem *spongia* infusa aqua calida humectemus. Nam sæpe faucium siccitates præfocationis imitantur effectum. Tunc *oculos* lemis obsitos, vel lachrymantes *spongia* vapora-

c. optabilior
Blande sunt fricandi.
Caput fovendum.
Lectus subinde mutandus.
Os colluendum.
d. hypochondria & præcordia
Vena secanda quando?
Qualis cibus dandus.
Post cibum blande fricandi agri.
Quando cibus dandus.
Quando clyster sit adhibendus, & qualis.
e. hypochondria
Cucurbitis & cataplasmatis quando utendum.
Quomodo linguam, os, oculos, curare oporteat.

f. demersos, id est sopitos

bimus, atque ita (*f*) dimersos excitamus. *Calidus* etenim *tactus habet quoddam resumptionis illatæ levamen*. At si *pressura* per- 31
severaverit etiam *dimissionis tempore*, & propterea *cibi dandi difficultas* occurrerit, oportet ægrotantem *in pressura excitari*, donec sentiat: tunc priusquam rursum demergatur, destillandum ex *cochleari* sorbile quiddam faucibus, atque manu mentum quod laxius propendet, sublevandum, ut infusa, priusquam in somnum revocentur, transvorent. At si forte [*g*] mutatio accessionum atque pressuræ fuerit facta, quod quidem raro contingit, ut in continuationibus, *cibi tempus oriente luce est aptius*. Utendum etiam spongiarum vaporationibus, & fomentis capitis, atque domestica molli, ac pensili gestatione. In *declinatione* vero certissima, *varius cibus dandus*, 32
& *lavacrum*, sine (*h*) *vino* adhibendum scilicet: in *alia* vero *diatrito* danda *poma*: tunc etiam *vinum*. quorum rationem ex his quæ in *phreniticorum* curatione sunt ordinata, accipiendam dicimus. Tunc *cerotarium* scarificatis partibus apponemus. *Hæc* est *secundum* Methodicos *lethargorum curatio*. Antiquorum vero [2] *Hippocrates*, & *Erasistratus*, & *Herophilus* hujus passionis curationem non posuerunt: sed [3] *Serapion Empiricus* in primo libro, quæ ad *sectas* scribit obscura nimium, atque pauca ordinavit, quorum nihil est dignum enarrare.

g. remissio *Mane potius est dandus cibus.*

Quid in declinatione agendum.

h. vini potu

CAPUT VII.

Ad Dioclem. 33

Diocles Lethargicis adhibet acria medicamenta:

at malè? strictura enim augent.

a. utrumlibet

b. quod acutum est

Diocles libro quo de *passionibus* atque *causis* earum, & *curationibus* scripsit, prohibet demergi *lethargos*, *acutissimis* utens *potionibus*, atque jugiter corpus *defricat*, adhibens etiam *sternutamenta*, quæ Græci *ptarmica* vocaverunt: & neque manifestans, quas vocat acutas potiones, utrum in *qualitate acutas*, ut est *acetum*, an *officio usus*, ut est *celerrima transvoratio*: sed (*a*) utrum elegerit, malè dictum est. (*b*) *Alterum* enim den-

2 Libri περὶ Νόσων, Hippocr. adscripti, aut Cælii ætate pro talibus non sunt habiti, aut ipse non legit, aut mirum quid ipsi in mentem venerit. Hippocr. enim eorum lib 11. §. 63. de Lethargicis, ita præcipit: τοῦτον πιπίσκειν τὸ ἀπὸ τοῦ κρίμνου, καὶ μεταπιπίσκειν οἶνον λευκὸν οἰνώδεα, καὶ ῥοφάνειν τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης. ξυμμίσγειν δὲ σίδης χολὸν &c.

3 Primus hic ratiocinia e Medicina ejecit, omnia experientiæ tribuens.

densat corpus strictura laborans, (c) *alterum* inflat. Item *sternutamenta* corpus vehementi motu concutiunt, & magis *membranas capitis* in tumore constitutas: jugiter excitare, sine dubio asperatio passionis est. Peccatur etiam gravius *sine ullo adjutorio caput relinquendo*, in quo secundum ipsum passionis est causa.

c. celerrima transvoratio

Caput non curat.

CAPUT VIII.

34

Ad Praxagoram.

PRaxagoras secundo libro de curationibus, in *sorbilibus cibis*, hoc est *ptisanæ* succis, semper, inquit, ægros oportere servari. Cum non semper hoc conveniat, quando *declinationis tempore, oportet varia ciborum resumptione* vires reparari, non tunc uti succo *ptisanæ*, sed ipsa potius. Ille enim & corrumpi facilius, & inflare perspicitur. Deinde *clysterem* jubet adhiberi: non, inquit, metuendum si remanserit, non redditus. Erat hoc *veræ rationis*, nisi esset *virtutis acrioris*. Sed quia est acerrimæ, atque mordicantis qualitatis juxta *veterum consuetudinem*, quomodo sperandum est non gravius nocere
35 quanto plus fuerit *tumentibus partibus* immoratus? Dat etiam *meracum* bibere, *acetum cum melle*, & *piperis* immodica quantitate, vel pro vino, *absinthium*, dicens latere ignaros vinidationem: & *fomentum* adhibet pedum. Sed ex his *omnibus nihil sperandum est utile*, sed magis *incendia* viscerum altiorum, & veluti *putredines* tumentium membranarum ob nimietatem fervoris. Non enim cum *acriora collyria* tumentes oculos in *dolores* atque *lachrymas* plurimas cogere videamus, *membranas* quoque *cerebri delicatas* atque faciles ad injuriam ob naturam sui, tumentes passionis causa minimè ex supradictis inuri (*a*) credere potest, cum singula igneæ virtutis esse monstrentur. Item *meracum*, (*b*) inquit, hoc est ultra moderationem temperamenti commixtum *acetum cum melle* dari, & appellavit *o-*
36 *xymeli*. Nec tamen manifestavit (*c*) quid sit ultra modum temperamenti miscendum, utrum ne *mel* debeat superare, an *acetum*: non enim adjecit *aquam* quoque miscendam. Dehinc quam similitudinem potest *absinthium* habere cum *vino*, ut in ejus vicem dandum jusserit, cum sit & hoc generaliter *acre*, atque (*d*) *densabile*? *Vinum* verò omnibus *ante declinationem* ægritudinis *adversum* est, & magis *lethargis* ob nimiam vehe-

Praxagoras male per totum morbi decursum utitur ptisane succo

item Clystere, ut veteres solebant, acri.

item vino, aliisque fervidis.

At pessimo consilio.

a. credi

b. i. jubet, *ut passim*

c. i. quantum de iis

d. stringers

men-

mentiam paſſionis: *immoderatè* verò, ut ipſe voluit meracum, etiam *ſanos* (*e*) *demergit*. Ridendum præterea quod *caput patiens incuratum* relinquendum putat, & *fomentum pedibus* adhibendum, per venas eorum avertendæ materiæ *traductus* ut fiat.

e. in ſoporem compellit

Loco capitis ridicule pedes fovet.

CAPUT IX.

Ad Aſclepiadem & Themiſonem, & Heraclidem Tarentinum. 37

Aſclepiades, ſicuti in phrenitide, utitur acribus:

ASclepiades primo libro de *acutis* paſſionibus ſcribens, multa inquit adhibenda *lethargis*, quæ *phreniticis* ſunt ordinata. Nititur etiam jugiter demerſos *excitare ſternutamentis*, & odoramentis *caſtorei*, *rutæ* & *aceti*, & *ſpondylio*, *conyza*, & [1] *agno*, herbis: baccis etiam *lauri*, vel communiter, inquit, omne quod tenuare atque movere vehementer *membranas* valeat *cerebri*. Jubet etiam ea adhiberi, quæ *epilepticis*, vel *matrice præfocatis* adhibuit odoranda, hoc eſt *lanam*, vel *capillos* aut *cervi cornu*, vel *galbanum* carbonibus impoſita: & omnia quæ caput gravare valent, vel injucunda ſunt odoranti. Omnium inquit præſtantius, atque operantius eſſe *ſinapi* tritum cum *aceto* admixto, atque hinc *caput cataplaſmandum*, & dandum * manibus, quod excitet ægrotantem. *Potum* dat *bis* in die, vel *ter*, & veniente nocte offert tanquam phreniticis *vinum*, vel eo audacius. Etenim, inquit, accedere *ex vino furor in phreniticis* poteſt, in *lethargis* vero *nunquam*. Siquidem ſint omnes *ſenſus* (*a*) *apprehenſi*, atque mentis vigor oppreſſus: ex quibus apparet pejus eum (*b*) *à phreniticis lethargum cæca curatione* vexare. Etenim noxium atque *perniciosum eſt jugiter eos excitare*, ſicut ſupra diximus. Multo autem *gravius* 39 non communibus remediis hoc facere, ſed, ut ille putat, *ſternutamentis* immoderate moventibus, atque diſſecantibus corpus, & magis *cerebri membranam* in tumore conſtitutam. Si enim *pedes* quanquam ſint habitudine fortes, in *tumore* conſtituti parvo *deambulationis motu* facile vexantur, atque ob hanc injuriam in augmenta tumoris veniunt, quomodo non *membra-*

38

* naribus *ſub noctem dat vinum, quare?*

a. quaſi vinculis conſtricti

b. quam phreniticos

Noxa hujus methodi.

1 Agnus caſtus vocatur tautologia quadam, caſtus enim Latinis idem eſt quod ἁγνὸς Græcorum: ita dictus eſt hic frutex, alias etiam vitex appellatus, quoniam Veneris coercere ſtimulos credebatur. Totus eſt tenuium partium, imprimis ejus ſemen, urinam enim & menſes ciet; caput etiam tentat vini modo. Vid. Plin. N. H. Lib. XXIV. cap. 9.

branæ cerebri in tumore constitutæ, atque viarum densitatæ constrictæ, magis posse (*c*) moveri creduntur? Dehinc perseverare magis in *sternutamenti* usu jubet, ut scilicet ita forte convenire videatur, tanquam in *chronicis passionibus*: cum moderatione interea cessante, *noxius* atque *ve-*
40 *xabilis* esse probetur. Extendit etiam peccatum *odoramentis* ex *castoreo*, atque *aceto*, & *ruta*, & *spondylio* atque *agno* herbis, & *lauri baccis*, & *conyza*. Etenim *acetum* acre manifestè probatur, & quod valeat *membranam inurendo* vexare, cum *laxamento*, non *constrictione* indigeat: alia quoque *graveolentia*, & quæ *pressuram* faciant non solum *demersis*, verumetiam *recte valentibus*, improbantur. Hæc peccanter ex *epilepticorum* curatione, atque *præfocationis* matricis transferenda jussit, cum constet etiam in ipsis adhiberi non oportere *sinapi*, etiam si *chronicas passiones quadam* (*d*) *corporis* [2] *novatione* (*e*) *excludit*. acutas autem vel *celeres provocans*, *in magnitudinem tollit*. Omnis enim
41 *acrimonia tumoribus incongrua*. Nam & (*f*) *temporaliter* quidem æger omnis tanquam *adustus igne* (*g*) consurget, sed rursum *gravius* opprimetur. Oportet etiam secundum ejus præcepta *manente capillatura* aliquod *cataplasma* apponere: Et propterea non parvi temporis [3] *vexatione* membranam afficere. Nam *tonsuram noxiam phreniticis* (*h*) probat. His etiam *lethargos* similiter curandos existimat, quo fit ut etiam in ipsis tonsuram prohibuisse videatur. Non enim in illis *materiæ* post tonsuram *ascensus* vexabiliter *caput* poterit onerare; in *lethargis* vero id minime facere: quæ si tanquam vexabilis, excluden-
42 da est, *multo magis sinapi excludendum*. Adducit enim ad semet materiam, sicut *inflatæ*, atque in *ruborem deductæ* ejus appositione *partes* demonstrant, eamque adductam tenendo cogit, & *viarum* perficit *densitatem*. Dehinc *odore* penetrando mem-

c. vexari

Usus ptarmici

Graveolentium noxa.

Sinapi usus in morbis chronicis.

d. recorporatione: μετασυγκρίσει

e. sublevat irritans

f. in aliquod temporis spatium

g. excitabitur

h. putat

Sinapismi noxa.

2 Hæc corporis novatio, sive recorporatio Methodicis admodum erat in usu, & præcipua morborum chronicorum curationis pars. Cælius eam lib. III. Tard. passion. cap. 6. ita describit. Tum recorporativis utendum curationibus, quo reformata corpora, vel ut ita dixerim, rejectis vitiosis carnibus, ac renascentibus novis, reparata redeant ad memoriam sanitatis. Terminus hic *Recorporatio* seu μεταστύγκρισις, sicut & totum Methodicorum systema ex Asclepiadis philosophia videtur petitum. Corpora ipsi sunt συγκρίματα s. συγκρίσεις, concretiones minimorum corpusculorum, ex quorum interstitiorum nimia amplitudine & strictura omnes morbos derivabat: eosque, imprimis chronicos, curare idem erat ac novam σύγκρισιν efficere. Vid. supra lib. I. cap. 14.

3 quam affert madida, & cataplasmate onusta coma.

membranas inurit, & tamquam *acre collyrium* oculos, sic (*i*) *mentes* inflammat. Quomodo etiam *fricare manibus sinapi* (*k*) *lethargos* potest, cum *sensibus* ac mente *captus* esse videatur? Atque ita *odoramentorum tempus* tacuit, & solam *materiam* nominavit. Hoc quidem etiam de dando *potu* fecisse perspicitur, dicens *quoties* (*l*) detur, *temporum* tacita disciplina: *vinum* etiam *lethargis est incongruum, nulla declinatione passionis* * *firmata*. Simile est enim [4] *ebrios* ac vinolentia madentes *vino* 43
oportere uti, tanquam congrue superdato, in quibus periculum [5] *spasmi* fore nemo sapiens negat. At vero iste *importunius lethargis* (*m*) probandum existimat, sperans *vini furorem sub oppressione passionis posse latere*: vehementer enim curandum putat (*n*) occultare noxia quam prohibere. Miseriores igitur lethargis phrenitici judicandi, & experimentorum probationi subjecti. Namque etiam in lethargis demersionis aucta vexatio ex vini efficitur potu. Siquidem *spiratio alta*, ac (*o*) *conductus corporis*, atque *raptus* adveniat, & celerrime *mortis* sequatur effectus.

i. membranas
k. lethargicus
l. dare oporteat
* *firmatis*
m. dandum *Perniciosum imperitorum Medicorum artificium.*
n. sub. potius
o. convulsiones

Themison libris acutarum vel *celerum passionum* recte cætera 44
ordinavit, sed jubet *obscuro* in *loco* haberi *lethargos*. Etenim, inquit, *lux* apta non est: siquidem moveat atque turbet corpora, & non sufficiant *spiramenta* turbationi commotæ congruam exhalationem præbere: quapropter etiam *sani* in luce dormientes gravantur: quorum maxime hi qui *sub sole* dormierunt vexari noscuntur. Non advertens quod *omnis tenebrosus aer* constringit. *Lethargica* autem *passio* nullo alio magis quam *strictura* cognoscitur, quam necesse est augeri (*p*) ob *solis densitatem*. Sub *sole* autem dormientes gravari etiam 45
nos asserimus, sed ob *contrarietatem afficientium causarum*. *Lux* enim solis, atque (*q*) *vapor*, relaxat: econtrario, *somnum* astringit. Dehinc *lethargia* gravis atque perniciosa esse passio perspicitur. Somnus autem *naturale* est *officium*. Item sol gravat caput: *lux* autem quam *lethargicis* adhibemus tectorum sub tegmine, nullo *vapore* lucifici solis (*r*) augetur, neque *splendore* radiorum perfusum corpus graviter afficit ægrotantis. Jubet etiam parva per intervalla eorum *faucibus* insinuari *liquorem*:

Themisonis methodus.
Tenebræ stringunt.
p. obscuri loci
Sub sole dormientes gravantur, cur?
q. tepor
Natura grata & amica quies.
r. sub. vis nocendi

4 Quemadmodum qui ebriis jam altum dormientibus vinum præterea dat, eis somnum profundiorem conciliat: sic qui lethargico vaporis & humoris copia sopito & oppresso, vinum quod caput tentat, & in vapores dissolvitur, præbet, eum magis gravat, & obruit.

5 e plenitudine nimirum & acrimonia.

rem: quod præter tempus faciens ardorem illum, cujus causa id adhiberi existimat, augere potius quam minuere vide-
46 tur. At si *venter strictus* fuerit, *aloes* jubet dari appensum *triobolon*, hoc est, dimidiam drachmam, cum *aqua* ante cibum, ac id prodesse inquit, prius quam passio augeatur. Siquidem multa quæ ad *caput* ex corpore concurrunt, (*s*) detrahentur. *Soranus* vero qui normarum regulis *methodum* restituit, *noxiam* esse inquit *istiusmodi potionem*. Forsitan enim ob nimiam *strictuam* retinetur, & non solum nihil egerit, verumetiam ipsa remanet. Credibile autem ad ejus (*t*) *pigmenti* in stomacho (*u*) effectum sensum, *accurrere materiam*, ac deinde ad *membranas* & *caput recurrere*, quod per vias *stomacho vicinum* est, & ad rapienda quæ sunt summa facultate aptissimum, ob *tumoris fervorem*.
47 Dehinc gravius augeri peccatum videmus, cum *ante cibum* hoc *medicamen* dari jubet. Adjectus enim cibus necessario *corrumpitur*, manente adhuc in corpore *aloe*. Corruptio autem cibi vexat ea quæ ie circumplexa sunt. Attrahens deinde materiam a capite, attrahit etiam ejus nutrimentum. *Non* enim *ratione quadam tacita, veluti animal sentiens, poterit medicamen utilia relinquere, & ab his quæ contra naturam sunt ac detrahenda, separare.* Nutrimenta igitur propria deperdere dubium non est, (*vv*) cum vi medicaminis detrahuntur. Post *tertium diem* sternutamento utitur, cum ipse prohibuerit lucido in loco ægrotos jacere, siquidem moveantur atque turbentur *liquida* & *spiritus*: sed utique multo vehementius *sternutamenta* commove-
48 re posse perspicimus. Dehinc post quatuor, inquit, vel quinque dies, declinante accessione, si nihil obstiterit, ultra muros producendus ægrotans, & usque ad *viginti*, vel *triginta stadia* gestatione movendus. Quo tempore excitare etiam convenit, atque *sternutamento*, & *aceti* cum *sinapi* odoramento uti, vel *cataplasmatibus*, & hoc per totam passionem faciendum probat. Sed omnino *lucem* inquit, recusandum, tanquam (*x*) *commobilem corporis*, cum sit gravior in sinapi vel gestationis motu, commotio. Iners etiam atque vana (*y*) intentio, dierum numerus, atque modus stadiorum, circa gestationem adhibendam. Addo etiam immodicum motum esse stadiorum triginta periclitanti. (*z*) Quod etiam consideranti *sinapi* probaverit adhibendum, ratione caret. Utrum ne
49 quia [6] *tumorem* (*a*) senserit in (*b*) membrana? sed hæc *acri-*

s. sub. ex opinione Themisonis.
Purgantia durante strictura nocent; quomodo?
t. medicamenti
u. excitatũ.
Ratio ob quam Medici purgantia damnant
vv. quia
Themison motum & reliqua stimulantia suadet. Lucem prohibet.
x. facile comoventem corpus
y. animadversio, præscriptio
z. Quid
a. suspicatus est
b. i. meninge

6 qui relaxandus sit.

monia necessario densatur: an vero sensuum torpentium movendorum causa? sed jamdudum lucem, ne commoveat, recusavit. Postea inquit, *radendum* sequenti die, duabus ante accessionem horis, servatis *cataplasmatibus* ex *pane* & [7] *aqua* & *oleo rosaceo*, & *lini semine*, cum *posca*, vel *polenta* cum *fœnugræco*, & *aqua mulsa*, usum dissimilium cataplasmatum permiscens. Etenim mulsum atque fœnugræcum relaxant atque mitigant tumentia: oleum vero rosaceum, atque acetum; vel alica constringunt. Et propterea in augmento tumores supertendunt. *Intemporaliter* etiam utitur *cataplasmatibus*, quum ante duas horas accessionis venturæ adhiberi jubet, & sit eo tempore *requies* adhibenda. Dehinc, inquit, si vehementer fuerit oppressus ægrotans, ut neque (*c*) dimissionis tempore eum valeamus excitare, si *præcordia* mollia senserimus, atque *vocem* non ita obtusam; *fricationibus* corpus calefaciemus. Tunc *frigida* caput fomentamus coacervatim, atque jugiter, & quodam *percussu*, ut altius (*d*) a capite demissa veniant fomenta. Tunc ad *balnea* ægrotantem ducemus, ut densitatem frigoris relaxemus. Hæc igitur *vexatio* [8] perdendæ salutis magnitudinem vehementer excedit. Quod enim *passio* crescere facit (hoc est torporem sensuum) hoc etiam frigida fomentatio cogit augeri. quo fiet ut si forte (*e*) *temporaliter* quisquam ægrotantium, *raptu quodam terroris frigidæ* excitetur, *vehementius* tamen *accessionis tempore* opprimatur, sicut & ipse eodem in libro nescius confitetur. Dehinc affectans (*f*) *stationem sensuum* emovere fomento frigidæ, videndum est, utrum ne in accessione id fieri eligat, aut in dimissione. Sed si in *augmento*, contrarium & adversum est etiam naturale lavacrum. Sin vero *dimissionis* tempore, feriuntur ea quæ dimissionis ratione (*g*) indulgentia quadam tenues vias (*h*) agnoverant. Præterea post *frigidam allutionem*, *balneum sanos quoque incommodat*, implendo caput. Quid igitur prodest frigidæ ablutio quæ stationem atque torporem viarum excludere putatur, si necessario magis densitas acquisita ægrotantem opprimere perspicitur? Ita corpuscula quorum *statione* viarum obstrusionem factam existimat, facile utique transire vel resilire possunt, si capacitas exitum dederit, in quam venisse, vel ex qua exisse videntur. Huic au-

Cataplasmata intempestive adhibet:

c. remissionis

ut & fricationis fomenta & balneum.

d. quam caput est

e. pro exiguo tẽpore

f. torporem

g. laxamẽto

h. reseraverant, penetraverant.

50 51 52

7 *ex sequentibus legendum videtur*, Alica. 8 *Quasi diceret Celius:* Vexatio hæc ægro longe perniciosior est ipso morbo.

autem rei perficiendæ *frigida* repugnat : densat enim atque conducit vias . Fatetur sane neque se hoc uti *adjutorio*, cum sit aliud melius: quamquam nominare quod (*i*) sit, metuat. Etenim inimicum, & neque ipsius dogmati conveniens esse probatur.

i melius illud, *sub.*

53 [9] *Heraclides* Tarentinus primo libro de internis passionibus proponens *lethargos* fieri multitudine cruditatis, & crassitudine humoris, adhibet *clysteres* : quibus etiam admiscet aquam, in qua *centaurium* fuerit decoctum, vel *absinthium*. Dat etiam bibere *castoreum*, & *aquam salsam*, & *epythimum*: ac os ægrotantium distendens sensim, hæc infundit guttatim, quæ in os labuntur, decurrentia . *Caput* autem *posca* fovet, in qua fuerit *laurus* decocta, & *ruta* : rasis quoque *capillis* ungit castoreo, vel spondylio & aceto, cum oleo veteri, & ex pollinibus ahibet cataplasma quod appellamus [10] ὠμὴν λύσιν ex *posca*, & *absinthio*, & *nitro* : vel [11] *cantabro* ex
54 aceto. Dehinc sinapi cum aceto, & fico : & iisdem clysteribus post rasuram capitis utitur . Dat etiam & (*k*) *radices* masticandas: ac ex sinapi, vel pipere, *apophlegmatismum* provocat. Utitur etiam (*l*) *balanis*, si clystere ventrem movere non valuerit, & omne corpus *aceto* & *oleo* perungi jubet, *sternutamentis* commovet : & odoramentis castorei, & spondylii, ex aceto acri resolutis. Sed si ex *humorum acrimonia* fuerit ægritudo confecta, *aquam dulcem* potare ægrum jubet, ac deinde *vinum*. Post hæc, *acetum cum melle*, ob virium tutelam adhibendam probat . Tunc (*m*) *viscellum* tenue dat anseris, vel perdicis, aut gallinæ & per (*n*) profectum, *oryzæ succum*, vel *ptisanæ* ex ordeo : tunc panem cum [12] *radicibus* fluxis ac mollibus, vel *cappare*, dehinc cum *pisciculis* : sic enim quasi acceptis his *lethargicos* juvandos existimat, cum omnimodo tumentia aerioribus virtutibus ac-
55 censa graventur ; hoc est clysteribus supradictis, atque potio-

Quomodo Heracl. Tarent. Lethargum curaverit ex cruditate :

Cataplasma ὠμὴ λύσις

k struthium saponariæ speciem.

l. suppositoriis

Quomodo si ex humorum acrimonia esset

m. jusculum

n. morbi declinationem

9 Quis fuerit hic Heraclides nusquam legi : nec ejus nisi apud Cælium nostrum, vestigia apparent . Asclepiadis videtur fuisse sectator: Noster eum infra nobilem Empiricum vocat.

10 Cataplasma hoc ὠμὴ λύσις, ita videtur appellatum, quod sit λύσις sive resolvens, & ὠμὴ crudum sive non coctum.

11 Forte erba est quam Plin. vocat *Cantabricam*, quæ crescit caule junceo pedali, flore calathoide, semine minimo. Ex campanularum, aut Gentianarum familia esse videtur. Idem Plin. eam commendat cum aceto ad ictus venenatos.

12 radiculæ, qui cibus acrior est detergendæ pituitæ, ac incidendæ conveniens.

Omnia acria hic nocent. tionibus, & infusionibus, & peruncionibus, & odoramentis, & fomentis, & apophlegmatismis, & vini dationibus intemporalibus, & cibis acrioribus, & indigestibilibus, & radicibus, & cappare, & viscello innutribili, atque corruptibili. In quos errores ceciderit nobilis videlicet *Empiricus*, claret, cum liquidarum (*o*) materiarum causas attendit, & neque *tempora*, neque *quantitatis modum* dare perspexit, sine quibus solas materias nominavit, non adjutoria constituit. Alia quoque multa (*p*) varia opinatione composuit, quæ non imprincipaliter dicenda suscepit, sed expugnanda, quæ ab aliis posita videbantur adjecit. Quæ propter fastidium prolixitatis tacenda melius existimo: quippe cum ex his quæ narravimus, prætermissorum conjici (*q*) varietas possit.

o. nutrimenti & remediorum

p. ex aliorum judicio

q. vanitas

CAPUT X.

De [1] *apprehensione vel oppressis, quos Græci cataleptos appellant.* 56

VIcina atque similis est *lethargiæ* passio, quam Græci κατάληψιν appellant, nos *apprehensionem* vel *oppressionem* vocare poterimus, de qua nunc dicemus. *Nomen* igitur ab [2] accidenti sumpsit, sed *Hippocrates* libro suo (*a*) sententiarum, & *Diocles* libro prognostico hanc passionem [3] ἀφωνίαν appellavit. *Praxagoras* secundo libro peregrinarum passionum (*b*) κωματώδη appellavit. Item [4] *Antigenes* Cleophantinus libro quem de febribus & tumoribus scripsit, (*c*) ἀναυδίαν vocavit. *Asclepiades* libro quem de periodicis febribus scripsit, *catalepsin* appellavit, atque (*d*) plenum corpus scripturæ composuit: quo 57
constat non errasse *Philippum* libro quo de ipsa passione scripsit, appellans *catocham*, hoc modo: passionem, inquit, quam appellamus catocham. *Veteres* etiam medici hanc passionem non tacuerunt, sed facile, sicuti etiam nunc plurimi, *lethargiam* esse senserunt. Alii horum successores, pauci quidem *Asclep-*

Quomodo morbus hic a veteribus fuerit appellatus

a. Aphor. lib. 6. & Aphor. 51.

b. forte κατοχὴν Hippocr. ἀφωνίας κατόχως

c. vox hæc fere eadem cum ἀφωνία

d. prolixe de ea scripsit

1 Hanc passionem Cælius infra lib. 11. T. P. cap. 5. tardis passionibus accenset.

2 Quod nimirum homines subito prehendat aut corripiat.

3 ἀφωνία apud Hippocr. variorum affectuum est symptoma, ebrietatis, ictus, febris, &c. quatenus autem huc referri potest legendæ Coac. prænot. edit. Lind. §. 165. ad 183. Lib. de vict. acut. ait, τὸ δὲ ἄφωνον ἐξαίφνης γενέσθαι φλιβῶν ἀπωλείας ποιέουσιν.

4 Antigenes hic medicus fuit non incelebris; floruit ætate M. Aurelii Imp.

Asclepiadis sectatores, hanc passionem à *lethargo* discrēverunt; & nomine adjecto *catalepsim* vocaverunt: nihil quidem ei novitatis ascribentes, quod proprium passionis videretur, sed omnia communia quæ etiam de *lethargo* dixerunt. Sed neque alius quisquam hanc passionem cognovit usque ad Methodico-
58 rum tempora. Nam ex (*e*) *nostris*[5] primus[6] *Magnus* ejus argumenta constituit, atque mox[7] *Agatinus*, dehinc[8] *Archigenes*, qui plurimum passionem à cæteris discernendo separavit. Sed neque proprium nomen passioni omnes unum posuerunt. *Praxagoras* eam (*f*) *cathoden* appellavit. Neque si quisquam nomen passionis dedit primus, etiam ejus signa rectè agnovisse probatur. Neque *Asclepiadis* sectatores soli *catalepsin* vocaverunt, verum etiam & ipse *Asclepiades* aliam dixit esse passionem, quam *lethargiam*: sed cum hoc solum præciperet, novum non dedit nomen.

cum lethargo a quibusdam confunditur

e. Methodicis

f. κωματώδην κατοχὴν.

59 Nunc ne supradicta omnia simplicia atque nuda posuisse videamur, ipsas quoque significationes singulorum prosequemur. [9] *Hippocrates* ait *repente voce captos* quos ἄφωνος appellavit, *fieri venarum causa, quum spiritum sumpserint*. Multos denique talia (*h*) prosequentur, *ruhor vultus*, atque *oculorum statio* sine ulla palpebratione: *manuum* neglecta atque distensa abjectio: *dentium* stridor: & *membrorum saltus*, ac *musculorum*, quibus buccæ colligantur, *conductio*, quos appellant *siagonitas*; ar-
60 ticulorum *frigus*, quum spiritus invaserit venas. *Diocles* ait, (*i*) *defectivas febres* tutas, atque innoxias esse frequentius, quam sunt *continuæ*, quanquam & in his *periclitentur, qui in accessionibus apprehensi conticescunt*, vel raptu quodam alterno per membra tentantur, cum supra dictis signis: quod sæpe (inquit) est accidens *pueris*. Item *Praxagoras* ait esse quasdam *febres* ex anno duodecimo usque ad sextumdecimum vel septimumdecimum, quæ quadam privata pernicie mortis habeant ef-

Varia veterum sententia examinantur.

Hippocratis:

g. Spiritus interceptus fuerit.

h. prosequuntur, concitantur

Dioclis:

i. intermittentes

Praxagoras

5 A Chrysippo eam memoratam, & de illa conscriptum librum à Nicerato fuisse, hic autor prodit cap. 5. lib. 2. Chronion.

6 Clarissimus hujus nominis Medicus fuit sub Impp. Antonio Pio, & M. Aurelio. Fuit & alius Ephesius, sectator Athenæi, quem Cælius probabiliter hic citat, qui scripsit librum de Inventis post Themisonem.

7 Methodicus ex iis qui Pneumatici dicebantur, cujus dogmata quædam apud Oribasium & Aetium citantur.

8 Medicus Eclecticus, & nulli sectæ addictus. Vixit Romæ sub Trajano, multa scripsit de rebus Physicis & Medicis, quæ ad nos non pervenerunt.

9 Vid. not. 3. pag proxime antecedentis.

effectum: atque id in *servis* magis quam in *liberis* evenire: sed [10] *excesso* dierum numero passiones fiant, *catochæ* vehementes, ut etiam voce capiantur ægrotantes. Horum aliquos etiam [*k*] *lethargos* fieri. Denique inquit, de *catocha* 61
passione quidam liberati, ac deinde [*l*] sanitatis creduli, plurimum quicquam sumentes, repente in mortem venerunt. Hos denique plurimus modo sequitur *somnus*, atque *febrium instauratio*, & cætera quæ corpus passione (*m*) habitari demonstrent. Item *Archigenes* ait esse difficiles etiam *periodicos typos*, horum difficiliores esse [11] *tertianos*, in quibus quotidianæ accessiones fiant, sed alterna diei interpositione, (*n*) suæ similitudini respondeant: quando in accessione vehemens occurrerit *oppressio*, & appellavit [12] ῥῖγος. Difficilis inquit, etiamsi 62
quotidianis diebus accessiones sibi similes fiant, & in accessione ægrotantes supra dicta patiantur. Dehinc progrediens paululum idem dixit *periodicos typos* non esse perniciosos, sicut supra dictum est, sed horum esse molestos, quibus accessionis tempore (*o*) *pressuræ* vehementes adveniunt, & quodam (*p*) *nubilo* corpus demergitur, quod item *rhigos* vocavit. sed hoc, inquit, est accidens magis *tertianis*, aliquando etiam [13] *quotidianis*, qui similibus respondeant accessionibus. Item *Asclepiades* ait *quotidianum* perseverantem non sine periculo esse, atque multos ex eo *in alium morbum* induci, hoc est, *corporis* (*q*) *defluxionem*, aut *hydropen* venire, & quicquid potest per corporis debilitatem accedere. Apud [14] *Romam* vero inquit frequentare advertimus (*r*) *has febres* cum corporis atque mentis *oppressione*, in similitudine *lethargiæ*, quæ secundo vel tertio in statu accessionis constitutæ statim recalefacto corpore, vel cessante vehementia, in resumptionem atque resurrectionem mediocrem revocant ægrotantes. At si levi (*s*) *figmento* cessaverint, semel apprehenso ægro nullam resurrectionem dabunt, sed in *sudores*, & *respirationem* celerem,

k. lethargos
l. sani sibi visi
m. haberi, superari *Archigenis*:
n. sibi similes sint
o. profundus somnus
p. somno turbulento *Asclepiadis*:
q. colliquationem, tabem
r. tertianas duplices
s. non re vera, sed in speciem tantum

10 hac voce, Græca θέρους videtur reddita: cujusmodi Hellenismorum Cælius plenus est.

11 Archigenes hic tertianam duplicem describit, cujus paroxysmorum alter comitem plerumque habet aut phrenitidem, aut profundissimum coma.

12 Quoniam modo dicta symptomata statim cum febrili rigore apparent.

13 Hinc apparet bene veteres distinxisse inter Tertianam duplicem & quotidianam: Hujus paroxysmi sibi erant similes, illius non.

14 Galenus olim, & inter recentes Baglivus, Med. Rom. celeberr. annotarunt Tertianas duplices Romæ & esse frequentes & mali moris. Hic addit gravationem capitis s. Capiplenium, aeri Romano esse velati endemiam.

64 *rem, in pulsum febricitantem* desinunt, ac occidunt. Item similia de his scribit, & non semel, sed frequenter; dicens certa ratione mentis apprehensionem (*t*) *typorum* in accessionibus fieri, atque hoc apud *Romam* frequentare, dans etiam causas, quibus hæc singula fiant. Item *Chrysippus* particulariter signa passionis percurrit futuræ, & præsentis, vel in pejus euntis. Discernit etiam ab *lethargo* & alia plurima, & varia digerit. Quibus ita se habentibus, erit indignum tanta dissensione conscriptæ passionis, eorum cuiquam ascribere firmitatem: quippe cum cæterarum etiam passionum omnibus cognitarum aliqui plurima accidentia atque signa, aliqui pauca conscripserint, nec quisquam vera significatione hanc finierit.

t. febrium typum servantium *Chrysippi*.

Parvi a Callio habentur.

65 Hæc sunt quæ propter eos qui specialiter istam passionem perniciosam dixerunt ponenda credidimus. (*v*) Quod etiamsi lateret in certis *corporis partibus*, periculum [15] *Methodicis* non afferebat, qui *generalibus congruas passionibus* posuerunt *curationes*, etiam quibus *particulariter latentia* curentur. Sciendum igitur quia hæc passio ex *iisdem causis* antecedentibus fit, quibus aliæ quoque *passiones* efficiuntur, *indigestione*, *vinolentia*, (*vv*) *carnali cibo*, & horum similibus rebus, [16] cujus hæc sunt quæ nostra mediocritas *latinizanda* existimavit, se vidisse plurimos memorat ex intemporali cibo vel plurimo *Persicorum*, ista oppressos passione, sed non inquit (*x*) necessariam *præcedentium* causarum differentiam in curationibus prævidere. Siquidem *præsentia* sint a *Methodicis* intuenda: sic etiam (*y*) super dicit temporis attendere frequentiam, quod *autumni* tempore hæc passio magis irruat corporibus, atque in *puerilibus* frequenter ætatibus. Item *sexus* causa mulieribus, & humorosis, & vacuis corporibus, & *edacibus* hominibus, vel post ægritudinem *resumptionis tempore* inordinate atque impatienter agentibus. Præterea *omni febriculæ* hæc passio irruere potest, sive continuis, sive dimissionibus intercapedinatis: *hemitritaicis* etiam febribus, vel *quotidianis*, & *tertianis*, & *quartanis* quanquam rara (*z*) atque frequens secundum febrium fiat qualitatem. Hinc etiam gravis vel levis pro earum magnitudine fieri intelligitur: *frequentius* tamen quotidianis accessionibus, vel tertianis ægrotantis

v. Qui morbus *Methodici partem affectam parum curabant*:

vv. σαρκοφαγία

x. necessarium *sicut & causas antecedentes*.

y. insuper

z. aut *Catalepsis in tertiana duplici maximo frequens*.

15 quoniam ejus privata natura, & ut solet author dicere, specialis proprietas non cognoscatur, nec sciant medici quam potissimum corporis partem occupet.

16 Sorani nimirum, de quo *sup.* §. 8.

tantes ista passione afficiuntur, [17] & propterea diuturnis accessionibus admoniti tertianis similitudinem servant ad typum quotidianum: sed omnium earum febrium *gravius*, quoties cum articulorum *frigido torpore* fuerit (*a*) qualitas: *levius*, quoties *tremore* ægrotantes afficiuntur. Item magis ac magis levius, quoties sine his quæ supra diximus, *solo fervore* initium febres accipiunt.

a. mos febris

Signa instantis passionis.

Sequentur autem eos qui in passionem venire * meditantur alia communia cum *lethargo*, ut *segnities* & *tardus corporis motus*: vel nulla *querela* ex his quæ ægrotantes afficiunt, hoc est *tacita* sui laboris *relatio*, & veluti *somnus* ultra modum *prolixus* vel gravis, item alloquentibus nobis [*b*] ejus *tarda responsio*. Propria autem sunt quæ in propriam passionem venturi patiuntur, ut est *genarum rubor* plurimus, sine febrium levigatione: *salivarum fluor*: *pulsus erectio* atque plenitudo: *ventris* retentio, aut coacervata atque fluxa effusio. Eos vero qui sint in passione jam constituti, sequitur *schema* jacendi jugiter *supinum*: *colli distentio*: *genarum rubor*: *febris*: *vocis amputatio*: *sensuum torpor*, *atque hebetudo*: *palpebrarum* [*c*] *distantia*: & infixa atque immobilis intentio luminum, tanquam quicquam intento obtutu aspicere cupientium: aut *boum* cervicis repentino (*d*) motu cadentium. Sequitur etiam *lachrymatio* tanquam sentientium, atque dolentium: [*e*] *saltus* latenter commovens musculos, qui buccas colligant, quos *siagonitas* appellant: movens etiam *labia*, & *supercilia*, & *digitos* atque manus: *singultus* creber, ac resonans: *pulsus* celsior, humectus, plenus: vehemens *retentio ventris*, & neque *extenta* recolligunt membra, neque *conducta* distendunt. Ventris *inflatio* aliquibus tanquam ex vento magis ac magis circa *stomachi* (*f*) sensionem: aliquibus tanquam ex humore, vel cibo, cum sonitu intestinorum. *Dentium* concubitus, hoc est confixio vehemens: Aliquando etiam *stridor*, & cum statum sumpserit accessio, horum (*g*) recessus adeo, ut sit quædam interjecta distantia. *Oris* hiscens atque (*h*) dimissa hebetudo; nunc plurimum *salivarum* fluor per [*i*] ejus obliqua foras decurrit, nunc attestante sonitu transvoratur. (*k*) Discurrit etiam si quid fuerit liquoris infusum, aut invito ægro-

68

69

b. ægri.

Rubor genarum, febris continua, salivatio, pulsus plenus, &c.

Signa passionis præsentis.

c. apertura

d. ictu

e. palpitatio

f. insertionem

g. discessus

h. relaxatio

i. oris

k. hac illac diffluit

17 *Editio Lugdun: sequentia ita variat ad marginem*: & præterea diuturnis accessionibus in geminatis tertianis, quæ &c. quam bene, alii videant.

grotante (*l*) percipitur. Item *labia* sæpissime conducentes, contrahentesque, & tanquam in mæstitudine constituti, *suspirant*. Atque ita si ante *oculos* eorum quisquam digitos circum moveat, palpebrant ægrotantes, & suo *obtutu* manuum trajectio-
71 nem sequuntur: Vel si quicquam (*m*) profecerint, etiam toto obtutu converso attendunt: & *inclamati*, respicientes lachrymantur, nihil dicentes, sed volentium respondere vultum æmulantes, *odoramentis* admotis *jucundis* delectantur, atque jugi adducto spiramento. *Odoribus* autem *tetris* delectationem non accomodant sed aversa voluntate eorum fugiunt putorem: *dulcia* atque *amara* sentiunt, si eorum linguæ fuerint admota. Item *perpuncti* sentiunt, vel si eorum manum quis extenderit; hanc recolligunt: vel lacessiti horrescunt: & eorum *vultus* in ruborem (*n*) florescit. Cum *sudore* sæpius plurimo, atque ferventi, & in *dimissione*, sinceritati pro-
72 pinquantes rursum (*o*) admonentur. At si ad *pejora* passio fuerit devoluta, *fervor* plurimus corporis in superficie, magis sentitur *spiratio*: oculorum *conversio*: menti quoque fixa (*p*) *conductio*: manuum *contractus*, & musculorum qui buccas colligant, tanquam *ridentium*: sudor igneus, & quibusdam in *thorace* atque *vultu* emergentes *discolores*, vel stantes in rotunditate (*q*) *maculæ*, in similitudinem (*r*) *scatebrarum* corporis, quas *Græci* ἰόνθους vocant: & e magnitudine repentinus *virium casus*: gutturis *stridor*, quem *Græci* (*s*) ῥόγχον vocant: *torpor* frigidus: (*t*) albidus *vultus*, & in ultimo (*u*) *effatio*, atque vitæ periculum.

73 Alii vero in *phreniticam*, aut *lethargicam* passionem recideruntur, sicuti & ipsæ passiones in semet per temporum motum venire consueverunt. His igitur qui in *phreniticam* passionem ex ista deveniunt, *pulsus* sensim minuitur, atque densatur: & *oculorum* fixus obtutus mutatur, atque mobilis efficitur: leviter etiam tanquam in *somno*, murmurantes, non recta secum loquuntur: & incerto motu, atque tardo, suas transferunt *manus*, vel digitos complicant. Qui autem in *lethargicam* passionem deveniunt, inani afficiuntur *pulsu*, atque tardo, & eorum *palpebræ* conducuntur, & in *torpore* sensuum, vel hebetudine perseverant. Qui autem in *declinationem* passionis deveniunt, plurima, vel parva accidente 18

K *humi-*

l. accipitur

Signa ægri melius se habentis.

m. melius habeat

n. efflorescit

o. krygen een vermaning

Signa passionis ingravescentis.

p. ad pectus retractio

q. ἐξανθήματα

r. sudoris guttularum

s. gutturis stridor ac sonitus sibilans, ῥογμὸς, Arabes vocant *oregmona*.

t. pallidus

v. suffocatio

Signa catalepsies in phrenitin, aut lethargum, aut declinationem transeuntis.

18 Videtur hoc loco Cælius salivæ profluvium inuere, quod in hoc morbo, non secus ac in Lethargo admodum est familiare.

humiditate relevantur, quibusdam accedentibus quoque aliis signis. Nam plerisque plurimo per intestina exeunte *vento*, 74
vel mucilento *humore*, aut *stercore*, ventris subsedit *inflatio*: alii vero *humore* plurimo, atque *crasso*, perfecta dentium distantia ex ore detracto, loquuti sunt: & alii sapientes quidem, sed concisis sermonibus loquuntur, alii jugibus. Propriè igitur passionem supra dictam, hoc est, *catalepticam*, sive *catocham*, ut *Græci* appellant, designant *febres* acutæ: *vocis* silentium, *sensuum* hebetudo: *pulsus* magnus, ac vehemens, & plenus, & humectus: *oculorum* stans atque fixus obtutus. Est autem passio *celeris*, atque *acuta*, etiamsi in (*vv*) *chronias* venerit febres, & est *magna*: atque [19] *strictura & raptu corporis*, quem *Greci* [20] σπασμὸν vocant, *fieri perspicitur*, nisi per immodicum fluxum diaphoreticus, tanquam in *cardiacis*, fuerit effectus.

semper est morbus acutus, *vv.* etiam si diuturna febre excitetur

Huic igitur similis est *lethargia*, *apoplexia*, [21] *stomachica passio*, in febribus vocis (*x*) ingerens *silentium*: Item *animi* de- 75
fectio per nimiam jejunitatem: & *matricis* præfocatio, & ex *lumbricis* vocis depressio, de qua capite de lumbricis scribentes memorabimus: de aliis vero leviter, atque coacte nunc discretionem ponemus. Nanque *lethargicis* major quidem *pulsus*, sed tardus, atque inanis invenitur, & *palpebrarum* conclusio. *Catalepticis* autem *pulsus* major, sed plenus, atque celer, & vehemens invenitur, *palpebrarum* (*y*) attestante distantia. Item *apoplecticis* parvus, celerrimus, durus, ac sine febribus pulsus invenitur: Siquidem hæc repente accidant. 76
Item *stomachicis* qui (*z*) nimietate etiam *voce* capiuntur, *pulsus* parvus, & imbecillis invenitur cum *stomachi* (*a*) solutione, vel *tumore* manifestius apparente, & frigido *torpore*, qui sequitur post oppressionem factam, & non antecedenti febriculæ concurrit, sicut in *catalepticis*. Item *stomachici* intelliguntur ex eo quod jam *frequenter fuerint admoniti* passione, & propterea *typorum* tenuerunt tarditatem, quibus accessiones longo intervallo respondeant. Item a *jejunitate*, vel abstinentiæ [22] *defectu*: sive ex *capitis* causa, quam *Græci* σκό-

Affectus similes. *x.* ingens, ἀφονία, ἀναυδία.

Quomodo differat a lethargo:

y. adstante *ab apoplexia*: *a Stomachicis*

z. affectus vehementia *a.* exolutione

ab animi deliquio.

19 Tota hæc passio rigiditatem quandam nervosi & fibrosi generis indicat: hinc pueri, fœminæque, & quorum nervi debiliores sunt, ei præ aliis sunt obnoxiissimo solo animi vehementiori motu sæpe excitatur, & tunc parũ ab Epilepsia differt.

20 spasmus, quem ex inanitione factum dicimus.

21 De hac vid. T. P. lib. III. c. 2.

22 Defectus hic seu animi deliquium oritur ex fame, Belgis *de*

77 ὀκάτωσις vocant, demersi ægri videntur. Discernuntur autem hoc modo, quod primum *oculos* habent distentos, *dentium* (*b*) concadente junctione: attestante *pulsu* parvo, atque imbecillo: ita ut aliquando interire videantur cum *frigido torpore*. Sed hæc & cito (*c*) circumscribunt, & is qui patitur, facilè resurgit. Nam si perseveraverint, *catalepticam* passionem designant. Item non aliter facile sese resumere perspiciuntur, hi qui odore *carbonum*, vel *unguentorum*, sensuum oppressione, vel *torpore* afficiuntur. Item *matricis* præfocatione oppressæ discernuntur, primo quod ipsa *matrix* se sustollat; atque supra umbilicum, vel ventrem extans videatur, antecedente *querela* earum partium, ante oppressionis
78 tempus. Aliquando etiam (*d*) longis atque solitis accessionibus admoneri ægrotantes inveniuntur, cum pulsu parvo, celeri, imbecillo. His etiam *collum* latius fiet, cum *palpebrarum* conclusione, atque frigido corporis *torpore*. [23] Ex duplici *tertiana* confectis, in *vehementiore* accessione, similiter alternis respondente diebus, *lethargica* fuisse oppressi passione, & veluti *complexum* earum fuisse, *accessionibus* demonstrando *lethargicum* simul atque *catalepticum* esse confirmat ægrotantem, non aliter quam sunt ex *typorum complexione* in una atque eadem ægritudine reperti. *Hæc sunt quæ in intelligenda passione, atque à similibus discernenda posuimus.*

b. conciden. te.

c. circumscribuntur, id est finiunt.

ab uteri suffocatione:

d. i. longo jam antea tempore invadere consuetis.

CAPUT XI.

Quomodo curandi sunt hac passione laborantes.

79 DEhinc ob *curationem* adhibendam, oportet ægrotantem (*a*) jacere, sicut *strictura* laborantes sæpe docuimus, adhibita *abstinentia*, pro virium qualitate, atque *fomento* ex *oleo dulci*, & calido *capiti*, & (*b*) *medianis* partibus. Sed [*c*)

Curatio fere perficitur ut Phrenitidis & Lethargi.

a. in loco mediocriter lucido

b. ventri ac iliis

c. ante omnia curatis

geeu-honger dicta, quæ maximè per nivem ambulantes corripit.

23 Totus hic locus, ad finem fere hujus capitis, insigniter est corruptus. Leviter eum emendavi: verum *editio Lugdunensis eum ad marginem ita mutatum habet:* At duplici tertiana affecti, in vehementiore accessione similiter alternis respondente diebus, lethargica simul & hac oppressi passione, ac veluti harum complexu, quidam videntur, signorum & accessionis demonstratione lethargicum simul & catalepticum ægrotantem esse confirmante, non aliter quàm sunt typorum complexiones repertæ.

d. quasi cadaveroso

prætactis *membris*, quæ frigido (*d*) mortis torpore afficiuntur *calefactionibus* etiam adhibitis, cum *obvolutione*, atque modica *strictione* ex lanis effecta. Item *ori*, vel *faucibus* sensim infundendus humor, vel *mulsum*, illis [1] temporibus quibus alias passiones curantes docuimus. *Clyster* etiam simplex adhibendus, si ventris cessaverit officium. In *declinatione* verò, 80
vel dimissione, os ægrotantis sensim distendimus, atque hiscere tentabimus. Aliis item dimissionibus *cataplasma* mediis adhibemus partibus, & *clunibus*, ob *abstinentiam urinæ* solvendam: item *cervici*, vel majoribus nervis, quos τένοντας appellant, & musculis qui buccas colligant, quos siagonitas vocant. *Injectione* parva *olei* per clysterem utimur, & *cucurbitæ* appositione nunc simplici, nunc scarificatione adjecta, ob *singultum* & *tumorem* ventris atque stomachi; Tunc *vaporationes* spongiarum, atque *cerotaria*. Relevatis partibus mediis *caput* tondemus, cucurbitamque apponimus: quorum nihil in *catalepticis* [2] invenitur. Præterea scarificamus occipitium, & tempore, vel cogentibus causis alia quoque capitis loca, si qua potuerint cucurbitæ appositionem accipere.

e. insessum, solium, labrum

Tunc *fomento* utimur olei, atque (*e*) ἔμβασιν toto adhibemus 81
corpori, [3] *acopis* etiam levioribus utentes, quæ mitius nervorum faciant laxamentum. Tunc post (*f*) *punctionem cibum* damus declinationis tempore *varium*, atque *bibilem*, ut ovum sorbile, cerebrum, olus quod non sit virtutis acrioris, & magis nutribile. Dehinc adhibemus *lavacrum* sine ullo cibo, qui in se habeat [4] *vini* qualitatem. Tunc proficienti ægroto *pomorum* quicquam damus, ut *ficum* recentem, vel *pyrum* ex melle: tunc *mulsum*, vel *aquam*; atque completo sanitatis officio, & depulsis omnibus quæ passionis recursum fore (*g*) sollicitant, dabimus *vinum* tenue, leve, sicut *salutaribus præceptis* docuimus.

f. forte unctionem.

g. sollicitos os faciat

CA-

1 Quando nimirum morbi exacerbatio remisit.

2 Quid hoc *invenitur* sibi velit, nescio: & magis, quid *instituitur*, quod editio Lugdun. ad marginem habet. Latet menda.

3 Veteres varii generis unguenta parabant ad lassitudinem indeque natum dolorem deliniendum, quæ ἄκοπα vocabant. Vid. Scribon. Larg. & alios.

4 ut ficu, pomis, uvis.

CAPUT XII.

82 *Quomodo aliarum sectarum principes istam curaverunt passionem.*

MUlti aliarum sectarum principes, quos inter etiam [1] *Chrysippus* scribens de *catalepticis* in ultima parte libri, ubi etiam *catocham* nominavit, in his qui mediocriter tardasse in eadem passione inveniuntur, acrioribus utitur *unctionibus*, ob stuporem articulorum, vel tremorem, hoc est *cyprino*, admixto *pipere*, & *nitro*: & *fomento* ex aqua salsa, concoctis *sulfure* & *bitumine*: dehinc perungit unctione, quam appellavit *tripticen* quam conficiendam dixit ex *calamo* aromatico, (*a*) *schæno*, (*b*) *cachry*, *pyrethro*, *irino*, (*c*) *manna*, singulorum partibus oleo admixtis, atque contritis, sed
83 hæc nos ob acrimoniam reprobamus. Siquidem sit passio celeris atque acuta, etiamsi jamdudum tardantibus atque in veteratis *febribus* (*d*) irruerit: quippe cùm *chroniæ febres* ista passione necessariò in [2] *superpositionem* veniant, quam *Græcè epithesin* vocant, quæ similis fiet necessario acutis passionibus, & ob hoc mitigationem deposcat. Prohibemus etiam *supradictis rationibus* unctionem ex illo liquore articulis adhibendam, vel ex eo quicquam potandum, aut cibo admiscendum: item *sternutamenta*, vel *rasuram* capitis, aut articulorum *sinapismum*, aut supponenda podici acria (*e*) *collyria* ob provocandum ventrem, quæ appellavit balanos. Item *diagridium*, atque *castoreum*, & omnia gravabilia fomenta, ex quibus tumor magis augetur, & soporifera pressura gemi-
84 natur. His etiam compeccavit *Themison* libris quos *periodicos* dixit, adhuc quidem in juventute constitutus: nec dum *Asclepiades* in libris suis eos discreverat. Ait enim, si jam tardantibus atque (*f*) insidentibus febribus *apprehensiones*, vel oppressiones advenerint sensuum, atque in accessione *vocis silentium* fecerint, cæteris, ut suprà diximus, similiter adhibitis, ante accessionem tribus, vel quatuor horis servatis, si venter non fluit, *diagridii* obolum cum tribus, vel quatuor obolis *castorei* dabimus cum aqua: *occipitium* atque tempora capi-

Quomodo Chrysippus catalepticos curaverit.

a. aliàs schęnantho
b. semine roris marini
c. sub. thuris
d. supervenerit

Reprehenditur à Cœlio.

e. suppositoria

Themisonis curandi methodus.

f. pertinacibus

1 Medicus Cnidius, à quo Erasistratus multa se didicisse fatetur. Vid. Diog. Laert. in vita Chrysippi.

2 Periculosam duorum morborum complicationem.

capitis inungentes *thapsia*, quam nos ferulaginem dicimus; aqua contrita, ut quendam sensum atque (*g*) *levationem* mediocrem per corporis faciat superficiem. *Cibos* etiam inquit dandos solidiores, nisi *præcordia* fuerint in tumore constituta: quod si obstiterit, bibiles dabimus cibos. Nec dum ista 85
quidem ait satis providens, quia etiam si in aliis partibus tumores fuerint corporis, forbiles interea cibi conveniunt. Siquidem *laxamentum* passio deposcat, quam necessario accendit *thapsia*, atque erigit magnificum tumorem. Est etiam *castoreum* acre, inveteratæ qualitatis causa, sicut omnis caro (*h*) reposita. Prohibemus propterea ob *dentium* faciendam *distantiam* immitendos violenter *cuneos*. Etenim ex his commotæ partes atque quassatæ asperant tumentia. Quamobrem dentium collisus vehementior fiet, cum magis sit utile, ac *necessarium in tensione partibus constitutis*, *requiem adhibere*, ut declinationis tempore, vel potius dimissionibus, laxatis musculis, sine ulla vi digitis immissis dentium facilius distan- 86
tiam faciamus. Nocent etiam (*i*) *succi frigidi*, ut hederæ, fomentati, atque capiti impositi. Etenim *tumores* constringunt, & passionis asperant motum. Et si qua his fuerint genere similia, sicuti in *lethargicis* contra sectarum principes scribentes docuimus, prohibemus. Est autem improprium, atque loco carens (*k*) nimium frigidis uti fomentis, in declinationibus verò calidis, atque ferventibus, justa imitatione recentium vulnerum. In his enim *priusquam tumor emersit*, *frigida probantur*. Sed omnis sensuum pressura, vel (*l*) apprehensio in ista passione tumoris esse perspicitur, vel (*m*) hoc præcedente super fieri. Hæc sunt quæ de *catalepticis* sua (*n*) potentia *Soranus* ordinavit.

g. cutis cum rubore intumescentiam

ut noxia improbatur.

h. putris, & diu servata

i. frigide impositi

k. forte legendum sub initium

l. oppressio

m. sub. tumore

n. experientia.

CAPUT XIII.

De pleuritica passione. 87

PLeuritis à parte corporis quæ magis patitur, nomen sumpsit. *Latus* enim ipsa passione vexatur, quod *Greci* πλεύραν vocaverunt: fit autem ex variis antecedentibus causis, ut cæteræ passiones: magis tamen profunda *perfrictione*, aut *vinolentia*, aut usu *venereo*, plurimo nimis *potu*, *indigestione* continua, aut *percussu* vehementi, aut *ponderis* magna subvectio-

Causa pleuritidis

vectione, vel *cursu* vehementi: sed neque secundum has differentias differens erit adhibenda curatio. *Una* est enim *atque eadem passio, ex qualibet veniens causa, quæ una atque eadem indigeat curatione*. Hanc definiens primo de adjutoriis libro [1] *Aristoteles* sic tradendam credidit. *Pleuritis* (inquit)
88 est liquidæ materiæ coctio, sive (*a*) densatio. Nec tamen differuit utrum ne *totius*, quod falsissimum: siquidem [2] *phlebotomati* ægrotantes (*b*) liquidum sanguinem reddant: an vero *particulæ*; sed cum hoc tacuit, (*c*) non promisit. Mitto etiam *oculorum suffusionem* nihil aliud esse, quàm liquoris coeuntis densitatem, nec tamen *pleuritim* item *Apollonius* qui appellatus est *Mys* volumine vicesimo octavo, quod de secta *Herophili* conscripsit: *Pleuritis* (inquit) *est communiter passio* (*d*) *temporalis, atque celeris, secundum laterum membranas* quas ὑπεζωκότας vocant, *atque inter earum* (*e*) *carnem*: aliquando etiam in *pulmonis* partibus, sæpissime sine (*f*) *tumore* vel ex solis (*g*) causis effecta. Propriè autem *tumorem* secundum supradictas *membranas*, vel *carnem* lateribus interjectam: aliquando etiam secundum *pulmonis* partem, sed in utraque dif-
89 finitione peccavit. *Primo* enim sunt prolixæ atque narrabiles. *Secundo* plurima alia prætermisit, nam necessario passioni *febris* adest. (*h*) Correptum autem atque usurpatum dicimus in *pulmone* passionem hanc posse constitui, sicut ex consequentibus docebimus. Item *Asclepiades* libro diffinitionum, *Pleuritim* dicit *esse humoris fluorem temporis parvi, atque celerem interiorum lateris partium, cum febre, atque tumore*: sed erat melius tumorem dicere (*i*) atque humoris fluorem. Etenim quoties ex complexa (*k*) passione conficitur, tumorem perspicimus superare. Est igitur secundum *Soranum* pleuritis *dolor vehemens interiorum lateris partium, cum febribus acutis, & tussicula, qua variæ qualitatis liquor excluditur*. Frequentat autem hæc passio in masculis magis quam in fœmi-
90 nis, atque in senibus magis quam juvenibus. Tussiculosa enim atque frigida senilis est ætas, quo intelligimus profecto hanc passionem pueros difficulter incurrere: frequentat etiam

Definitio Aristotelis.

a. coagulatio
b. & non densatum
c. legendum puto, necessarium prætermisit
Definitio Apollonii.
d. certo anni tempore infesta
e. musculos intercostales
f. externo
g. aliquando externis solis causis
h. falso tributum & assertum
Asclepiadis definitio.
i. quam
k. nimirum tumore, & fluore
Sorani definitio.

1 Stagyrita nimirum, qui teste Diog. Laert. in ejus vita scripsit Medicinalium libros duos, qui cum pluribus aliis hujus Philosophi lucubrationibus perierunt.

2 videtur Aristot. suum hoc de Pleuritide judicium formasse ex inspectione pleuriticorum sanguinis, qui dum mittitur, satis quidem est liquidus, paulo post autem in tenacem gelatinam concrescit.

etiam *hyberno* magis quam autumni tempore, quod hyemi vicinatur. *Æstate* vero difficulter occurrit. Est præterea passio *acuta*, atque celeris & vehemens, & aliquando sola ex *strictura* confecta: aliquando admixta *solutione*, ob plurimum (*l*) tussiculæ liquorem. Etenim *ventris defluxio* non implet in pleuriticis signorum concursum, sed magnitudinem passionis docet. Quapropter ex his solum dicimus agnoscendam, quæ supra memoravimus. Alia vero concurrunt plurima, atque differentia, pro passionis magnitudine, ac temporum mutatione, quæ quia prætermittenda non sunt, prosequamur.

l. qui tussiendo rejicitur

CAPUT XIV.

Quæ consequuntur Pleuriticos. 91

Symptomata pleuritidis.

PRosequitur in passione constitutos *acuta febricula*, cum *tussicula dolor lateris vehemens*, atque usque ad *jugulum*, & (*a*) *palam* ejusdem partis perveniens, quibusdam etiam brachium tangens, & pectus, atque ilium, & est stimulosus, ac pulsuosus, & igneus, jugis, aut intercapedinatus, servato ordine, aut confuso, & infixus atque perseverans iisdem locis, aut mobilis, & recurrens atque mutabilis, cum *suspirio*, & *difficili spiratione*, quam *Græci* δύσπνοιαν vocant, attestante *tussicula*, aliquibus arida, frequenter tamen cum liquidis *excrementis*, & primo *spumosis*, dehinc *sanguinolentis*, (*b*) ita (*c*) *fellosis*, ac inde *saniosis*. Sequitur etiam ægros supra (*d*) id latus *jacendi difficultas*, atque cum se supra contrarium latus verterint, dolor, ut adduci sentiant (*e*) suo pondere evidentia tumentium partium viscera: sequentur etiam *vigiliæ*, atque siccitas, & *asperitas linguæ*. Pejorante 92
passione augentur omnia supra dicta. Accedit etiam *articulorum* frigidus torpor, *genarum* rubor, *oculorum* sanguineus color, *ventris* fluor spumosus, ac felleus. *Urinæ* quoque frequens, atque paulatim, albida egestio, *pulsus* densior, celer, fortis, & veluti [1] fluctuans, & suo percussu pressuram significans: *spiratio* etiam circumdolens, atque frequens, & obtusa, vultus & thoracis roscida humectatio: *mentis* alienatio, *gutturis* stridor, vel sonitus interius resonans, aut sibilans, in ea parte quæ patitur. Acceptorum etiam per *vomitum*

a. scapulam

b. postea
c. flavis, biliosis
d. sanum
e. sua gravitate cadentia

Signa pleuritidis ingravescentis.

1 si sudor instat; alioqui tensus, durus, serratilis.

tum recursio, & *jacendi* negata; atque displicens omnis positio, *sputa* facile (*f*) siccantia & magis salivosis ea quæ fuerint contra naturam, vel in densitatem coacta. Etenim *spumosa* sanguinis in qualitatem * transeunt: *sanguinolenta* in
93 livorem. Item fellea, æruginosa, atque prasina, vel nigra (*g*) efficiunt, saniosa, fœculenta, vel fumosa & odore gravia, & inæqualia, mutato etiam sæpe ordine suæ egestionis: item post felleam, vel saniosam qualitatem in sanguineam transeunt, vel quamlibet coloris varietatem. *Tumoris* etiam vehementia (*h*) luctante, alia (*i*) in soliditatem coguntur, alia in *nigredinem* veniunt, ob fervoris usturam. Aliqua ruptis *vasculis* funduntur, quapropter *saniosa* qualitas, post *sanguinea* perseverat, sed [2] *spumosa* rursum fit, cum singulas per partes tumor quatiens liquida spiritu turbato spumosam sufficit qualitatem. In ultimo autem cogente periculo *celerrima* fit *spiratio*, & *præcordiorum* suspensa adductio, *pulsus* inordinatus, aut deficiens, aut deserens in his quæ in *peripneumonicam* passionem, aut (*k*) *apostema* transire no-
94 scuntur. At si ipsa fuerit levigata, singula mitescunt, & ventris egestio coagulatur; aut fellea carebit qualitate: & per tussiculam exclusa saniosa minime in sanguinolenta redeunt. Discernendum etiam quæ sint *sputa* [3] *saniosa*, & quæ sit *sanies*. Nam *saniosa* jam mitescentis tumoris, atque declinantis solutione esse probantur, *Sanies* vero ex apostemate, quod etiam vomicam dicere poterimus, vel certe ex ulcere probatur venire. Discernitur autem (*l*) exercita inventione: hoc est *colore*, & *substantia*, & *odore*: frequenter enim tetri odoris est sanies. Item saniosa admixtione aquæ facile solvuntur, sanies autem difficile. *Dolorem* vero pejorem alii *dexteri* lateris probant ob pulmonis vicinitatem, alii *sinistri*, vicinantis cordis causa forsitan, & quia frequentius sinistra dextris debiliora videntur. Item *pleuritis*, nunc eodem tempore febriculæ concurrit, [4] nunc supervenit, nunc antecedit, nec cessante febricula perseverat.

f. siccescentia
* saniosam scil.
g. fiunt
h. augescente
i. qualia alba & rotunda
k. empyema
Signa passionis mitescentis.
Quomodo differant sanies & sputa saniosa
l. exercitata observatione.

2 Nam spuma fit, aut motu: aut calore: aut utroque.

3 purulenta ea sunt, alba, levia, æqualia.

4 Pleuritis ex apparatu interno proveniens, rigorem plerumque febrilem sequitur: quæ autem errori externo v. gr. subitæ refrigerationi &c. ortum debet, febrem post se trahit.

CAPUT XV.

Quomodo intelligimus pleuriticam passionem in peripneumonicam transeuntem, aut in vomicam venientem. 95.

INtelligimus eos qui in augmento *pleuriticæ* constituti passionis, proni atque faciles in *peripneumonicam* videntur, quum cæteris omnibus pejorantibus signis, atque in magnidinem extentis, solus dolor minuitur, atque jacendi positio ex parte facilior ac levior supina ægro fuerit visa, *aucto genarum rubore*: conductu etiam superciliorum e medio vehementer, tamquam in mœstitudine constitutis, *oculorum* attestante *fervore*. Eos etiam qui in *vomicam* transeunt intelligimus ex eo, quod *dolor* infixus eodem permaneat loco, accedente *tussicula* arida, atque *tremore* [1] typico, & inordinato, *spiratione* difficili, quam Græce δύσπνοιαν vocant, cum *dolore* leviore, & *pulsu* denso.

1 febris, quæ suppurationis tempore invadit, ex Aph. dum pus fit, &c.

CAPUT XVI.

Quis locus in pleuriticis patitur. 96

Veterum alii pulmonem, alii pleuram pati credebant.

a. pleuram

Argumenta priorum,

QUæsitum etiam est a *veteribus* quis in pleuriticis *locus* patiatur, & quidam *pulmonem* pati dixerunt, ut [1] *Euriphon*, *Euenor*, *Praxagoras*, [2] *Philotimus*, *Herophilus*. Item quidem ὑπεζωκότα (*a*) *membranam* quæ latera, & interiora cingit, ut *Diocles*, *Erasistratus*, *Asclepiades*, & eorum plurimi sectatores. Horum *primi* ajunt non esse in lateribus tumorem, quum neque *extantia* ulla earum partium inspectione sentiatur: neque *rubor*: nec motu, nec tactu, *dolor acutus*, vel fortis, tanquam manifestis tumoribus: accedit etiam quod facile supra id *latus* quod patitur, jacere possint ægrotantes, supra aliud *difficultas spirationis* accedat, siquidem nunc sustentatæ pulmonis partes jaceant: nunc veluti pendere sentiantur. Dehinc etiam *tussicula* signum est ex acceden- 97

1 Medicus Gnidius, forsan antiquior Hippocrate: fertur enim auctor fuisse sententiarum Gnidiarum, quæ ab Hippocr. citantur.

2 Praxagoræ discipulus; Cerebrum hic partem corporis inutilem credebat.

dentibus consequens morbum fibrarum pulmonis; esudati corporis liquoris, sive (*b*) cannæ gutturis: singula etiam extussita de pulmone venire manifestum est, qui neque venis, neque arteriis, neque fibris contiguus, vel admixtus esse lateri videatur, ut per ipsum latere accepta excludi posse credamus. Unde igitur *dolores*? nunquid ne *pulmonis* sensibiles partes in passione constitutæ causa sunt? an vero ejus tumore latera vicinantia comprimuntur, & propterea *dextrarum* fibrarum tumor dextri lateris dolorem facit, *sinistrarum* sinistri? Sed in *peripneumonicis* totus tumet pulmo, nec ullus tamen sequitur dolor. Sed huic quidem sententiæ *contrarii* ajunt propterea neque ruborem, neque extantiam, vel dolorem ægrotantes consequi, quoniam in alto tumor esse vi-
98 deatur. Quod autem supra *patiens latus* quosdam jacere prohibet, alios vero contra mitescendo relevat, illa causa est, quod incumbendo objectu straminum pressa materia refugiat, atque ex partibus quæ patiantur, ad sanas partes rediens, dolorem non faciat. At vero *partibus non patientibus* expressa, atque fugata, se patientibus impartiens, & has distendens, dolorem faciat. *Tussicula* vero fit compatientibus ὑπεζωκότι membranæ vicinis, atque contiguis partibus. Et tussita itidem *sputa* per pulmonem feruntur, siquidem in ipsum veniant ex vicinis, accepta per vias mente sensas, quas λογοθεορήτας appellant, sicuti & in (*c*) *vomicis* contingit, quanquam frequenter ad externas partes verticem faciant: vel
99 fracto latere sanguinolenta excludantur sputa. Nam profecto (*d*) *insensibilis* omnis est *pulmo*. Debuit igitur nullus fieri dolor. Sed si ex oppressione ὑπεζωκότος membranæ ex pulmone vicino tumente, dolor fit, debuit magis ægrotans tunc dolere, quoties jacuerit in (*e*) latus, siquidem tunc magis incumbens opprimit pulmo: dehinc etiam *peripneumonicos* dolere oportuit. Si enim ex parte tumens pulmo dolorem facit, magis omnis in tumore constitutus facere debet. Patitur itaque ὑπεζωκὼς *membrana*, & *propterea dolorem vehementem*
100 *facit*. siquidem sit *nervosa* atque *lateribus* (*f*) *infixa*. Hinc denique, quoties *tumore* densatur, (*g*) *ossibus* vicinantibus abstenta (*h*) ire latius prohibetur; & [3] eorum conversione naturali quatitur motu, atque *acuti doloris* accipit causas.

b. asperæarteriæ

examinantur,

Argumenta posteriorum.

unde tussis oriatur.

c. abscessibus pectoris

d. sensu caret

e. sub. patiens

Pleura est locus affectus.

f. firmiter adglutinata

g. costis

h. distendi, explicari

3 & *eorum conversione*. i. costarum motu, quæ simul cum thorace deprimuntur & attolluntur. Quidam legunt, & corporis conversione.

Item ſpiratione *thoracis*, adducti ſpiritus vicinitate, pulſata, inſuſtentabiles dolores facit. Manifeſta nanque conjectura eſt, quod ipſa patiatur. Siquidem tumoris augmento (*i*) collectionem in *pleuriticis* faciat, & (*k*) expirantibus ſæpe ægrotis *nigra* inveniatur. [4] Hos denique (*l*) venenatos quidam putaverunt. Igitur in *pleuritica* paſſione non ſimplicem *lateris dolorem*, verum etiam *febre* acuta atteſtante *totum corpus* pati videmus. Etenim febres totius corporis ſunt: plus tamen pati ὑπεζωκότα membranam recte dicimus, ſiquidem ſunt in ipſa dolores conſtituti.

i. abſceſſum
k. morientibus
l. veneno ſublatos

4 quibus mortuis membrana ſuccingens coſtas nigreſcit.

CAPUT XVII.

Quæ ſunt ſimilia pleuriticæ paſſioni. Et quomodo internoſcuntur. 101

In quo differat pleuritis.

SImilia *pleuriticæ* paſſioni dicuntur, (*a*) *dolor* lateris, (*b*) *collectio* in ejus [1] medio conſtituta: item *vomica*, quam Græci *empyema* vocant, *ſuſpirium* ſive ſpiratio difficilis, quam iidem *dyſpnœam* vocant. Item ad nares catarrhus, quem vocant *coryzan*, & (*c*) *anhelatio*. Siquidem ſupradictis tuſſicula, atque ſpiratio difficilis adjuncta eſſe videatur, & febricula, & dolores accedentes pleuriticam paſſionem fingant. Sed diſcerni atque internoſci ſuis proprietatibus poſſint. Nam *dolor lateris* etiam ſine febre plerunque eſt, & longo tempore perſeverat: vel quoties celer eſt, ſine varietate ſputorum, vel excrementorum eſſe perſpicitur: in pleuriticis vero dolor acutus, cum febribus acutis, & ſputis ſupradictis invenitur. Item ab [2] *empyicis* hoc eſt *vomicoſis*, ſive collectione laborantibus diſcernitur *pleuritis*, quod febres noxiæ atque acutæ & inordinatæ in pleuriticis inveniantur. *Vomicoſis* vero vel collectione laborantibus, antecedente corporis horrore frigido, atque dolore pungenti, eodem tempore, hoc eſt (*d*) quo in vomicam tranſeunt ægrotantes, ſputa ſequentur, quæ antea nulla fuerant, rejecto prius pure coacer- 102

a. compunctio *Plinio*: Telum *Sereno*, & *Iſidoro*.
b. abſceſſus,
c. vomica
c. aſthma
à dolore lateris:
a. Vomica:
d. quo pus fit

1 Abſceſſus frigidus, nempe Meliceris, Atheroma, Steatoma. *Hippocrates* ſingula ex his Tubercula cruda, φύματα, vocat: Empyema Abſceſſus calidus: ex fluxione, ſuppuratione, tranſmutatione: vel puris coacervatio, ex humoris citra tumorem putredine: ulceris ſordibus.

2 Voces hæ, *Vomica* nimirum & *Empyema*, hodie paulo aliter ſumuntur: Vomica enim eſt collectio puris in ipſa pulmonum ſubſtantia; Empyema autem in thoracis cavitate.

cervato in latere collectionis causa: [3] laterum quoque veluti conversionem hic sentiunt, aliquando etiam sub ipsis extans, vel prominens collectio sentitur. In *pleuriticis* vero febricula ex initio vehemens, atque sputa contra naturam, & varia reperiuntur. Item ab *spiratione difficili*, & *orthopnœa*, & *catarrho* quem supra diximus ad nares fieri, & (*e*) *anhelatione*, celeritate discernitur, & febri atque dolore. Siquidem illa tarda sint, & sine febribus, aliquando etiam sine dolore. *ab asthmate &c.* *e.* asthmate

3 Laterum conversionem vocat, fluctuantis puris & agitati strepitum ac velut inundationem, cum ex altero latere in alterum æger vertitur.

CAPUT XVIII.

103 *Quomodo curandi sunt pleuritici.*

JAcere *pleuriticos* convenit mollibus stramentis, loco *lucido*, atque *calido*, & mediocriter amplo: *schemate* quo se melius ac facilius haberi perviderint, adhibita requie, & *cibi abstinentia* usque tertium diem ab accessionis tempore, *vigilantia* cum articulorum tenaci blandaque *defricatione* manu calida. *Vaporanda* etiam quæ sunt in dolore constituta calidis pannis, & cum accessio statum sumpserit, lanis limpidis, ex oleo dulci calido expressis, contegenda. Adhibenda *fomentatio* lenis capiti, atque inguinibus, & sitis sub umbilico locis, ex eodem oleo, similiter calido, & magis quando fuerint *indulgentia* corporis relevati ægrotantes. Sin minus, addenda etiam *cataplasmata* ex *polline*, atque *lini semine*, & *fœ-*
104 *nugræci*, cum aqua & oleo coctis. Tunc *oris collutione* utendum & potu aquæ calidæ, moderate quidem, ne plurima liquoris humectatio sputorum provocet fluorem. Tunc *somno* dimittendus ægrotans. At si *venter* fluxerit, poterit somnus ante dimissionem permittente, hoc est declinante accessione prohibitus accersiri, scilicet laxativis cataplasmatibus. Sed si *dolor* vehemens fuerit, *phlebotomiam* convenit adhibere; *si nullus ventris fuerit fluor*, intra tertium diem. Sin vero fuerit adjuncta *ventris solutio*, prorsus in ipsa *diatrito* erit *phlebotomia* adhibenda, sic ut prædiscere possimus, utrum sit perseverans, atque superior *strictura* magis quam *solutio*. Sæpe enim concurrens ventris solutioni sanguinis detractio, ægrotan-

Qualis locus conveniat pleuriticis. *Qualis vaporatio.* *fomentatio.* *potus.* *Quando vena secanda.* *& quacautela.*

a. fatalem, ultimam *Notabene.*

tanti [*a*] noviſſimam intulit defectionem. Quapropter per- 105
ſpiciendum utrum uſque ad dimiſſionem acceſſionis *fluor ventris* perſeverat, vel ejus meatio mordicationem quandam faciat podici, vel inteſtinis: Suſpecta etenim habenda eſt iſtiuſmodi defluxio. Ita adhibenda *phlebotomia*, ſed ex alio brachio, quod fuerit dolenti lateri *contrarium*, certæ rationis cauſa quam ſæpe memoravimus. Tunc poſt mediocrem ſanguinis miſſionem, quæ magis conjicenda eſt ex conjunctione quanquam *leviſſimæ ſolutionis* quieſcere permittimus ægrotantem, atque [*b*] reſumptum laxativa *perunctione* curari, oris etiam adhibita fomentatione, [1] digeſto ſcilicet adjutorii turbore, dabimus *ſorbilem cibum* ex oleo dulci confectum ſive melle, ne liquidorum provocentur ſputa importunitate temporis, hoc eſt initio, ſive augmento paſſionis. Dabimus et- 106
iam *pultem* calidam, atque madidam, ſine ſale: vel *panem* ex aqua calida. Sed ſi *venter* fluxerit, pultem dabimus craſſiorem, ſed [2] calidam, quoniam in tumentes prius partes incurrat, tunc poſt cibum ſomno dimittimus ægrotantes uſque ad ſolitum acceſſionis tempus, quæ cum fuerit effecta, erunt adhibenda quæ ſupra memoravimus congrua. Adhibendus etiam *cucurbitæ* leviſſimus raptus: ſed cum ſtatum cœperit acceſſio, adjecta etiam *ſcarificatione*: cum ad *dimiſſionem* declinando pervenerit, tunc *ſpongiarum* adhibenda *vaporatio*, atque *cataplaſmata* laxativa, frequenti mutatione novata. Sed ſi *ventris* fuerit *fluor*, erit quidem his utendum ob tumorem. Siquidem immutabilis *dolor* augeat liquidorum defluxionem, vigiliarum atque corruptæ digeſtionis cauſa ungendi ſunt. Igitur ægrotantes *plantaginis* ſucco reficiuntur: 107
& aliquando ſimplici, aliquando admixta *acacia*, aut *ptiſanæ* ſucco, quo ſit præcoctus *mali punici* cortex, vel *myrti*, aut agreſtis *celſæ* coma, quam rubum vocant, aut *roſa*, vel *galla*, & his ſimilia. Etenim alia quæque nimium conſtrictivæ virtutis, vel multorum admixtione compoſita, immodica denſatione majores membranarum provocant neceſſario tumores, quos paſſionis nequitia & tardare faciles, & adjutoriis medicinalibus cedere difficiles facit, adjuncta ſcilicet ſolutione. Quare cum prolixiores fieri viderimus dimiſſiones, *clyſtere* utemur, ſolutione ceſſante: cataplaſmatibus autem, & cucur-

b. cibo refocillatum

Qualis diata conveniat.

Cucurbita quando, & quomodo adhibenda.

Quid agendum, ſi accedit diarrhœa.

Nimis adſtringentia, nimiſque compoſita nocent.

Quando clyſtere utendum.

1 ſedata perturbatione, quam excitavit ſanguinis miſſionis auxilium.

2 frigidum autem inimicum nervis, pectori, &c.

108 cùrbitæ ſcarificatione, cum doloris fuerit dimiſſio. At ſi ſolutus fuerit aut levigatus dolor ut ordinem acceſſionum ſervans, magnitudine tamen minutus eſſe videatur, urgente etiam ſolutione, [*c*] *unctione* utemur ſupradicta, prohibita ſcilicet *vaporatione* atque *cataplaſmatibus* ſubmotis, & *ſcarifitione* ſupradicta, apponentes *palmulas* quas [4] *patetos* vocant contritas, & cum pannis calidis. *Potum* dabimus *calidum* quidem, ſed omnino *pauciſſimum*, ut neque liquore plurimo *ſputorum*, vel *ventris* augeatur difluxio, & tepore quodam tumentia mitigentur. *Omne* etenim *frigus tuſſiculam commovet*. Deinde dabitur *pulticula*, ſed [*d*] conſtrictior: vel *panis* ex aqua calida, diligenti infuſione atque innovatione calidæ elutus, & expreſſus, ut ſuæ denſitatis poſitu (*e*) elenteſcat.

c. nempe adſtringente modice

Cur parum ſit bibendum.

d. ſpiſſior

109 At ſi jugi vexatione tuſſiculæ, atque conatu ſequenti *ruptio venulæ* ſanguinem per os emitti coegerit, dabimus *plantaginem* dimiſſionis tempore, oleris vice mandendam. Etenim in *acceſſione* omne quod datum fuerit, [5] corrumpi atque aceſcere neceſſe eſt, olera præcipue. Dabimus etiam decoctorum aquam *cydoniorum*. At ſi in ipſa acceſſione id facere coacti ſumus, inſiſtente periculo dabimus *poſcam*. Tunc in dimiſſione cibum: ut liquori ſoliditas accedat. *Alicam* ex aqua calida, in qua fuerint præcoctæ *palmulæ* Thebaicæ, vel mala *cydonia*, ut eorum *frigore* ſanguinis fluor teneatur, *fervore* vero juſculi tuſſicula leniatur. Erit præterea ſi vires ægrotantis permiſerint, *alternis diebus* dandus cibus, donec paſſio declinet. At ſi *imbecillitas* coegerit, etiam ante declinationis

Quid agendum cum ſputa ſunt cruenta.

e. diluatur, in liquidum juſculum diſſolvatur.

Aſtutia medica:

110 tempus erit quotidie nutriendus ægrotans. In *ſtatu* vero miteſcentibus atque (*f*) ſegneſcentibus *ſputis*, & nullis irruentibus novis ſanioſæ qualitatis, ſine ventris fluore, convenit poſt cataplaſmata atque vaporationem ante cibum dare bibendum [6] *mulſum* diebus duobus, vel tribus. Etenim *tuſſiculam* mitigat, & *ſpirationem* facilem facit, liquidorum tenacitatem laxat, & eas partes, ex quibus ſputa feruntur, depur-

f. parciusexeuntibus

3 Præſente enim ſolutione vaporatio, cataplaſmata & ſcarificatio magis relaxarent. Eandem ob rationem V. S. adeo eſt perniciosa.

4 De hiſce dactylis vid. Plin. H. N. lib. XIII. cap. 4.

5 Hanc ob rationem Methodici in morborum acceſſionibus, ſive exacerbationibus tanquam otioſi ſpectatores nihil fere agebant, niſi ſumma neceſſitate coacti. Utinam & hodie magis id obſervaretur!

6 Nam ventris fluxionem præſentem magis irritaret mulſum, propter mel quod ventrem ſolvit.

purgat. *Cibum* præterea dabimus *sorbilem* ex melle: atque *halicam*, vel siliginis *panem*, & *amylum*, aut ptisanam, aut *panem* ex mulso, aut *ovum* ἁπαλόν. Declinante passione, si aliqua fuerit *sputorum difficultas*, ob debilitatem virium, vel liquidorum crassitudine, erit *fœnugræci* succus admiscendus melli, hoc [*g*] genere confectus. Duobus diebus erit fænugræci semen infundendum, sed frequenti mutatione aqua innovanda, (*h*) præfusa scilicet anteriore. Tunc donec *color* virescat, aqua coquenda, & eliquata admixto melle, ægro supradicta moderatione bibenda. Potest etiam ipsum *fœnugræci* semen tritum cum melle lambere: vel *lini semen* assatum, melli admixtum: vel *vitellum* ovi assati 7 *nucleis* recentibus contritum, atque decocto melli admixtum: vel simul omnia, admixtis etiam amaris *amygdalis*. Tunc convenit *vario* jam *cibo* ægrotantem reficere, pultibus, ovis ἁπαλοῖς, vel cerebro porcino, aut hœdino, aut agnino, coctis cum sale modico, vel pede porcino in ptisana decocto, aut molli gallinaceo pullo, vel columbinaceo. Tunc post tres vel quatuor dies solutis febribus adhibendum *lavacrum*: sed a *vino* temperandum. Illis quoque partibus quæ dolore tanguntur *cerotaria* ponenda ex oleo dulci, vel cyprino confecta, admixto fœnugræci polline, vel meliloto tuso, atque creto, admixtis etiam adipibus. Utendum quoque medicamine quod *diatessaron* vocant, *cera*, resina *terebinthina*, *iri* illyrica, *pice*, æquis ponderibus. Dehinc post diem unum vel duos adhibendum lavacrum, & dandum vinum, apponendum malagma, quod *diachylon* vocant, vel *Dia Mannæ*. Hæc ratio secundum *Soranum* curationis: antiquorum vero *Erasistratus* & *Herophylus* de *pleuriticis* nihil dixerunt. 112

Sputa crassa & tenacia quomodo incidenda.

g modo *h* effusa

Quando lavacrum in usum possit vocari.

Cerotum διατεσσαρῶν *quid.*

CAPUT XIX. 113

Ad Hippocratem.

Hippocr. pleuriticos primo vocat.

HIppocrates volumine, quo de [1] *ptisana* scripsit, ad *pleuriticos* curandos hæc ait. *Lateris dolor* sive ex initio effectus,

7 Nucibus pineis, quibus Hippocr. cum myrrha & melle in eclegma redactis frequenter in Pleuritide utebatur. Vid. imprimis lib. IV. de vict. rat. acut. Nuclei hi Hippocr. κοκκάλυ nomine veniunt.

1 Liber hic Hippocr. quem Cælius de Ptisana vocat, revera est περὶ Διαίτης ὀξέων, unde totus hic locus est petitus, Utinam plures

fectus, sive supernatus, principio (*a*) *vaporis* erit *curatione* tentandus, in qua meliorem probamus, ex *aqua calida* in (*b*) utriculo, vel vesica excepta, vel ad eundem modum in æneo vasculo, sive testaceo, supposito quolibet stramine molli, ne quassatio fiat locorum, scilicet qui in dolore sunt. Probat etiam *spongiam* mollem, magnam, ex ferventi aqua expressam, atque pannis involutam, tunc apponendam. Circuntectus, inquit, enim atque inclusus vapor plurimo tempore perseverat. Admovenda etiam, tanquam *odoramentum*, ori, vel naribus ægrotantis, ut spiramento adductus *vapor* suo ingressu *laxamentum* partibus ministret. Utendum inquit etiam *hordeo* vel *orobo* in aceto (*b*) miti, macerato, & calefacto, & celeriter (*c*) sacello incluso, tunc apposito: sive
114 (*d*) *cantabro* eodem (*e*) genere fervefacto: vel aridæ atque (*f*) *siccæ vaporationes* adhibendæ, ut sunt ex *sale*, sive *milio* frixo in sacellis (*g*) laneis aptissime appositæ. Etenim lene atque conducibile est milium. Solvit nanque naturali quadam mollitudine illos dolores, qui jugulum in ipsis passionibus pulsant. Non aliter etiam illos qui ægras partes pulsaverint, solvit. At si dolor *vaporationibus* minime fuerit mitigatus, vel (*h*) abscessus, non oportet plurimo tempore in hac perseverare curatione. Etenim *pulmonem* vaporatio siccat, atque purulentum fieri cogit: sed si doloris significatio ad *jugulum* vel ad *brachium* tetenderit cum gravedine, ut etiam pectus vel *mamillam* tangere videatur, oportet in (*i*) brachio venam dividi, sed in eo, ex quo multa fieri detractio possit, donec (*k*) plurimum rubrior sanguis excludatur, vel (*l*) ex
115 rubro ac limpido, lividus. Utraque inquit enim eveniunt. Sed si (*m*) sub *pectore* fuerit dolor, & ad jugulum non tetenderit, *emolliendus* est *venter*, aut *helleboro*, nigro, aut [2] *peplio*: (*n*) nigro, admixto *dauco*, vel *seseli*, aut *cumino*, sive *aniso*, vel aliud quodcunque (*o*) tranquillum admiscendum putat, [3] id est portulacam, vel peplii succum præstare, quæ

M enim

a. θερμάσμασι
b. ἀσχῷ
b. κεκρημένῳ
c. ἐς μαρσίπ-πια
d. πίτυρα
e. κατ' αὐτὸν τρόπον
f. πυρίη ξηρὴ
g. εἰρινέοισι
at non nimis diu.
h abstentus. *id est* re. pressus.
i. τὴν ἐν ἀγκῶνι φλέβα, τὴν εἴσω
k. ἐρυθρότερον πολλῷ
l. αὐτὶ καθαρῷ καὶ ἐρυθρῷ
m. ὑπὸ τὰς φρένας
n. sub. helleboro.
o. τῶν δίωδεον

tales in Auctore nostro occurrerent! sic enim facilius passim ejus mentem assequi, & spissam mendarum segetem extirpare liceret. Verba Coi græca, ubi vel Cælium illustrare, vel vitia emendare poterunt, ad marginem ponemus.

2 Non illo, quod Plinius N.H. lib. XX. cap. 20. habet, quodque est vera portulaca. Sed Esulæ aut Tithymali specie, quam describit lib. XXVII. cap. 12.

3 *Totus hic locus est corruptus, & ex Hippocr. ita legendus;* Peplio vero admiscendum putat silphii succum: atque hæc, si inter se misceantur, quæ supra diximus sibi esse similigena. *Similigena* ὁμιότροπα vertit,

enim admiscemus, sibi similigena. Hæc sunt quæ supra diximus. Deducit autem melius ventrem *helleborum* nigrum, quam peplion. *Peplios* autem helleboro nigro ventositatem melius tollit, per podicem provocatam. Hæc denique utraque dolorem solvunt: mitigant etiam alia (*p*) plurima. Hæc sunt, inquit, deducentia sive detrahentia per (*q*) *effusionem*, (*r*) summa, quæ ipse scivi atque posui. Etiam in sorbilibus dantur *deductoria*, quæ non valde sunt insuavia, aut amaritudinis causa, aut alia qualibet insuavitate, ut copiæ, vel coloris. *Ptisanam* igitur quando medicamen æger biberit, statim oportet superbibere, [4] nihil minus a congrua est ratione, vel quantum accipere consueverit: dehinc paulatim inter ventris deductionem noverit sorbenda: sed quando humorum (*f*) declinaverit exitus, tunc minus sorbeat ægrotans quam consuevit. Dehinc [5] adjectio perseverare debet, donec dolor cesset, vel nihil contrarium occurrat. Hæc mihi (inquit) ratio est, & in usu *succi ptisanæ*. Etenim (dixit) [6] melius est statim sorbendi initium sumere, non autem jam antecedentibus vasorum evacuationibus. Ergo est initium sorbendi tertia, vel quarta, vel quinta, vel sexta, vel septima die, nisi intra id tempus fuerit ægritudo præjudicata. Hæc sunt quæ in primis partibus libri ordinavit. 116

p. sub. cathartica
q. alvi solutionem
r. κράτιστα
f. cessaverit

Alias quoque passiones curans, in ultima scripturæ parte rursum *peripneumoniam* atque *pleuritim* curans hæc ait: In *peripneumonico*, & *pleuritico* oportet inspicere utrumne acuta *febricula*, atque dolores *alterius*, vel *utriusque* sint lateris. Et utrum ascendente spiritu dolor admoneat, & *tussicula* adsit, vel *sputa* fuerint abundantia, (*t*) flava, vel livida ac tenuia, vel spumosa, vel florida, aut alia qualibet qualitate a supradictis differentia, sic agi oportet: ut si dolor pungens, penetrans ad (*v*) *jugulum*, vel (*vv*) *cinctum*, vel brachia tenten- 117

Alia methodus Hippocr.
t. πυῤῥά
v. κλειδὰς
vv. μάζον

quæ pariter & eodem temporis spatio purgant, non autem hoc citius, illud tardius.

4 Aut Cælius Græca Hippocr. non intellexit, aut locus hic egregie est corruptus, & omni bono sensu caret: ita habet Cous; μηδὲ ἔλασσον ἀξίως λόγου, ἢ ὁκόσον εἴθισται· ἐπεὶ καὶ κατὰ λόγον ἐστὶ, μετὰ τὴν καθάρσιος μὴ διδόναι ῥοφήν. quam accipere consuevit. Nam minus rationi congruum est inter ventris deductionem sorbere. Ita Hippocrates habet: ἀναγέτω αἰεὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον &c.

5 paulatim, & dando pauciorem

6 contrarium occurrit, (ait Gal.) si magna cruditas est, quæ phlegmonem facit: vel si ante judicationem copiosa sorbitione ægrum indigere non putamus,

tenderit, *venam* incidamus in quacunque parte facilior fuerit visa. *Detractionis* autem *modus* conveniens secundum *corporis* habitudinem atque *temporis*, *ætatis*, vel (*x*) *regionis* con-
118 siderationem accipitur. Plurimam enim detractionem (*y*) ostendit celer atque acutus dolor, quæ *usque ad animi defectionem erit facienda*. Tunc *clyster* adhibendus. Si *inferior* thorace fuerit dolor, & plurimum ægroti distenderit *ventrem*, danda *purgatio*; sed medio tempore purgationis, hoc est quo ventris officium nondum cessat, nihil (inquit) accipiendum; sed post *perfectam effusionem* mulsum ex aceto exhiberi jubet, quod *oxymeli* vocant. Item quartum diem (*z*) *medicamine* curans expectat, tribus aliis diebus adhibendum clysterem probat, & si passio non fuerit relevata, tunc inquit (*a*) pur-
119 gatione rursum utendum. (*b*) Præcavendum etiam monet, donec dies septem (*c*) intacti febribus transigant ægrotantes. Tunc (inquit) (*d*) tuto [*e*] succum dabimus tenuem, atque parvum. At si facilius agere cœperit *sputa* attestante spiratione meliore, & sine ullo *dolore*, atque, ut supra dictum est, cessante *febricula*, paulatim crassiore, ac plurimo, & bis in die utendum præcipit succo: sin vero non facile hæc fuerint relevata, (*f*) leni *potu*, atque sorbili utemur *cibo*, hoc est succo parvo, & semel in die, tempore scilicet quo levius æger habuerit. Atque id intelligi *urinæ* inquit inspectione. Tunc dandum *sorbile* quidem, nec prius tamen quam urina, atque sputa visa fuerint (*g*) mitiora. Sed si (*h*) *medicatus* plurima excluserit, necessario (*i*) *parvum* atque *tenuem* dabimus cibum. Non enim potest præ *inanitate*, somno, vel
120 plena affici (*k*) digestione, neque *passionis* atque *naturæ conflictus* sustinere, quos *Græci* Crises appellant. [7] Sed cum corporis defluxio tenuem fecerit ægrotantem, retentione cessante (qua naturali vigore corporis nutrimenta tardantur) succorum nihil valebit retinere. Intelligimus autem *mitiora sputa*, quando sunt puri similia. Item *urina* cum fuerit rubrior (*l*) ervi similitudine. Nihil etiam (inquit) prohibet & aliis doloribus lateris adhibere *tepores*, atque *cerotaria*, & *unctionem* crurum & (*m*) clunium (*n*) pingui atque calido oleo frequentare. *Præcordia* vero semine lini cataplasmare usque ad papillas.
121 His *Soranus* respondens ait: In *calefactionibus* acres esse sa-

x. Hippocr. habet χροιὴν i. colorem sanguinis
y. exigit
z. si purgantibus pleuritic. curat
a. ὑποκάθαιρε
b. φυλακὴν ἔχω, i. nil tutum credendum
c. illæsi, indonec offensi
d. ἢν ἀσφαλὴς φαίνεται ἰὼν
e. ptisanæ
f. pauciore
g. matura, πέπονα
h. medicamento accepto purgatus
i. ἔλατσον καὶ λεπτότερον
k. cibi coctione. *Signa coctionis in sputis & urinis.*
l. ὁμοῖον ὄροβος
m. lumborum
n. pinguedine

7 Verum ubi crudorum colliquatio facta fuerit, & quæ renituntur rejecta nihil obstabit. *Hipp.*

Sorani de methodo Hippocratica judicium

les, ac necessario tumorem provocare, febremque accendere. *Poscam* etiam constringere, & stricturam passionis augere. Item *milium* frixum graveolens & nidorosum, atque capiti grave, maxime acute febricitantium esse perspicimus. *Spongiis* etiam erat melius quenquam in dimissione patientes partes vaporare, atque *oleo* calido perfundere. Est præterea improprium, ac sine ratione, tunc uti *phlebotomo*, quoties ad superiora dolor tetenderit: prohibere autem quoties ad inferiora descenderit. Oportet ergo sub hoc (*o*) argumento neque difficultate *tumorum* partibus inferioribus impeditos phlebotomare: neque etiam *podagricos*, si quidem inferiora tumere videantur, sed necessario quoties dolor ad superiora tetenderit, phlebotomiam adhibendam videmus. Siquidem sæpe pejorante ventris fluore, hoc adjutorii genus prohibeatur. Neque etiam 122
(ut ait) oportet *interiorem venam* dividi. Siquidem & exteriori & media divisa, corpora releventur. Quippe quum econtrario interiorem prohibeant, propter magnitudinem, ne tumor augeatur. Item *sanguinis* (*p*) mutatio (*q*) iners est detractionis moderationi, sicuti de adjutoriis scribentes demonstrabimus. Sese denique idem *Hippocrates* impugnat in consequentibus, dicens, usque ad *animi defectum* faciendam detractionem, quod magis vehementer est nocens: siquidem sit periculosa defectio, & neque si sit temporaliter, defectionis causa sensu carens ægrotans, dolore relevatus, videbitur [quum resumptus fuerit] rursum dolere, quum magis atque magis ejusdem magnitudinis passiones debilia corpora vehementius afficiant. Item *purgativa* medicamina (quæ Græci καταρτικὰ 123
vocant) acrimoniæ causa, *stomachum* tumentem atque ὑπεζωκότα membranam acuunt in tumorem: & in periculosam *ventris* effusionem provocantia, magnificam passionis ingerunt vehementiam. Nutrire etiam cibo post medicamen non oportebat. *Pugnat* enim *purgationi faciundæ illatum cibi nutrimentum*. Quippe quum medicamine corruptum, officii sui careat viribus. Mitto etiam quod ex initio acescere facile *ptisanæ* succus perspiciatur, confectus quippe ex *ordei* succo, qui sit digestione difficilis. Dehinc ęgrotantis corpus non valeat tantum sustinere nutrimentum, quantum sanitatis tempore solitum videbatur. Item *mulsum* ex aceto (quod oxymeli appellavit) sine (*r*) discretione accipimus. Est etiam *immodica* usque ad septimum diem cibi *abstinentia*, quam custodiendam ordinavit. Quippe 124
cum

o. si vera est *Hippocr.* sententia

p. sub. quoad colorem

q. non congruit

Noxa purgantium.

r. num meracius, aut aquosius.

cum nullus vehementiam passionis sustinere valeat, nisi nutrimento quamvis parvo toleratus: & neque in declinatione passionis aliquid (*s*) humanius (*t*) cibo largiatur, sed in iisdem sorbilibus perseverandum existimat succis. At cum fuerint *sputa* segniora, tunc ut existimat, erit primo æger nutriendus, (*v*) quomodo necessario (*vv*) hæc declinante passione occurrunt (*x*) *intolerato*. In cæteris relinquendum temporibus absque nutrimento ægrotantem apertissime indicavit, quum semper (*y*) plurimum utilitatis *adjutorium cibi* quam cætera possunt adjutoria, largiatur. (*z*) Omne etiam corpus erit *unctione* (*a*) coæquandum, & non ejus particula. Quippe cum totum cibo nutriatur, ipsa quoque unctio non (*b*) exerta, anxietatem ingerit ægrotanti, quæ latentem difficultatem, atque accessione veniente corporis provocat incendium.

s. magis nutriens
t. sub. pro
v. quia
vv. sputa
x. nullis cibis recreato
y. plus
z. Totum
a. laxandum, molliendum
Quare universum corpus sit ungendum.
b. toti corpori non adhibita

125 C A P U T X X.

Ad Dioclem.

Dioclis methodus rejicitur.

D*Iocles* etiam similiter *phlebotomat* ægrotantes, eadem discretione adhibita. *Purgat* etiam catharticis medicamentis. Quapropter eadem dignus accusatione judicatur. *Cibum* vero juvenibus *undecima* die dandum statuit, sed *æstatis* tempore elixum magis, & frigidum: *hyemis* vero, assum atque ferventem. Est enim summæ imperitiæ in ordinandis qualitatibus, non *passionum* genera sed tempora *hyemis* vel *æstatis* attendere: scilicet ut æstate tumore laborantes, frigido cibo nutriti (*a*) altiora percutiant.

a. altius percutiantur

C A P U T X X I.

126

Ad Praxagoram.

Praxagoras quomodo pleuriticos curaverit.

P*Raxagoras* signa docens futuræ *pleuritidis* præcavendum jubet, dando bibendum *piper* cum *mulso* ex *aceto*, vel *abrotanum*, aut *absinthium*: *phlebotomat* etiam non ultra quintum diem, sed eos qui non (*a*) per *frictionem* incurrerint, neque frigido tempore, & neque *senes*, neque si *debiles* corpore ante ægritudinem fuisse videantur: omnia inquit (*b*) corpore curanda, & *fame* magis utendum: dandum bibere *mulsum* ex aceto, aliquando etiam *hyssopo* admixto: item *succum* pti-

a. ex suscepto post frictionem frigore pleuritici facti fuerint
b. tempore

sa-

ſanæ ſorbilem : ſi *celerius* , quarta die : ſi *tardius* ; ſexta : atque ex illo tempore quotidie : item celerius ſenibus , atque in ſanitate debilibus ; dehinc uſque ad ſeptimum diem *ventrem* emolliendum jubet , & *unctionibus* utendum pavidę perſuadet , atque (*c*) *reſpirationem* inquit intuendam , utrum ſit calida , & odoris tetri . Quibus autem *redundantia* eſt humorum in venis , exceptis ſenibus , & in ſanitate debilibus, *helleboro* nigro purgandos exiſtimat . Item deponendos ſecunda vel tertia die ægrotantes in *aquam calidam* jubet , vel utribus eos calefacere , *fovendo* latera donec dolor excludatur . Hic vero etiam non futuram *pleuritim* ex his quæ ordinat , eſſicit . Omnia enim *conſtrictiva*, atque acria eſſe videntur , ut mulſum ex aceto, & piper , & abſinthium , quæ neceſſario tumores accendunt ; eo maxime tempore quo etiam aqua ſumpta in qualitatem devenit fellis , ob nimium in alto fervorem . Dehinc *phlebotomari* oportet etiam eos , qui ex *frigore* incurriſſe videntur , & eos qui [1] *ſenilibus* annis videntur affecti . Non enim neceſſario debiles eſſe probantur . Quapropter etiam illos qui in ſanitate corporis debilitate videbantur affecti . Exigit enim magnitudo paſſionis adjutorium . *Purgativa* vero medicamina quæ *cathartica* appellantur , (*d*) prærumpunt corpus , atque ſolicitam eidem paſſioni *ſolutionem* provocant . Item *fames* tantum noxia quantum refectio commoda . Non igitur ſexta die cibum judicamus dandum . Longa eſt hæc *jejunitas* : & neque ſemper quarta die : ſæpe etiam tertia die : caput autem implet . Fit autem hoc ex (*e*) *aromatibus* : dehinc calidæ aquæ fomentatio importuna eſt , & frigeſcere facit ægrotantes .

c. ſpiritum qui naribus oreque redditur

127

Methodus hæc ut noxia rejicitur .

128

d. vires frangunt

e. quod bibendum datur ex aromatibus

[1] dum prorſus decrepiti, ac viribus effætis non ſint .

CAPUT XXII.

129

Ad Aſclepiadem .

Aſclepiadis methodus .

A*Sclepiades* ſecundo volumine celerum , vel acutarum paſſionum , *pleuriticos phlebotomat* , (*a*) prædicens primo locis ubi conſiſtunt vel commorantur , utrum *regio* adjutorium phlebotomiæ permittat adhiberi : ſe enim vidiſſe teſtatur apud *Athenas* atque urbem *Romam* phlebotomia vexatos , vel pejus acceptos eſſe *pleuriticos* . In *Pario* verò atque *Helleſponto* reſumptos

a. dicens ante omnia

ptos ac relevatos. Prohibet propterea *sitim*, atque *clysterem*, vel ante cibum bibere: & si (inquit) oportuerit, deducendi ventris causa, adhibendum semel vel secundo clysterem. Potum dat magis ac plurimum *mulsum*, aliquando etiam &
130 *rutam*, & *hyssopum* cum mulso. Nocere inquit radicem herbæ, quam Græci [1] *phlomon* vocant, quapropter omnino dandam negat, vel certe semel dandam, ubi dolor coegerit. *Cibum* inquit dandum (*b*) præcauta *secunda* die, siquidem alternis (*c*) admoneantur diebus: & *quarta*, siquidem gravior sit: verum *quinta* & *tertia* (inquit) die dabimus (*d*) succum, & ut sæpe sufficiens, probat semel quotidie dandum. At si plus defecerint, nutriendos etiam post accessionem quintæ diei [2] permittimus: declinante passione *vinum* damus, & *varium* cibum. Huic *Soranus* occurrens ait, semper *phlebotomandos* pleuriticos, *strictura* cogente, & apud *Romam* denique nos (inquit) utemur phlebotomo, nulla regio-
131 num discretione confusi. Etenim quærendum utrum *Asclepiades* proprietate *regionis* noceri suspicatur eos qui fuerint in eadem phlebotomati *phleuritici*: an vero proprietate *passionis*? ex quibus si *primum* putat, hoc est, regionum proprietate, vexari omnes oportuit, non solum *pleuriticos*, verum etiam *synanchicos*, & qui fuerint phlebotomando curati, & *epilepticos* etiam, quos phlebotomandos imperat aptissime. At si *secundum*, hoc est proprietate passionis vexari putat, non apud *Romam* solum phlebotomatos pleuriticos, sed in omni regione noceri debuit indicare. *Clysterem* vero rectè prohibet propter *acrimoniam*, sed non recte semel vel secundo adhiberi permit-
132 tit. Multo enim melius est omnino innoxium quicquam, quam leviter nocens. Hinc etiam *phlomi* herbæ radicem, tanquam natura noxiam reprobans, non recte semel adhiberi ait ubi dolor coegerit. Dehinc omni ex parte ratione caret, prohibere *clysteres* tanquam augentes incendia, & *rutam*, vel *hyssopum* adhiberi, quæ sunt vehementius ardentia ob suæ qualitatis acrimoniam. Item mala atque caduca intentione confirmat circa quartum diem *cibum* non dandum generaliter, ac necessario quintum diem (*e*) servandum. His enim qui *jugibus* afficiuntur *febribus*, quoties initium (*f*) ex die sumpserit,

b. vitata
c. i. febris exacerbetur
d. ptisanam
à Sorano exagitatur.
e. expectandum
f. interdiu

1 Cujus herbæ hæc sit radix vix habeo quod dicam: an Verbasci! quod *phlomos* à Botanicis dicitur: At nusquam ejus radicem medicinalem esse audivi, an Salviæ cujusdam! an vero Lychnydis Chalcedonicæ? utraque enim sic etiam appellatur.

2 Loquitur Cœlius ex persona Asclepiadis.

rit, quarta die necessario dandus est cibus. Non aliter iis qui 133
majore *hemitritæo* egrotant, & (*g*) ex nocte sumserint initium. Ipse quoque *Asclepiades* in phreniticam passionem venturos graviter indicat affici quarta die: neque tuto ante dimissionem declinante accessione (*h*) dandus, ut existimat, (*i*) cibus est, atque semel datum sufficere, nisi *pulsus* fuerit defectio. Non enim oportuit virium debilitate [*k*] captata cibum dare, quum fuerit nostræ potestatis opportune antè ægrum, quam deficiat, reficere. *Vinum* etiam & *varium* cibum declinante passione dandum recte consulit, sed non suo conveniens judicio. Etenim *phreniticis* atque *lethargis* ante declinatationem (*l*) vinum dedit.

g. noctu

h. dandum

i. cibum esse

k. longo jejunio effecta

l. nempe mulsum cum ruta & hyssopo.

CAPUT XXIII. 134

Ad Themisonem.

Errata Themisonis.

AT *Themison* alias quidem *pleuriticos* recte curavit, peccavit autem quarta die *cataplasmando*, dehinc *cerotarium* apponendo: ex aliquo virtutis ferventis *ungendo*, atque *ruta*: sunt enim acria. Dehinc *cerotarii tempus declinante est passione.*

CAPUT XXIV.

Ad Heraclidem. 135

Heraclidis methodus improbatur, *a.* optet, velit

HEraclides Tarentinus sanguinis extimens abundantiam, secunda die utitur *clystere*, bis, aut tertio, atque post paululum phlebotomat, conturbans corpora requie indigentia. Etenim quærendum quid magis esse (*a*) confirmet, utrumne *fluorem* ventris, aut *tumorem* & retentionem stercorum. Sed si *fluor* est, hunc duplicat, adhibendo *clysteres*: at si *tumor* est, hunc eorum duplicat acrimonia. Credas etiam eandem injectione suspensam raptu quodam patientibus advenire partibus, & propterea vehementius nocere. Hic quoque etiam nulla est *phlebotomiæ* utilitas. Vexatæ etenim tribus clysteribus vires, sanguinis prohibent detractionem. Dehinc neque omnes, neque secunda 136
necessario phlebotomandi sunt die, sicut supra docuimus. *Cataplasmat* etiam aqua solutis (*b*) *pollinibus* (quod *Græci* ὠμῆν λύσιν appellant) admixto *fico*, vel *panace*, aut *Chamæpity*, quo-

b. ordei, tritici fœnigræci

quorum (*c*) complexio ob qualitatis acrimoniam noxia judicatur. Probat post usum cataplasmatis, [1] *malagma* quod [2] *Apollophanis* appellamus, sive *polyarchion*. Item sua inventione (*d*) conscriptum: quæ omnia sunt acerrima, & propterea recusanda. Dat præterea *mulsum* præbibendum in quo præcocta vel præinfusa fuerit *ruta*. At si *sputa* excludi cœperint, dat medicamen bibendum quod conficit ex *hyssopo*, *iride*, &
137 *melle*. Si (inquit) non fuerint congrue vel sufficienter exclusa, addendas *absinthii* drachmas sex: sed si nausea occurrerit, *apium* vorare jubet ægrotantes, vel *olivam* ex aceto mandere. Hæc quoque sunt acria, & stomacho (*e*) inhærentia. Ipse denique tentatione expertus ex supra dictis eversionem fieri stomachi, ordinat ob nauseam retinendam, (*f*) incongrua scilicet, quę constringere possint. Ait enim, si non recesserit *sputorum* emissio, sequenti die (*g*) injicienda atque excludenda, commoveat *iris*, eadem clyster per ventrem detrahi provocet, noxia no-
138 xiis committens. Siquidem etiam per *clysterem* injecta, ex eadem sint materia, ex qua sunt ea, quæ bibenda ordinavit, quo fit ut commovens tumorem, magis faciat excludenda quæ putat retineri. Dat etiam *viscellum* gallinaceum cum *mulso* ex vino, vel succo ptisanæ, quæ sunt in corruptione facilia, atque inflantia, & ventrem in fluorem moventia. Dari præterea *vinum* jubet his qui fuerint viribus debiles, nisi caput (*inquit*) doluerint: non advertens quia temporis opportunitate permittente omnibus convenit dare: ut econtrario (*h*) resistente, neque imbecillibus. Etenim si (ut existimat) valen-
139 tes viribus vexat, multo magis imbecillos. Neque recte sentit ita dandum, nisi caput doluerint. *Dolor* enim si prohibet *capitis*, non aliter etiam *lateribus* (*i*) prohibere perspicitur, prius quam passio declinaverit (*k*) importunum datum. Nanque omnia quæ patiuntur exagitat, nec solum caput. Dicit etiam declinante passione *gobiones* pisces dandos, accedente profectu etiam *carnem*, atque *panem*, non conjiciens, quia omnis acrimonia tussientibus, vel spirationis difficultate laborantibus, vel spuentibus sanguinem inimica est, etiam declinante passione. Simile enim quiddam facit, quale contingere videmus in externis corporis partibus *vulneribus* constitu-

c. vel temperatura, & facultas: vel compositio & commixtio

d. nimirum adhuc aliud

e. nimis diu immorantia

f. alii incongrue

g. *i.* tam medicamenti infusi, quam sputorum materiam

h. *sc.* temporis opportunitate

i. officere

k. importune

1 constat paribus portionibus ceræ, resinæ liquidæ, amomi, cardamomi, junci odorati, fuliginis thuris: authore Celso lib. 5. c. 18.

2 Appollophanes hic Erasistrati fuit sectator, & Antiochi Soteris Medicus.

tis; quæ cum sunt adhuc novitate tenera, cicatrices acriori-
l. refricatæ bus (*l*) exustæ facile resolvuntur.

CAPUT XXV. 140

De peripneumonia.

CONsequens atque vicinum est *peripneumoniæ* dicere curationem, que non ut priores voluerunt, à parte corporis quæ patitur nomen sumpsit, sed ab ea quæ plus patitur. Si quidem neque sine febribus esse videatur. Perficiunt hanc passionem causæ quæ etiam *pleuriticam* faciunt, ut *venenum* sumptum, vel ex *opio* atque *hyoscyamo* confecta tussientibus medicamina, vel his similibus virtutibus. Item *catarrhus* vel coryza, vel, quod est rarissimum, [1] *synanchica* precedens passio. Nam frequentius antecedente pleuritica, *peripneumonia* sequetur, quo fiet ut [2] perniciosior sit antecedente, siquidem vexatis prius viribus, atque adjutoriis ex parte incassum (*a*) prærogatis, in secundam veniant ægri passionem. Afficiuntur autem *juvenes* magis atque ætatis mediæ: at senes, vel pueri, atque mulieres difficile. Hanc igitur diffiniens passionem *Demetrius Herophilus* libro duodecimo de passionibus, *peripneumonia*, inquit, *est tumor in toto pulmonis corpore*, ex parte enim si fuerit *pleuritis* dicitur. Addere autem debuit cum febribus: siquidem sine his *peripneumonia* esse non possit.

Peripneumonia easdem habet causas quas Pleuritis.

141

a. prius adhibitis

Juvenes magis infestat.

semper est cum febri.

CAPUT XXVI. 142

Quæ est peripneumoniæ intelligentia.

Methodici agre definiebant.

DIffinire *Methodici* juxta *Sorani* judicium declinant. *Asclepiadis* sectatores ajunt esse *peripneumoniam parvi temporis solutionem cum tumore, atque febre*, solutionem (inquiunt) ob humorum emissionem: parvi temporis, ad discretionem *phtisicæ* passionis, quæ est & ipsa solutionis vel effluentis humoris per tussiculam exclusio. *Peripneumonia* (inquiunt) ad discretionem aliarum passionum, parvi (ut supra diximus) tem-

1 Aph. 10 lib. 5.

2 Huic autoris judicio repugnat Hippocr. in Coacis, his verbis: Peripneumoniæ ex Pleuritide transmutatæ iis tutiores sunt quæ ab initio fiunt.

temporis ſolutionem ingerentium, ut [1] *oculorum* vel *aurium*: adjecerunt etiam cum *tumore* atque *febre*. Si quidem *ſolutio*, hoc eſt, eruptio parvi temporis ad pulmonem, fiat [2] *peripneumonia* ad eas partes ſine febribus. Huic *Soranus* occurrens diffinitioni ait: Quum ſemper *ſtrictura* in his obtineat, non oportuiſſe paſſionem *rheumatiſmum* vel ſolutionem dici cum tumore, ſed forte *tumorem cum rheumatiſmo*. Etenim parva majoribus poſtponuntur. *Eſt* igitur ſecundum nos *peripneumonia ſtrictura vehemens, atque acuta pulmonis, cum ſputis, & ſiti, & febricula celeri, atque acuta*.

Soranus Aſclep. definitionem invertit.

1 oculorum in ophthalmia, & delachrymationibus; aurium cum ex inflammatione ſordidæ & purulentæ fiunt.

2 quæ Peripneumonia non eſt, ſed ſine tumore ac febre.

143 CAPUT XXVII.

Quomodo intelligitur peripneumonia.

INtelligitur ex his quæ concurrunt. Etenim *peripneumonicos* ſequentur *febres* acutæ, *gravedo* thoracis, & ſenſus laborantium quadam difficultate laterum, atque medium (*a*) *papularum*: jacendi etiam facultas ſupinæ poſitionis, atque paulo erectior: frequens etiam *ſedendi* delectatio, atque ſupra latus jacendi difficultas, ita ut præfocabilis eſſe ſentiatur: *vultus* rubor, tanquam florens: *oculorum* veluti (*b*) pinguis aſpectus, atque etiam ſplendor, ſcilicet in partibus albidis quæ præter *papulam* videntur, & magis cum alterna converſatione aſpiciunt
144 ægrotantes. Sequitur eoſdem etiam *anhelitus* celeritas, *tuſſicula* ſanguinolenta, atque fellea, vel (*c*) fumoſa jactans ſputa, & in comparatione *pleuriticorum* fulviora, vel ſpumoſiora: *ſpiratio* difficilis: deſiderium frigidi atque plurimi *aeris* hauſtu rapiendi: frigidi etiam *potus* appetitio: *os* ſiccum: *lingua* aſpera, ac primo ſubalbida, dehinc rubra: *pulſus* vehemens & celer: *anxietas*, jactatio, *vigiliæ* juges, ingemens atque turbulentus ſomnus. Pejorante paſſione *thorax* etiam extantior fiet, accedente ſpirationis (*d*) perſecutione cum quo-
145 dam *ſibilatu* vehementi, atque aſpero. Sequitur etiam *colli* ac *vultus inflatio*: & *oculorum* aut immobilitas, aut difficilis motus: *viſus* nubiloſus, vel nubilus: *mentis* alienatio: *articulorum* frigidus torpor, atteſtante livore: *lingua* craſſior, atque

Symptomata Peripneumoniæ.

a. mammarum vel papillarum

b. languidus, flaccidus

c. quaſi fuliginoſa

hauſtu

Signa morbi ingraveſcentis.

d. crebritate & vehementia

que conductione breviata: *sudor* (*e*) superiorum partium: *pulsus* latens aut formicabilis, quem *Græci* μυρμίζοντα vocant: in ultimo, etiam pectoris resonans *stridor*, quem (*f*) rhogmon appellant. At si *salutaribus* prosperata signis passio cœperit in melius vergere, omnium supradictorum fiet paulatim (*g*) deductio, aliquibus etiam semel amputata (*h*) decisio. Quidam denique in *pleuriticam* passionem redeuntes relevati 146
vixerunt, accedente dolore, & plurima spirandi difficultate. Etenim prædicta quæ *peripneumoniam* designant, vel concurrentia complent, sunt hæc, febres acutæ, spirationis celeritas, ac difficultas, tussicula, atque sputorum varia emissio, gravatio sine ullo dolore, aut cum parvo, præfocationis sensus. Est autem passio generaliter acuta, atque *strictura* (*i*) suffecta, adjuncto levi humoris fluore, quem *rheumatismum* vocant. Quo fit ut magis strictura vocemus, etiam si dolor non fuerit. Quippe cum inesse gravedinem atque (*k*) *pressuram* videamus, & asperitatem, & siccitatem, & accessionem, vel his similia signa.

e. colli: frontis: temporum
f. ῥόγχον *Signa morbi in melius vergentis.*
g. imminutio
h. cessatio
i. excitata, genita
k. somnolentiam

CAPUT XXVIII. 147

Quis locus in peripneumonicis patitur.

Varia sententiæ circa locum affectum

PAti in peripneumonicis *Diocles* venas pulmonis inquit: *Erasistratus* vero, arterias. *Praxagoras* eas inquit partes pulmonis pati, quæ sunt spinæ conjunctæ: At enim omnem inquit pulmonem pati *Herophilus*. Si vero *febrem* (inquit) fuerint passi, *pleuriticam* facit. *Asclepiades* vero, eas pulmonis partes pati, quæ (*a*) arteriæ sunt adhærentes, quas appellant *bronchia*. Item *Apollonius* Herophilus inquit, ipsius pulmonis venas atque arterias pati. *Soranus* autem cujus verissimas apprehensiones *latino* sermone describere laboramus, *totum* inquit *corpus* passione vexari, sed *pulmonem* vehementius, quod quidem (*b*) æstimatum, & non ad expressam fidem accipiendum judicavit. Est etiam *inutile* curationi, quippe quum ni- 148
hil obstet locorum neglecta specialis apprehensio, ubi totum corpus laborare senserimus, & neque mutabilis sit adjutoriorum qualitas, pro patientibus locis, sed talis perseveret in genere, donec passio ipsa perseverat. Manifestum autem ex supradictis, quomodo possunt similia quæque *peripneumonitæ*

a. asperæ
b. opinione potiusquam certa & indubitata cognitione.
Methodici locum affectum in morbis universa-

pas-

passionis internosci accipimus. *Pleuritici* enim vehementi dolore lateris afficiuntur: *dyspnœici* vero quos anhelosos dicere poterimus, sive suspiriosos, sine febribus esse noscuntur, & non solum celeri atque acuta afficiuntur passione, sed aliquando etiam tarda, atque obtusa, quam *Græci* chroniam vocant, & cætera.

libus non cucurrant. Quomodo à Pleuritide, asthma differat.

149 CAPUT XXIX.

Quomodo curandi sunt peripneumonici.

Convenit *peripneumonicos* jacere in loco (*a*) medie *lucido* atque *calido*, & ita haberi vel componi, ut reclinato leviter thorace collocentur. Ad hoc enim positionis, sive schematis genus, ipsi quoque ægrotantes releventur: dehinc *abstinentia* adhibenda usque ad primam diatriton, si nulla obstiterit urgentior causa: servandi etiam a somno *vigiles* accessionis tempore, adhibita *articulorum* leni atque *calida* manuum defricatione. *Calefactionibus* etiam lenibus ex pannis utendum, ac tum quum statum sumpserit accessio, lanarum appositione *thoracem* secus, atque medio *scapularum*, sed quæ sint ex oleo calido ac dulci expressæ: declinante accessione
150 *os* colluendum, ac deinde *potus* dandus aqua calida. Tunc *somnus* permittendus, adhibita etiam *phlebotomia*, permittentibus viribus, sed si intra diatriton in (*b*) passionem venerint ægrotantes, quod quidem est rarissimum, erit tum *phlebotomia* adhibenda. Si autem non in ipsa diatrito, tunc *unctione* utendum: dehinc aqua *ora* fomentamus, & damus sorbilem cibum, atque tenuem ex alica. Etenim *ptisana* inflationem facit. Item *oryza* constringit. (*c*) *Simyla* quoque in initiis gravis est. Conficiendus itaque erit, ut supra diximus, *sorbilis succus* melle, atque anetho & oleo. At si æger sorbilia quæque horruerit, vel recusaverit, *alicam* dabimus ex aqua calida, aut *ovum* sorbile. Tunc usque ad declinationem totius passionis *alternis* cibabi-
151 mus diebus, si vires ægrotantis permiserint. Atque ita *thoracem* cataplasmamus, & inter scapulam, quod *Græci* μετάφρενον appellant, leni scilicet *cataplasmate*, vel mulso mediocriter decocto, aut pane ex aqua calida, ex polline, atque fœnugræco, & aqua mulsa, vel fici aridi decoctione. Ejus quanquam sit (*d*) reflata succositas, tamen manet veluti mel-

a. modicè *Quomodo sint curandi peripneumonici, juxta Auctorem*

Tempus somni, & vena secanda.

b. peripneumoniam esse constet.

c. σεμίδαλις, medulla farinæ triticeæ *Quis cibus dandus, & quando.*

d. efflata, *id*

lo-

est siccando absumpta. *Quando cucurbita adhibenda.* *Commoda & incommoda vaporationis sive fotus.*

losa dulcedo. Tunc *cucurbita* eisdem locis cum scarificatione adhibenda, sed *dimissionis* tempore. *Leves* autem, quas κάφας appellamus, etiam in *accessione* adhibere possumus, & frequentes, atque multis partibus. Tunc *vaporatio* spongiarum & cataplasmatum apta: etsi sese ad tempus gravari sentient ægrotantes, eorum appositionem ægre tolerantes, tamen ex his plurimum deinde commodi consequentur. Erunt adhibenda, 152
angusto licet tempore detracta, atque rursum apposita, quo etiam tussiculæ mitigetur inquietudo, & ea quæ egeruntur facilius (*e*) lapsa sine ullo tormento reddantur. Erit decoctum *mulsum* dandum, vel *fœnugreci* decoctio cum melle: facit etiam (*f*) *nucleorum* contritio mulso admixta, vel *amylum* aqua contritum. Dabimus etiam *eclegmata* sorbilia ex *lini* semine, ac *fœnugreci*, *nucleis*, & *melle* decocto, & ovorum vitellis confecta. Quum statum sumpserit passio, *gestatione* levi utemur. Quum vero declinaverit, *vario* nutrimus cibo, servantes ac præcaventes multo tempore ex (*g*) *liquamine* & *oleo* cibos, siquidem tussiculam commovent: tunc *lavacrum* adhibemus, & ultimo *vinum* damus. Pectori autem atque a 153
tergo circulatim *cerotaria* apponimus, ex oleo dulci confecta, vel cypsino, admixta iridis radice decocta, vel *meliloto*, & secundum aliquos *sampsucho*. Sed est hoc (*h*) acerrimum, quanquam sit calidæ virtutis. Post cerotarium vero apponimus quod appellatur *diachylon*, vel *Mnasci*. Aliqui etiam adhibuerunt illud quod [1] *Nileus* appellatur. Item *Apollophanis*, quæ non sunt ita vehementia & propterea permittenda. Horum sane compositiones de medicaminibus scribentes, interrogationum docuimus libris. Ex antiquis autem *Erasistratus*, & *Herophilus* de ista passione nihil dixerunt.

e. tanquam fructus maturus

f. τῶν κοκκάλων, s. nucum pinearum.

Expectorantia.

g. Garo

Externa quædam

h. aptissimum

Hippocratis peripneumonicos curandi methodus.

i. croco

à Sorano reprobatur.

[2] *Hippocrates* vero libro regulari, (quem diæteticum vocavit) *peripneumonicæ* inquit remedium aptandum ex (*i*) *cocco* atque *galbano*, atque *attico melle*, vel *abrotano*, ex *aceto* mulso atque *pipere admixto*, & *helleboro* nigro. Summum (inquit) est etiam *panacem* in mulso ex aceto confecto decoquere, & liquatum dare bibendum. Sed hæc somnia *Soranus* esse judicavit, & propterea reprobanda, adjiciens, quod *mulsum* ex aceto factum constringat, & sit inconveniens tumori. Item 154

Dio-

1 Malagma Nilei, & Apollophanis à Celso describitur lib. 5.

2 Hæc nec in tribus libris Hippocratis de diæta extant, nec in libro Polybii de diæta salubri. Quare librum eum Hippocratis Diæteticum periisse arbitror.

Diocles ait peripneumonicos qui annum sextum natu excesse-
rint, post injectionem (*k*) *succo* cibari oportere. Sed *fortiores*
155 atque validos viribus, levius: *imbecilliores*, verò, plenius. O-
mnes tamen communiter parum refici, jubet, qui ultra annum
quartumdecimum fuerint hac passione ægrotantes, adhibens
acerrimos *clysteres*, & propterea noxios: dehinc sine ratione
ad dierum numerum cibum dandum putat. Item *libro* quem
de passionibus atque causis & curationibus scripsit *phlebotomandos* dicit, & adhibendum tempus tacuit. Dehinc *ventrem* commovendum existimat, exagitans atque (*l*) exsuccans interiora. Addit etiam *unguentum* naribus admovendum, succum *scamoniæ*, quam diagridium appellamus, & *helleborum* & opium (*m*) succo consparsum, obsidens odoramentis perniciosissimis
156 caput. Usque ad quintum diem *mulsum* ex aceto solum dandum præcepit, excitans profecto *tumorem*, (*n*) constrictivæ virtutis causa, & immoderata *abstinentia* vires absumens. Utitur etiam cum his potionibus vexativis, *absinthio* infuso & *thymo* decoctis: & eisdem dans quoque transvorandum atque sorbendum [3] *passum* cum aceto & mulso confecto. Quæ omnia (ut ratio demonstrat) sunt acria, & propterea tumori contraria. Item *Praxagoras* eandem pleuriticorum atque peripneumonicorum tradidit curationem. *Asclepiades* verò, secundo libro celerum, vel acutarum passionum, *phlebotomiam* recusavit. Siquidem nullo *dolore* ægrotantes afficiantur, & propterea si fuerit adhibita ex initio, sanguis tenuis atque subtilis
157 exire videatur. Sed errans plurimum [ut *Soranus* ait] neque enim moderatio detractionis sanguinis, mutatione demonstratur: *neque* etiam *solos dolentes phlebotomandos accipimus*, sicut idem *Soranus* libris quos de adjutoriis conscripsit, edocuit. Dehinc ipse *Asclepiades* ait, quosdam *peripneumonicos* dolere: oportuit igitur etiam nunc, sicut in *pleuriticis*, non ex [*o*] causa reprobare *phlebotomiam*, sed a (*p*) commorantibus inquirere, utrum in omnibus *peripneumonicis* obesse (*q*) regionaliter videatur. Prohibet etiam *cataplasmata*, & *vaporationes*, quorum est utilissimus usus, ob relaxandam stricturam. Item reprobat *clysteres*, atque omnia (*r*) *medicamina*, & quidem
158 recte, sed non suis conveniens placitis. In *phreniticis* enim clysteres adhibuit. Item libris quos de vini datione scripsit, in febricitantibus, jugibus, inquit, utendum clyste-

Ut & Diocletis methodus.
k. ptisanæ chylo
l. exsiccans
m. ptisanæ
n. quæ in aceto est.
Asclepiad. in Peripneumonia venam non secat. cur?
Erroris a Soranoarguitur.
o. sub. doloris
p. signis præsentibus, & stabilibus
q. rationaliter
Vetat omnia externa laxantia.
r. purgantia

ri-

3 De vino passo vid. Plin. H. N. lib. XIV. cap. 9.

ribus. Dat etiam cum aqua mulsa *hyssopum*, vel *tragoriganum*; & sunt hæc acria, atque medicosa, quæ *Græci* φαρμακώδη appellant. Mitescente inquit interea passione, *cataplasmata* adhibenda, atque *cibis*, (*s*) asperioribus diebus, nutriendos ægrotantes existimat, quum nos oporteat sæpe levioribus diebus cibos dare: tunc puriores siquidem dimissiones occurrunt. Item *Titus* hujus sectator bis in die adhibendam inquit *defricationem*, quam quidem veluti quassantem in acutis passionibus reprobamus. *Themison* vero alia quędam de passione recte composuit. Sed peccat jubendo eos secunda vel tertia die *gestari*, quoniam nondum sumpserit passio *statum*. Jubet 159
etiam cum *scarificatione* adhiberi *cucurbitam* declinante accessione, quum sit adjutorii genus [4] *destrictivum*, & propterea proprium dimissionis: dat etiam bibere *aquam frigidam*, vel frigidæ vicinam, & non est (*t*) consequens sorbilibus cibis, atque curationi laxativæ potus constrictivus. Si, inquit, incensa atque longa fuerit accessio, ut ardore ac siccitate difficultatem faciat excludendi ea quæ tussicula emitti coguntur, dabimus [5] *pityidas* vel *nucleos*, aut *cucumeris* semen bibendum cum aqua, aut secundum modum collecta, & sunt hæc maxime (*v*) contraria. *Augmenti* etenim atque accessionis tempore, etiam aqua quæ nullius est qualitatis, noxia perspicitur. Utitur etiam *Amygdalis amaris*, quæ ob amari- 160
tudinem tumores vehementius accendunt. Item *Heraclides Tarentinus* eandem judicavit curationem adhibendam, quæ pleuriticis est ordinata. Multi *Empirici* potionibus atque sorbilibus cibis usi sunt. Item *pityida*, & *ruta*, & *menta*, & *tragorigano*, & *abrotano*, & *pulegio*, atque *origano*: alii hæc singula, alii secum mixta adhibentes: sic denique *amylum* cum aqua præcoctum melli admiscent, ac tunc amygdalas amaras tritas addunt, & hæc sorbilia movent ramo hyssopi: dant etiam *irin*, & *gentianam* decoctam cum *pulegio*, & *anagallide* herba, & *eryngio*, & *marrubio*, & his similibus, quæ omnia ratione (*vv*) corcumscripta reprobanda sunt.

s. quibus nimirum febris exacerbatur

Themison partim recte, partim peccanter peripneumonicos curat.

t. conveniẽs

v. noxia ratione temporis

Empirici taxantur.

vv. ponderata

5. Nucum pinearum genus, quartum Plinio dictum, quod ex Pinastris colligitur.

CAPUT XXX.

161

De Cardiacis.

CArdiacam passionem ajunt quidam duplici significatione nuncupari, *communi* & *propria*. Sed *communem* dicunt eam, quæ substantiam in [2] *stomacho* atque ore ventris habuerit, ubi etiam mordicatio sequitur supradictarum partium, ut *Hippocrates* primo & secundo libro *epidemion* commemorat, & *Erasistratus* libris quos de ventre scripsit; *propriam* autem dicunt eam, quæ cum [3] *sudore* fuerit, atque *pulsu*
162 imbecillo, de qua nunc dicere suscepimus. *Nomen* autem hæc sumpsit passio, ut quidam volunt, a parte corporis quæ patitur. Siquidem putant principaliter *cordis* esse ægritudinem. *Alii* vero aliter sentiunt. Siquidem vulgus quadam consuetudine, (*a*) propria atque dominantia magnis nominibus appellat, ut magnum mare, sacrum mare, atque (*b*) *luem deificam* epilepticam passionem. Est igitur in nobis proprium, atque vigens, & dominium vitæ continens, cor: quapropter tanquam magna passio ab ea parte, quæ vim summæ potestatis habet, nomen sumpsit.

a. κύρια
b. nempe morbum Herculeum

1 Cardiacam passionem dicit, quam nos Syncopen vocamus.
2 Hæc syncope stomachica est.
3 hæc vera syncope est affectu proprio cordis excitata.

CAPUT XXXI.

163 *Quid est cardiaca passio, vel quomodo ejus agnitio tradenda.*

DIffinitiones enim *Soranus* dicere declinavit. Cognitio igitur sive intelligentia ejus passionis ab *Artemidoro* Sidensi *Erasistrati* sectatore tradita est hoc modo: *Cardiaca* [inquit] *passio est tumor secundum cor*. Item *Asclepiadis* sectatores ajunt tumorem secundum cor, *corpusculorum* coacervatione sive *obtrusione* effectum. *Soranus* vero (cujus hæc sunt) tumoris inquit signum nullum subesse quod in *cardiacis* videatur. Item *cor* pati, non valde plurimis probabile videtur: sed ait *cardiacam* passionem esse *solutionem celerem* atque acutam, qua disjici (*a*) corpora per omnes viarum particulas appre-

Artemidori definitio, ut & Asclepiad. sectatorum.

a. corpora illa prima & atoma, quæ nostri corporis elementa statuebat.

apprehendit. Fit autem magis *æstatis* tempore, atque in *vi-* 164
ris potius quam in mulieribus, & calidis atque juvenibus corporibus, vel habitudine plenis & exercitis. Sed precedentes causæ quibus hæc passio sufficitur, multæ atque variæ sunt: magis autem jugis indigestio, vel *vinolentia*, aut post cibum *lavacra*, aut post cœnam *vomitus*, aut *mæstitudo* vel timor, in quæ consentiens corpus solvitur in sudores. Emergit autem frequentius quinta vel sexta die, in *febribus* continuis, vel ardentibus, atque (*b*) flammatis.

Quæ sint causæ antecedentes hujus morbi,

b. inflammatis

CAPUT XXXII.

Quomodo intelligimus eos, qui in cardiacam venire possunt; aut etiam in ipsa constitutos, 165

Signa cardiacæ passionis futuræ:

INtelligimus eos qui in *cardiacam* passionem declives atque proni videntur, & eos qui sunt jam in eadem constituti, ex his *signis* quæ concurrunt. Sequitur enim in passionem pronos, [1] *febris* acuta, atque celerrima & flammosa: *pulsus* celer, densus, humilis, & quasi humectus toto accessionis tempore, aliquando etiam usque ad dimissionem, ut etiamsi fervoris relevatio fuerit quadam (*a*) circunscriptione collecta, non tamen simili profectu pulsus quoque erigi videatur, quippe cum magis sui comparatione demersior esse noscatur; aliquando etiam ut *inordinatus* occurrit, sed non ita ut deficiens intelligatur, sed celeritate coactus, implicatis saltibus, ordinibus careat & modo. Sequitur etiam *fastidium*, *sitis* immodica, *somnus* parvus, & facilis in suscitatione, hallucinatio, hebetudo, (*b*) jactatio. Item genuum gelidus stupor, atque cubitorum & tibiarum, crescente accessione, vel usque ad ejus finem. Hæc concurrunt aliquando non prævexatis viribus, sed ratione passionis effecta: aliquando vero prevexatis ob nimiam *sanguinis detractionem*, vel *ventris* coacervatam effusionem, vel cujusque materiæ corporis immoderatam [2] *eliquationem*, ut pejorantibus febribus dissolutio fit. Addunt vel attendunt quidam etiam aeris *æstus*, vel utrum (*c*) *temporaliter* [3] abundent solutiones, aut æger sit *la-* 166

a. caloris febrilis diminutione

b. ἄσυ inquieta corporis jactatio,

c. populariter & communiter

1 talem febrem *syncopalem* vocant Arabes.
2 aut manifestam: aut occultam sensui.
3 an multi velut populari morbo virium dissolutione vexentur.

lactea corporis habitudine, vel si tenerum atque albidum, & diffusum ac pingue habuerit corpus, & (*d*) aquatum co- *d.* pallidum
167 lorem, sitne etiam hac passione tentari consuetus. Sed hæc (ut *Soranus* ait) sunt incerta & instabilia. At vero si jam fuerit *præsens*, sequitur ægros articulorum frigidus *torpor*, ali- *præsentis.* quando etiam omnium crurum, vel manuum, aut totius corporis: *pulsus* densus, celer, parvus, imbecillis, inanis, & quasi fluens: increscente passione etiam demersus, obscurus, tremulus, & formicabilis, & inordinatus ac (*e*) dese- *e.* deficiens rens: attestante hallucinatione, *animi desponsione*, cum *vigiliis* jugibus, & quibusdam repentino atque coacervato per totum corpus *sudore*. Quibusdam vero primum cervice tenus, & vultum, parvus, tenuis, aquatus, dehinc per totum, ut supra diximus, corpus plurimus, ac tunc crassus, & (*f*) tractuosus, atque viscosus, vel male redolens, tan- *f.* glutinosus quam lotura carnis: *respiratio* parva atque anhela, & insustentabilis, & per (*g*) profectum rara *loquutio*, ac tremula. *g.* morbi progressum.
168 *Ora* pallida, *oculi* concavi, *thoracis* gravedo debilitatis causa, *animi defectus* imminentibus accessionibus. Aliquando etiam [4] translatis *lingua* humecta: aliquibus vero ob *complexionem* tumoris parvi in visceribus constituti, arida atque sicca, attestante desiderio frigidi potus. Deficiente (*h*) ergo, *visus* *h.* ægro obscuritas, *articulorum* livor, *unguium* uncatio, quam γρύποσιν vocant, & plurimis *mentis* integer sensus, quibusdam vero falsitas intellectus, *cordis* saltus crebrior. Dehinc vehementius deficiente, corporis *superficies* rugosa, & ea quæ pereuntibus frequenter occurrunt, ut *solutio ventris*.

169 Perniciosum etiam signum est involuntaria *lachrymatio*, hoc *Signa prognostica.* est sine ulla ratione: vel oculorum ex aliqua parte saniosa atque purulenta (*i*) similitudo, vel ex oculi circulo, quæ *i.* lippitudo nigro colore apparet, nata [5] *albida macula* quæ in unguis similitudinem, vel nascentis, vel crescentis lunæ cornibus respondens paulatim sumit augmentum. Hanc *Græci* ὄνυχα vocaverunt: item coacervata integri atque non masticati cibi *transvoratio*, cum quodam sonitu, perniciem denuntiat, & magis si immutata atque indigesta post sumptionem fuerint immorata plurimo tempore, & tanquam in utriculo, moto

4 Forsan Cælius hoc *translatis*, reddidit græcum παράφορος: scatet enim græcismis.

5 Gallicè vulgus vocat *la taye*, quasi telam. Ea sæpe videtur in moribundis.

ventre, ſonitum reddant, quem *Græci* βόμβον vocaverunt. Eſt enim ſignum *mortuorum* corporum, ut tanquam inani- 170
mato atque inſenſibili tegmine cibus depoſitus videatur. *Pejus* etiam omnibus cibi ſumptionibus privari, (*k*) faſtidio, atque omnino accipienda recuſare, vel etiam *vinum* non appetere, aut poſt acceptum cibum *gravari* potius, vel febrire: Tunc rurſum in (*l*) *ſolutionem* recurrere: ut leviter reſumptum, celeriter [*m*] reſtringi, vel accepta rejicere, & *ventrem* fluere, aut *labiorum* pati tremorem: mordere etiam in accipiendo cibo, vel potu, cochlearia, vel poculorum labra. Etenim deficientis ſpiritus eſt ſignum tanquam [*n*] laſſantis, nec valentis oris partes attollere, ſed morſibus involuntariis ſuccumbere. Eſt etiam gravius, (*o*) *diaphoreticum* deli- 171
rare. Siquidem neque *vini* datione, neque *varietate* ciborum ad ſublevandas conſtantius vires uti poſſumus. Item gravius eſt poſt dationem ac reſumptionem rurſum in febres recurrere. Tunc cum quadam *mœſtitudine* accidit latenter (*p*) diſjici per ſudorem, atque marcere. Etenim ſolubile ac (*q*) dimiſſum fit ægrotantibus corpuſculi robur: atque viſus obtuſus: lingua aſpera, & arida: præcordiorum etiam raptus ad ſuperiora: & poſt cibum gravatio. Sic etiam ægrotantes multis diebus marcore quodam demerſi moriuntur. Neque 172
enim parvo atque *ſimplici cibo* ſufficienter refici poſſunt: neque *multo* ac *ſolido* (*r*) valentius tolerata occurrere digeſtione. In *quibuſdam* etiam ſine ſudore vires ſolvuntur, & naturalis vigor, *diſjectione occulta*, quam *Græci* ἄδηλον διαφόρησιν vocant, extinguitur: quum omnis corporis habitudo laxior, atque dimiſſa, & (*ſ*) friabilis fuerit facta. At ſi in *ſalutaria ſigna* venire cœperint ægrotantes, *pulſus* reſurgit, corporis *frigus* frangitur, & *difficultas reſpirationis* minuitur, accedente animi quadam *ſecuritate*, & poſt ſumptionem cibi, virium profectu: *ſomnus* quoque altior, tanquam poſt laborem dormientium.

k. ob faſtidium
l. virium exſolutionem: animi defectum ac deliquium.
m. i. ut ſupra dixit, *ſolutione tentari*
n. laſſati
o. cardiacum
p. ſub. vires
q. enervatum
Cardiaci ſine ſudore manifeſto.
r. i. ob læſam nimis digeſtionem
ſ. fluxibilis *ſigna ſalutaria.*

CAPUT XXXIII.

Utrum febricitent cardiaci, nec ne, varia ſententia veterum Medicorum.

Utrumne febricitent cardiaci. 173

QUæritur etiam utrum *cardiaci* febricitent: & plurimi quidem ante *Aſclepiadem* febricitare *cardiacos* negaverunt.

Alii

Alii vero contraria dixerunt, ut *Apollophanes* Erasistrati sectator. Item *Asclepiades* plurimos inquit non febricitare. Libris enim quos ad *Erasistratum* fecit, & appellavit contradictorios, dico, inquit, *cardiacos* non febricitare: sed secundo libro[a] ὀξέων non, inquit, febricitare frequenter *cardiacos*. Item *Themison* & [1] *Thessalus*, *Demetrius* Aponicus quosdam febricitare ajunt: quosdam negaverunt. *Demetrius* vero Aponicus incipiente inquit passione atque crescente omnes febricitare. Post vero cum vehementescere cœperit febris, pas-
174 sio recedere fertur. Igitur qui nullum ajunt febricitare *cardiacum*, dicunt quod *febricitantibus* plurimus necessario *fervor* adsit: & *gravedo* cum dificili motu corporis: & *ariditas*: vel tanquam (*b*) *vulnerationis* singularum viarum sensus, & rubor, atque extentio *præcordiorum*, nihil inquiunt horum in *cardiacis* incurrere: quapropter neque febricitare probant. Dehinc secundum *Asclepiadam febricula* est, *fervor* plurimus in omnibus, sive plurimis *corporis partibus*, commutatione *pulsus* in vehementem, ob *obtrusionem* facta. At in *cardiacis* neque major est pulsus, sed magis humilis, neque vehemens, sed magis imbecillus: neque fervor plurimus, sed magis in altis parvus corporis partibus: in mediis omnino levissimus.
175 Utendum igitur *clysteribus* in his qui sine febribus fuerint jubet constantissime. Quidam vero (*c*) *conclusioni viarum* causam febrium ascribentes, ajunt disjectionem sive *diaphoresin* diraratis partibus fieri totius corporis: in his vero (*d*) *febrem* densatis, quarum ex *affricatione* quadam nasci ac proficisci fervorem. *Appollophanes* omnes inquit *cardiacos* febricitare secundum *Erasistratum*, siquidem cardiaca passio ex *cordis tumore* fieri videatur, febricula autem magni tumoris fit ex causa. Item aliqui *novelli scriptores* ajunt non signum esse periculosę passionis, sine *febribus* ægrotare, atque malignas passiones accedentibus fieri febribus, tunc *diaphoresin* venire, vel cessantibus [2] *sudoribus* perseverare *febrium* reliquias.
176 Sed hæc utraque *Soranus* excludit, nam primo dicto respon-

a. ὀξέον νόσον

Rationes eorum qui febricitare cardiacos negabant

b. doloris lancinantis

Quid sit febris juxta Asclepiad.

c. obstructioni pororum

d. i. febrem vero iis densatis nempe ex affricatione corporum nasci.

Rationes eorum qui contrarium statuunt.

1 Methodicus hic fuit sub Nerone, ut videre est ex Plinii H.N. lib. XXIX. Cap. 1. Eadem ætas, inquit, Neronis principatu ad Thessalum transilivit, delentem cuncta majorum placita, & rabie quadam in omnis ævi Medicos perorantem & se ipsum ἰατρονίκην appellavit.

2 etiam si diaphoreticus sudor cessaverit, repressusque ac sedatus sit, manere tamen febris reliquias, quod ostendit præcessisse febrem, quæ syncopen vel excitaverit, vel comitata sit.

pondens ait aliud esse *signum*, aliud *accidens*. Nam *signum*, neque recedit, & semper significato conjunctum est. *Accidens* autem, quod *Græci* symptoma vocant, nunc advenit, nunc recedit, ex(*e*) quibus esse intelligimus singula quæ febricitantium accidentia dixerunt, ut corporis difficilem motum, gravedinem, tensionem præcordiorum. Etenim aliqui *febricitantes* nulla ex ipsis patiuntur, si febricula secundum *solutionem* fuerit facta: sed *fervor mordicans*, atque febrem designans, tanquam ex [3] alto, quibusdam *cardiacis* inest. *Asclepiades* ait secundo libro acutarum vel *celerum passionum* non semper, sed frequenter ex *febricula* fieri hanc passionem. At si *cardiacos* sine febribus esse voluerit, quoniam non adsunt secundum ipsum febrium signa, respondere poterimus, eum peccare non videndo vera febrium signa. Nam manifeste atque prompte in initiis accessionis articuli frigidi reperiuntur, & pulsus humilis & imbecillus. Quod secundo poterit objici, quo putant *densitatem viarum* esse febrium causam. Item aliqui ajunt (*f*) complexa ægritudine ægrotare *cardiacos*, qui cum febribus fuerint. Atque ita cum aliæ fuerint viæ *laxatæ*, aliæ *densatæ*, raritate *diaphoresis* fiat, densitate & corporum adfricatione *febricula*. Nos vero *Sorani* sequentes judicium, & *solutione* absoluta fieri febres (*g*) accipimus, hoc est raritate viarum, ut & ipsis est consequens, sicut libris de febribus docuit. Item *Erasistrati* sectatoribus respondebimus, *falsum* esse omnes febres ex *tumore* fieri: siquidem quædam fiant *solutione*. At si hoc parum etiam probaverint, *cardiacam* tamen nullo ex tumore fieri non negabunt. Nam quum sint ægrotantes integro judicio mentis, & nullo sensu doloris, vel cæteris *strikturæ* signis afficiantur, cordis inesse tumorem erit falsissimum, atque omnes *cardiacos* febricitare. Sed neque periculosas passiones signo febrium designari rectè dixerunt. Est enim *cholerica* gravis atque periculosa passio, que nunquam cum febribus fit. Antecedere autem febres *cardiacam* passionem verum est, sed aliquando sudoribus solvi, sicut etiam *tumor* solvitur in humorrem purulentum conversus, collectione (*h*) suffecta. *Falsum* etiam esse perspicimus, cessantibus sudoribus manere febriculæ reliquias. Plerique enim sine febribus reperiuntur. Dicimus igitur, [sicut omnes nostri *methodici*) *quosdam* sine febribus esse

Signum & accidens quomodo differant.

e. quorum numero

f. complicata

g. statuimus

Non omnes febres ex tumore seu strikturæ oriuntur.

Falsum est solos cum febre morbos esse periculosos.

h. inducta, & consecuta

Cardiaci alii febricitant, alii non.

177

178

179

3 tanquam delitescente intus ardore. Nam in cardiacis externæ partes algent.

esse *cardiacos*, ut eos qui sanguinis emissione solvuntur: *quosdam* vero febricitare. Nanque inanibus & 4 celatis locis, vel supra quæ jacuerint antea: apposita manu, tarda perseveratione occurit plurimus, & mordicans ascendens *fervor* ex alto, febrium referens signum, attestante *anhelatione* ferventi, cum delectatione *frigidi* potus. Quibusdam etiam *lingua* sicca atque aspera invenitur.

CAPUT XXXIV.

180 *Quis in cardiacis locus principaliter patitur.*

PRæpati in cardiacis *Erasistratus*, & *Asclepiades cor* dixerunt: Alii (*a*) *membranam* quæ cor circumtegit: alii *diaphragma*, hoc est membranam, quæ a (*b*) visceribus discernit intestina. Alii *pulmonem*, (*c*) atque *jecur*. Sed hi qui *cor* pati dixerunt, ajunt primo ipsius se nominis testimonio juvari: siquidem ideo *cardiaca* dicatur passio, quod ex cordis veniat causa. Nam καρδίαν *Græci* cor vocaverunt. *Secundo*, quod eidem cordi in ipsa passione constitutis, saltus inesse videatur, atque in sinistra parte, secundum papillam, thoracis gravedo. *Tertio* ipsius passionis magnitudo, que fieri non posset, nisi aliqua corporis parte principali atque (*d*) propria (*e*) patiente. Est autem *cor* prestans atque (*f*) salutaris corpori particula, præministrans omnibus sanguinem membris, atque spiritum.

Varia Veterum Medicorum sententia.
a. Pericardion
b. corde & pulmonibus
c. alii
d. precipua
e. proprie. *i.* per ἰδιοπάθειαν
f. ad vitam summe necessaria

181 Sed his quidam occurrentes *primæ* propositioni responderunt, quod passio a magnitudine nomen sumpserit. Secundæ (*g*) quomodo similis[1] *arteriarum* cordis est motus: quod gravedo etiam quibusdam *cardiacis* occurrit in toto thorace, & non solum in sinistra parte, quæ si fuerit, poterit (*h*) *hypezocote* membrana patiente fuisse (*i*) suffecta, vel cujusquam alterius vicinantis corporis, si locis ascribendæ sunt causæ. *Tertio* dictæ respondentes ajunt; multas fieri periculosas passiones, quæ non patientis cordis habeant causas. Non enim ubi magna fuerit passio, necessario (*k*) propriam corporis par-

g. quod
h. pleura
i. invecta, genita
k. præcipuam & principem

4 ilibus, & partibus externis quæ ante viscera sitæ sunt.
1 nempe motum, qui sinistra thoracis parte sentitur, esse arteriarum, non cordis: cum similes inter se ambo sint.

partem pati accipimus. Quippe cum omnes [2] partes propriæ
sint corpori. *Alii* vero propterea magis falsum dicunt esse,
cor ista passione vexari. Siquidem eorum testimonio qui hoc 182
asseverant, si (*l*) propria pars atque principalis saluti, & pro-
pterea mox * pati cœperit, morte præveniat sensum: *vul-*
nerata denique cum fuerit, statim atque sine ulla mora, mors
vulneris antecedit (*m*) effectum. At si multo parvissime fue-
rit læsa, nihilominus mortem necessario perficit, & non similiter
cæteris partibus, aut emoritur, aut durescit, aut in paralysim solvi-
tur. Sed his rursum primi respondentes ajunt, quod vulneratum *cor*
celerius interficiat, quoniam multis ante præcisis partibus vul-
nus (*n*) possit accipere, & (*o*) pomposa, atque coacervata
sanguinis fiat effusio, nec tamen *diaphoresis*. Quod autem ne-
que emoritur, neque edurescit, neque paralysi afficitur, ar-
gumentum est quidem non omnino cor pati negans, sed le-
viter pati. Si enim cæteris similiter partibus corporis est na-
tura confectum, iisdem necessario similes sustinet causas. Nos 183
vero cum ex *Sorani* judicio totum videmus corpus in solu-
rionem laxari, totum necessario pati accipimus: *neque valde*
nobis de præpatienti loco [3] *certandum est*, ne in occulta quæ-
stione versemur. Non enim aut (*p*) *significatio*, aut *curatio*
secundum hæc differenter accipitur, quum oporteat omnibus
corporis partibus adjutoria (*q*) prolatari. Aliqui denique alios ex
corde, alios ex *membrana* quæ cor circumtegit, ajunt *diaphoresi* vexa-
ri: & proterea eos qui ex membrana cordis (*r*) solvuntur,
adjuncto dolore laborare, qui punctionibus crebris ægrum af-
ficiat: eos vero qui ex *corde*, (*s*) gravedinem solam sustine-
re. Sed his quoque respondemus, quod signa sibi fingunt,
vera existimantes, cum oporteat, sicuti supra diximus, pa-
tientibus quibusque vicinis atque contiguis (*t*) cordi aliquan-
do *stimulantem* dolorem, aliquando *gravedinem* consequi.

l. magni momenti
* statim ac
m. dolorem inflammationem
n. forte accipiat
o. copiosa
Auctoris ex Sorano de Cardiaca judicium.
p. morbi cognoscendi & ab aliis discernendi ratio
q. præcogitari
r. animo linquuntur
s. opprimentis gravitatis sensum
t. *sub*. partibus

2 Si quidem omnes partes nobiles ac principes esse dicunt, falsum id est: at si omnes partes integritati corporis constituendæ proprias & necessarias esse ajunt, verum id, sed τῇ ὁμωνυμίᾳ & ambiguitate vocis fallit.

3 Methodici, ut ubique in nostro patet, parum erant de loco affecto solliciti, exceptis sanguinis &c. excretionibus, in quibus in partem afflictam anxie inquirebant.

C A-

CAPUT XXXV.

184 *Quomodo discernimus cardiacos ab his qui stomacho patiente sudaverint.*

QUoniam plerisque (*a*) *stomachicis* adest in accessione sudor, atque articulorum frigus, cum parvo pulsu, & animi defectu & pallore, quæ omnia sunt communia cum *cardiacis*, horum quoque discretionem faciendam existimo. *Asclepiades* igitur hæc discernens, ait *cardiacos*, atque eos qui *stomachi* (*b*) *supinitate* (*c*) decoquuntur, ita internosci, quod in cardiacis omnis *pulsus* sit parvissimus, atque imbecillus, *cordis* vero *saltus* major, & vehemens, cum gravedine thoracis, atque spiratione prefocabili: in his vero qui *stomacho* patiente deficiunt, atque coacervant, validus in cæteris arteriis pulsus, cordis vero saltus imbecillus invenitur (*d*) exceptis cæteris accidentibus, quæ symptomata *Græci* vocaverunt. Nos vero magnitudinem (*e*) *pulsus* in corde fieri *cardiacis* non
185 [1] invenimus. Quippe quum *cor* ipsum pati sit existimabile potius quam verum: gravantur tamen quidam thorace, atque præfocabili spiramento respirant: quidam *stomacho* patiente defectione virium sola fuerunt vexati: atque rursum, *cardiaci* quidam nulla spiramenti præfocatione jactantur. Dicendum itaque *stomacho* nunc tumente, nunc (*f*) deficiente in tumore *fervorem* atque *dolorem* fieri sub his partibus pectoris quæ costis teguntur, vel ex adverso inter (*g*) palas: aliquando etiam post cibum [2] *pressuram*. At vero si defectione fuerit *stomachus* affectus, *fluor* sequitur salivarum, & humecta *aquositas*, & *nausea*, vel vomitus liquidorum, atque cibi, *fri-*
186 *gus* etiam articulorum. Initio enim nunc *fervore*, nunc *frigore* afficiuntur. In *cardiacis* vero neque *dolor*, neque post cibum *gravedo*, neque *vomitus* esse perspicitur, & *torpor* frigidus idem atque æqualis perseverat. Dehinc *sudor* aliquando *cardiacis* crassus excluditur, & male redolens, ut saniem vel cruorem simulet: his vero qui *stomacho* patiuntur, tenuis omnino atque aquatus sudor invenitur. Item animi defectio

a. cardialgia laborantibus

Ascl. sententia

b. imbecillitate, languore, exolutione

c. dejiciuntur

d. omissis

e. saltus

f. flaccido & languido

g. scapulas

Symptomata cardialgiæ: aquositas

in quibus a cardiaca passione differa.

1 Percipiuntur tamen sæpius in hypochondriis insignes palpitationes, nec cordi nec arteriis tribuendæ: sed sunt motus convulsivi.

2 vel gravitatis sensum: vel ut aliquot antea locis, somnolentiam.

ex ſtomacho incipiente magis *acceſſione* fit, cardiacis vero, *recedente*. At ſi vero utræque paſſiones eodem *concurrerint* tempore, (*h*) obſcuratur diſcretionis fides, ſed nihil curatio impeditur. Si quidem iiſdem adjutoriis curentur. Item in *cholericis*, & *tetanicis*, vel tumentibus *matrice*, aut præſocatis plurimus ſequitur *ſudor*, adjuncto frigido *torpore*, qui ita diſcernitur, quum ſingularum paſſionum fuerit conſideratio perſpecta. In (*i*) *alia* enim vomitum: in (*k*) *alia* colla inclinari: In (*l*) *alia* matricem tumere: in [*m*] *alia* tumorem vehementem eſſe neceſſe eſt. At ſi nihil ex antecedentibus 187
cauſis, quæ paſſionem facere valent, fuerit repertum, ſit tamen præſens atque provocata corporis (*n*) *ſolutio*, quæ *cardiacam* deſignet, certo ineſſe paſſionem dicimus: nec ſatis *neceſſarium*, unde illa ſolutio venerit, invenire. *Non* enim *curatio pro differentia antecedentium cauſarum mutanda accipitur*. Vocatur autem ſecundum aliquos quædam paſſio etiam *Cardimona*, quam *Græci* καρδιωγμὸν vocaverunt. Hanc neceſſario ſequitur *dolor* (*o*) oris ventris, quem plurimi idiotæ (*p*) *cordis* dolorem vocaverunt. Generaliter autem *cardiaca paſſio eſt ſolutionis, atque una acutarum & vehementium paſſionum*, ſed aliquando huic miſcentur quædam *ſtricturæ* accidentia, ut tenſio, vel *tumor* partium (*q*) mediarum, quæ non ſpeciali concurſu, ac ſignificatione ſint *cardiacis* adſcribenda.

h. difficilior eſt
Utraque eodem modo curatur.
i. cholerica
k. tetano
l. tumore uteri
m. præſocatione
n. virium exſolutio
Cardimona
o. ſtomachi
p. τὴν καρδιαλγίαν
Card. paſſio eſt ex ſolutione
q. hypochondriorum, ilium, ventris

CAPUT XXXVI.

Quomodo diſcernimus cardiacos ab his, qui proſpero ſudore liberantur, quem Græci Criticum vocant. 188

QUoniam etiam *proſperi ſudores*, quos Græci *Criticos* vocant, habent quiddam circa (*a*) viſum ſimilitudinis cum *cardiacis* ob ipſam (*b*) redundantiam, quippe in (*c*) *ſolutionem* vehementium vel continuarum febrium ſalutari motu venientes, utile duximus eorum ponere diſcretionem. Multi etenim imperiti *Medici* proſperos atque mediocres ſudores conſtringentes, morboſa ægrotantibus reddiderunt corpora, [*d*] *diaphoreticos* adjuvantes, cauſa mortis extiterunt. Quare eorum differentiam neceſſario ducimus ordinandam, quæ varia ratione colligitur. Nam primo ex *præteritis*, dehinc ex *genere* paſſionum, & *magnitudine*, & *temporibus*, & ſu-

a. quod videatur & appareat ſimile eſſe
b. copiam
c. criſin
d. pro cardiacis curantes
Quomodo diſferant Car-

ſudoris ipſius *ordine*, & *quantitate*, & *qualitate* ſignificatio fir-
189 matur. Ex *præteritis* inquam quum conſideramus utrum ſi-
gna futuri ſudoris diaphoretici, an ſalutaris præceſſerint. Ex
genere paſſionum, quum qualitatem attendimus paſſionis. Si
enim ſolutio ineſt, ſudor etiam inutilis ac diaphoreticus eſ-
ſe monſtratur: ſin verò ſtrictura ineſt, attendenda magnitu-
do. *Parva* enim *paſſio diaphoreſin pati non poteſt*. Si autem
magna fuerit, attendendum *tempus*. In *ſtatu* enim totius paſ-
ſionis, atque (*e*) temporalis acceſſionis, vel limpida dimiſ-
ſione, *criticus* magis ſudor oſtenditur, in initio autem vel
augmento, *perniciosus*. Ex *ordine* inquam ſudoris ipſius. Æ-
190 qualis enim bonus, inæqualis malus ſudor judicatur. Ex
quantite ſignum accipimus moderationem conſiderantes. Mo-
dicus enim ſudor bonus, immodicus malus accipitur. Sed
denique ſudantes, exceſſa (*f*) moderatione, diaphoreſin in-
currerunt. Ex *qualitate* autem ſignificationem accipimus, quum
tactus judicium adhibemus. *Salutaris* enim ſudor calidus, te-
nuis, & non male redolens probatur: *perniciosus* autem ſu-
dor, frigidus, & (*g*) ſuccidus, & male redolens, atque lotu-
ræ carnis ſimilis invenitur. Dehinc ex præſentibus atque *con-
currentibus* ſignis confirmanda ſignificatio. Nam *diaphoreticis*,
magis parvus atque creber, & imbecillus, & inanis *pulſus*
invenitur, *thorax* etiam gravatus cum reſpiratione frequenti,
& jactatione, ac deſponſione animi, *vocis* etiam tenuitate,
atteſtante *pallore*. Recte autem ſudantibus, pulſus erectior,
reſpiratio facilior, ac levior efficitur, & in (*h*) ſomno pro-
na delectatio, & omnium adverſorum minutio, cum ani-
mi atque corporis relevatione.

diacorum ſudores a criticis.

e. particularis paroxiſmi

f. cum ſudor nimius & immodicus eſt.

g. glutinoſus, viſcidus, & ut ſupra dixit, tractuoſus

h. in ſomnum propenſio jucunda

CAPUT XXXVII.

191 *Quomodo curandi ſunt cardiaci.*

DEhinc *cardiacorum* ordinemus curationem, (deridendi e-
tenim ſunt qui hoc paſſionis genus incurabile judican-
tes reliquerunt.) Multos enim omnes *Medici* juxta ſenten-
tiam *Sorani* liberari videmus. Livore nanque commoti, ar-
gumentatione turpi, ajunt quidam, eos liberari, non qui
ſint, ſed videantur eſſe cardiaci. Quapropter *Sorani* nos ju-
dicium ſervantes, jacere facimus *locis* refrigerantibus, atque

Paſſio cardiaca eſt morbus curabilis.

Qualis ad mentem Methodicorum conveniat locus.

umbrosis, & obscuris, ut sunt plerunque *hypogæa*, vel spe-
luncosa, atque ad aquiloniam partem (*a*) conclusa, vel cer-
te solis (*b*) tactu difficilia. Semper enim atque magis in i-
sta passione *solem* præcavendum accipimus, & propterea ve-
hementiæ ejus ingressum, si qua ex parte venerit, prohibe-
mus. Convenit etiam neque majora *loca* esse, (*c*) solubilis 192
enim plurimus aer esse perspicitur: sed neque plus satis bre-
via: sunt enim præfocabilia, & quæ facile fervorem ex in-
gressu hominum concipiant, quos naturalis spiratio aerem
accipere, atque reddere anhelitus raptu necessario cogit. De-
nique si non fuerit naturaliter *frigidus* locus, hoc affectabi-
mus, (*d*) specularia detrahentes, nisi sol obstiterit, aut ae-
ris (*e*) inæqualitas. Adjungitur frigori inducto purgatior *aer*
ingrediens locum, qui sua *novitate* ac miti accessu reficiat
ægrotantem. *Flabellis* etiam latenter aerem frigerandum di-
cimus, *aqua frigida* aspergentes solum, & ea quæ influxione
sui, quam *Græci* ἀπόῤῥοιαν vocant, spirationem facilem ægro- 193
tantibus facere valent, circum projici jubemus, quæ tamen
sine ullo *percussu* atque odore gravi valeant *aerem* facere *con-
strictivum*, ut *vitis* folia, aut *myrti*, aut *quercus*, aut *pini*
atque *lentisci*, aut *mali punici*, vel *rosæ*, atque his similium.
Sic enim (*f*) corporis fluor aeris occurrentis afflatu densatus
prohibetur. Decocto denique supradictarum materiarum li-
quore, frigido tamen, terram perfundimus. *Cooperimenta* præ-
terea atque stramenta tenera & tritiora probamus. Etenim
(*g*) nova *vaporatione* sui corpora resolvunt. Generaliter au-
tem ipsa lecti *concubatio* neque dura, siquidem vigilias faciat,
neque plus satis mollis, ut est floccorum, vel levium plu-
marum, erit procuranda. Etenim recessu facili corpori (*h*) 194
cedens utrinque orarum (*i*) circumlevat tegmina, quæ am-
plexu quodam corpus cingendo, vaporatione sui resolvant.
Denique etiam quum fuerit (*k*) mollior, erit coarctanda (*l*)
straminum velamento, ne facili (ut supra diximus) recessu
concava faciat stramina. *Lecti* etiam latitudo atque spatium
tantum probatur, quantum sufficiat ægro, alterna *conversa-
tione* alterius loci frigus accipere, ac desertum vapore ca-
rere, quo mutua vice semper veluti nova repetendo, frigi-
da inveniat, ut sine ulla lectorum mutatione, in eodem
lecto mutatio fieri videatur. In altera enim parte ægro con- 195
stituto, alteram sternere poterimus: quippe quum sæpe tran-
slati

a. constructa
b. tactui difficilia. i. minime accessa aut pervia
c. resolvens, relaxans

Aer:
d. quæ fenestris objiciuntur, vulgo *les chassis*.
e. incommoditas

f spirituum dissipatio, διαφόρησις

g. utpote densa & nimis mollia

Lectus:
h. lectus justo mollior
i. attollit

k. lecti concubatio
l. superinjecto stragulo

slati ægrotantes ex lecto ad lectum senserint defectionem, atque *parvo motu asperata passionis fuerit magnitudo*. Tunc (*m*) *amplexu* atque ligatione (*n*) paulo tenaci utemur articulorum, jubentes eos quiescere, non solum *corporis officio*, sed si fieri poterit, etiam *cura animorum*, lecto mutato ad (*o*) grabata ægros transferendo. *Augetur* enim *solutio meatu quolibet*. Multum denique sanguine fluentibus prodesse immobilitas valuit.

m. linteis ac vinculis, quibus articulos refrigeratos obvolvunt & adstringunt
n. paulum adstricta
o. lectulos humiles, aut humi strata cubilia.

196 In statu autem *accessionis* fovendum dicimus caput *oleo* frigido, atque *Hispano* recenti adhibito, etiam æquali [*p*] *motu* aeris accommodato. *Densantur* enim corpora aeris motu percussa, atque plurimus sudor, non solum [1] *cedentis* aeris, verumetiam *irruentis* tanquam repercussu [*q*] abstinetur. Utendum etiam *spongiis* teneris ex aqua frigida expressis, quibus *ora* atque *colla* ægrotantis circumtegentes virium resumptionem faciamus, temporum intervallis innovantes. Tunc totum etiam *pectus* atque (*r*) *oris* partes, eodem modo percuramus, frigidam infundentes spongiis, admiscentes etiam *aceti* quiddam, ac jugiter mutantes, ne perseveratione tactus ex vapore tepescant, & *amisso frigore non valeant facere*
197 *densitatem*. Aliquando etiam linteola tenuia tingentes similiter, aut succo *plantaginis*, aut *polygoni*, aut *portulacæ*, aut herbæ (*s*) *publicariæ*, vel *semperviventis*, aut *myrti*, aut *rubi* comæ, aut *rosarum*, vel *mali punici* decoctionibus, aut *hypocistidis* herbæ, aut *acaciæ* resolutæ ex (*t*) posca, aut oleo Hispano, vel lentiscino, pectori atque ori ventris apponimus. At si sudorum perseveraverit fluor, probandam etiam *asperginem* quæ suo frigore ac propria virtute, vel obstrusione constringat, judicamus: cujus generis frigerantia, atque (*v*) obtrudentia tactu, & [*vv*) densantia sunt hæc, terra *samia* & [2] *cimolia*: frigerantia vero, *rosa* arida, contusa atque (*x*) creta: etiam *alumen* scissum, *plumbum* exustum, atque lotum, *gypsum*, *mala*, *punica*, [3] œnanthe, [4] *acantha*
198 Ægyptia, quam nos Latine spinam Ægyptiam dicere poterimus. Hæc singula commixta, atque corpori aspersa per linteolum rarum, sudantibus locis, vel omnibus locis prodesse pro-

q. coercetur retinetur
r. vultus
s. psyllii
t. aqua cum aceto
Aspergo:
v. emplastica,
vv. picnotica
x. per cribrum missa

1 cedit aer, cum removetur flabellum: irruit cum admovetur; quod alternatim fieri solet ab iis qui agitato flabello ventum faciunt.

2 cretæ genus, *vid*. Plin. N. H. lib. XXXV. cap 17.

3 Vix dubito quin auctor hoc *Filipendulam*, utpote quæ egregie adstringit, innuant.

4 Alias *acacia*.

probantur. Oportet autem hæc singula [5] diligenter conteri, atque ad summam *tenuitatem deduci*, ut patientibus irruentia, in iis ingressu quodam vehementem faciant *constrictionem*, & nulla corpus asperitate afficiant, qua possit æger aliter inquietari. Hinc nanque commotus *Thessalus* unus e principibus nostris eorum usum judicavit cohibendum. Etenim recte quoque valentibus [inquit] parva cujusquam asperitas contagio vigilias facere solet, stramentisque irruens, terga jacentium, vel alias corporis partes lacessendo inquietat. Est 199
autem possibile ex supradictis, & oleo Hispano, aut alio si-
Unctio: milis virtutis, *unctionem* facere constrictivam, non irrationabiliter. Nanque plurimi *Medici* ad retinendos sudores *mannam thuris* ovi alboribus conterentes, ita ut crassitudinem
y. occlusa mellis similarent, tota corpora perunxerunt. (*y*) Retenta etenim, ut ita dixerim, his virtutibus corporis superficie,
Qualia cataplasmata. necessario solutio constringetur. Probamus etiam *cataplasmata* ejusdem virtutis, sed alia simplicia, alia ex simplicibus composita, vel variata. Pro magnitudine etenim passionis extendi, atque minui virtutes medicaminum debent, ex quibus sunt hæc: *Palmulæ nucales* quas [6] caryotas appellant, tritæ 200
cum oleo Hispano, aut mirteo, aut lentiscino, aut melino,
z. rosaceo aut [*z*] roseo asperſæ, admotæque, vel polenta, præterea & palmulæ, sæpe vino infusæ, aut aceto, aut posca vehementius, profuerunt. Utemur etiam præinfusis [7] *Thebaicis* palmulis, & malis cydoniis elixis singularibus, vel admixto amylo diligenter contrito, atque creto. Cogente passione etiam *galla* tusa, atque creta admiscenda erit, vel *acacia*, vel *alumen* & *hypocistidis* succus, aut [8] *rhus* Syriacus cataplasmatibus. Utendum & aliis simillimæ virtutis, ut palmulis, & malis contritis singularibus, vel cum altero, vel vitis foliis, atque amylo, & rubi, quem *Græci* βάτον appellant, virgultis contusis, & contritis, *myrto* etiam, & *polygono*, & 201
semperviva herba, quam ἀείζωον vocant, & *plantagine*, & *ro-*
a. Solani specie *sa*, & [*a*] *uva lupina*, & *portulaca*, & *intybo*, cum polenta, vel palmulis, & pane. Horum singula apponenda sunt *pe-*
ctori

5 ut ex iis lenia diaplasmata fiant.

6 Caryotæ hæ nobilissimum sunt palmularum genus, succo suo maxime commendabiles. Ex eo orientales gentes vinum parabant, capiti inimicum, unde ipsis nomen.

7 Harum palmularum crusta s. pars exterior maxime placet.

8 De hujus viribus & usu tam medicinali, quam pro parandis coriis vid. Plin. H. N. lib. XXIV. cap. 11.

ſtori ægrotantis, & *præcordiis*, ac frequentiſſime mutanda, quo frigida perſeverent, atque (*b*) extenta medeantur. Poſſunt etiam *rhois Syriaci* [9] ſextarii quatuor infuſi die atque nocte in aquæ ſextariis viginti decoqui, donec quarta pars liquoris remaneat, atque ita colandus, ac rurſum coquendus horis duabus donec coagulata omnia fiant, inductibiliaque & digitis convoluta nullam corpori (*c*) infectionem dimittant, ut unam & eandem (*d*) qualitatem suf-
202 ficiant. Similiter enim impoſita conſtringunt fluida, atque laxata corpora, & ſtomachi vigorem (*e*) repræſentant. At ſi *tumor* aliquis in *præcordiis* fuerit, non ſine præcautione erit cataplaſmatibus his localibus utendum: ſupra dictis denique erit *panis* admiſcendus, quo nimietas conſtrictivæ virtutis temperetur. At ſi plurimus fuerit tumor, adhibendum ſimplicis (*f*) *pollinis* cataplaſma, ſive panis (*g*) infuſi, quod *Græci* ὠμὴν λύσιν vocant, iiſdem ſcilicet locis, ſed (*h*) neque calidum, ne corpus provocet in ſudorem. Nos denique juxta *Sorani* judicium præcordiis imponere hoc *cataplaſmatis* ge-
203 nus ſolemus. *Palmulas* quas *Græci* patetos vocant, conterentes cum *melle* leviter præcocto, aſperſo *lini* ſemine, atque contrito, ita ut qualitatem faciat (*i*) inductibilem, & ut ſæpe diximus, quæ attrectata manibus nihil de ſe inquinamenti dimittat: *Græci* denique ἀμόλυντον vocaverunt. Tunc linteolo illitum apponimus medicamen. Utimur etiam pane cum palmulis: atque ſecundum *pectus* vel thoracem, prioribus, & a *tergo* partibus aliqua ex ſupra dictis apponimus.

204 *Potum* dabimus frigidum, parvum, atque paulatim, ne liquoris multitudine corpus irrigatum laxetur, ſed magis tactu frigidæ qualitatis denſetur. Tempus autem *cibandi* ſi adjuncta febricula *diaphoreſi* fuerit, erit ex fervore corporis accipiendum, ſicut primo libro de febribus ſcribentes docuimus. At ſi ſine febribus fuerit paſſio, ex *pulſu* ſignum accipere poterimus, cum leviter erectum ſenſerimus, atque alia (*k*) concurrentia fuerint levigata, Etenim [10] nunquam ægros nutrire poteſt acceſſionis tempore quicquam datum: quippe
205 cum magis opprimat, atque anxium faciat ægrotantem. Quapropter (*l*) affectandum artis induſtria, aliis ex rebus vires uſque

b. diu

c. digitis non adhæreant

d cum ſupra dictis

e. reſtituunt

f. puriſſimæ farinæ triticeæ, aut ordeaceæ

g. in aqua

h. minime

i. emplaſticam

Qualis potus & cibus, & quando.

k. ſymptomata

l. conandum

9 Videtur hic Cælius de ſucco ex rhois foliis expreſſo loqui.

10 Hoc Galenus falſum eſſe monſtrat in natura πικροχόλων, lib. methodic.

usque ad dimissionis tempus servare, & ita (*m*) cibo nutri-
re. Utimur namque *odoramentis*. Hæc enim sensim quodam
nutrimento reficiunt, ac resumunt, [*n*] latentem adjectio-
nem corporis facientia, & cum quadam constrictione ac den-
sitate. Denique neque simpliciter, aut *indiscrete* omnibus de-
bemus bene olentibus uti odoramentis, aut omnibus acrioribus. Alia etenim [*o*] percutiunt: alia diaphoresim provo-
cant in fluorem. Sit igitur *polenta* infusa, atque *panis* assus
aceto infusus, vel mala *cydonia*, aut *myrta* & his similia. Hæ 206
enim defectu extinctam corporis fortitudinem retinent, sicut
ratio probat, atque *Democriti* [11] dilatæ mortis exemplum
fama vulgatum. Utendum etiam *mulso* bene decocto
ne ventrem fluidum faciat. Oportet nanque tribus sextariis, etiam tres uncias mellis admiscere, & ad tertiam decoquere partem, & exinde singulos dare cyathos bibendos. Sic enim corporis servabimus vires, usque ad cibi tempus. Aliquando etiam *pyra* concoquenda *duracina*, quæ [12] *crustumina* vocant, vel *cydonia* mala: cum nondum audemus quicquam de *vino* dando tentare his utemur, quæ leniora proculdubio probantur. Erit enim suave, atque stomachum re- 207
ficiens, & constringens supra dictum *mulsum*, tunc cum cibandi tempus venerit, quod plurima cum cautione erit [13] apprehendendum. Siquidem plerisque ex initio accessionis febrium sudores concurrant, plerisque etiam in statu, aut declinatione. Cum itaque inhumectum atque siccum fuerit corpus, erit præcurandum *unctione* olei frigidi *lentiscini*, aut *Hispani*; ora etiam fovenda aqua frigida ex spongia, cum singularum partium (*p*) attrectatione. Tunc collutione oris
ex aqua frigida *dentium limus* detergendus. Dandus cibus simplex, sed aliquantulum (*q*) coagulatus, ac frigidus, ne statim sudorem corpori moveat adjectus. Sit autem ejus ma- 208
teria *panis* ex aqua frigida diligenter *elutus* ut (*r*) sui careat difficultate, itemque *oryza*, & *alica* ex aqua frigida, vel suavitatis causa quiddam decocti mellis admixtum. *Pultes* etiam non oleatæ, ova ἀπαλά. At si vires minime fuerint reparatæ, febribus declinantibus, ut totius passionis minui magnitudi-

m.sub. deinceps
n. blande refocillantia
o. caput tentant, spiritusque irritant.
p. blanda frictione
q. solidus
r. faciliusdigeratur & recedat

11 per triduum, panis calidi vapore & olfactu. *Vide* Laertium lib. 9.

12 Pyra hæc Plin. N. H. lib. XV. cap. 15. cunctis vocat gratissima.

13 observandum, & animadvertendum, ne sudore exeunte ægroti cibandi, declinationisque tempus adesse omnino putet.

tudinem demonstrent, *varius* est dandus *cibus*, ut cum prædictis demus aliquid *pomorum*, aut pyra duracina, & cætera
209 quæ stringere valent, & vini similitudinem servant. Sed hæc nunc *cocta*, nunc *syncera* dare debemus, mala etiam *cydonia* atque ea quæ *orbiculata* vocant, & *mespila*, & paleales *uvas*, vel pensiles, quæ jandudum fuerint siccatæ, & *damascena*, carnis etiam quiddam sed neque indigestibilis, neque difficilis, neque pinguis, neque (*r*) *bromosæ*, sed ejus quæ sit & digestione facilis, & corporis densabilis, ac nutribilis, & sufficiens levamento fortitudinis extinctæ, ut sunt pulli *columbarum*, vel *gallinæ* pastæ, assæ *perdices*, *attagenes*, quorum omnium pectora magis offerenda, & horum (*s*) interius, cocta ac tenuiter accurata ex oleo, aqua, anetho, & sale. Facile enim corrumpunt curiosæ, atque gravabiles condituræ. Item si friabilis fuerit caro assata, tanquam cornea efficitur. Quapropter si quisquam delectatione affectus accurari voluerit, erit primo coquenda, tunc assanda. Dandi etiam porcini *pedes*, *ora*, *auriculæ*, & *summitates* articulorum: dandum etiam *cerebrum* & *vulva*: dehinc *hœdina* caro, vel (*t*) mollium *caprarum*, vel sylvestrium caprarum, aut *aprorum* (*v*) clunes, quas *Græci* ἰξύας vocant. Item ex
210 mari *mullos*, *squillas*, (*vv*) *bancos*, *acus*, *labraces*. At si fastidiosi fuerint ægrotantes, damus *spondylos*, & *conchylia*,
211 *buccina*, *peloridas*. Si hæc omnia fastidio erunt, dabimus *ostrea*, & *echinos*. Item olerum *intuba*, *plantaginem*, *asparagos*. Si neque ita vires surrexerint tanquam continuationem (*x*) humanioris indulgentiæ pro dedignatione passionis accipientes, ad *vini* dationem descendimus, quod ita (*y*) summum generaliter probamus, ut *album*, atque non [*z*] confusum, & *subausterum* & medii temporis eligamus: qualia sæpe ita vina probantur, quæ *Surrentina* dicuntur, vel *Falerna*, & *Trifolina*, vel *Albana*, quæ in Italia nata probantur: item
212 Græca, *Chia*, & *Lesbia*. At si febres tenuerint corpus, leviora, atque tenuiora offerenda erunt vina, ut sunt in Italia *Sabina*, & *Tyburtina*, & gentiliter *Surrentina* appellata, vel in Asia [14] *Trifolina*. At si febres nihil obstiterint, erit melius *Surrentinum*, vel *Trifolinum*, atque *Albanum*. Si vehemen-

r. fœtentis virosæ, putidæ, a voce Græca βρῶμος.
s. interiora, i. viscera
t. tenellarum ac juvencularum
v. lumbi potius
vv. banchos, ita apud Plin.
x. cibi justo largioris
y. in summa
z. turbidum

14 Vina hæc Plin. H. N. lib. XIV. cap. 7. inter vina transmarina videtur appellasse Tripolitica. Trifolina autem cap. præcedente inter generosa Italiæ vina cum reliquis recenset.

hementer corpus in solutionem disjici viderimus, & ex frigido * corpore vexari sine ulla febricula, dabimus nutribiliora, ac firmiora vina, ut *Setinum*, & *Falernum*. Sunt enim hæc efficacia & quæ facilius omnia quæ de vino speramus, accelerent, sufficientia fortificare, & totam relevare habitudinem corporis, omni etiam parti atque particulæ sese insertare, & per omnes tenues vias celeri (*a*) potu percurrere; alia quoque nutrimenta secum trahere, & inducta corporibus insinuare. Sed hæc cum primum dantur medio cibo sunt offerenda cum alica, vel quolibet simili succo. Aquata etiam atque parva moderatione temperata, vel 213
certe cum pane dissoluto atque infuso danda: dehinc paulo plus, ac mediocriter mixta cum aqua frigida, ac recenti, vel nivium liquore. (*b*) Conjiciendum etiam ut mediocriter cibum demus, sed per intervalla frequentius, præsentientes jam fuisse digesta prædata. Quapropter melius erit paulatim atque frequenter offerre, quam semel ægrum nutriendo gravare. Multi etenim largioribus cibis oppressi refracti sunt potius quàm resumpti. Nam sicut parva scintilla plurima coacervatione lignorum opprimitur, vel lucernæ flamma marcescens, olei multa infusione frustratur, parva autem adjectione atque sumptione recrescit, & rursum ardescit: non aliter corporis virtus (*c*) insumpta immodicis nutrimentis oppressa mortis dabit effectum. *Signa* autem detrahendi *vini* hæc 214
sunt. Primo *torpor* atque stupor corporis (*d*) infractus: *pulsus* erectior: *sudoris* quoque fluor primo non frigidus, dehinc (*e*) abstinetur: *somnus* insequens, & ad omnia quæque facilis ægrotantis arrisio. Tunc denique oportet, non (*f*) dense atque semel vinum detrahere, sed paulatim subducere, & magis si febres nullæ fuerint repertæ. At si post sudoris (*g*) abstinentiam, *febrium* fuerint accessiones subsequutæ, & ægrotantes sufficienter resumptos senserimus, omnino *vinum* extemplo detrahimus. Sin vero adhuc imbecillos viribus viderimus, dabimus vinum moderatione cautissima. At si forte 215
cibum rejectaverint, debilitate stomachi concurrente, *constrictivis* medicaminibus utemur, non solum anterioribus partibus, sed etiam posterioribus pectoris apponentes, addita articulorum *ligatione*, & appositione *cucurbitæ*, multa flamma subjecta, quæ infigenda erit ori ventris, atque interdum a tergo, nunc ante cibum, nunc post cibum, qui quidem freq-

quen-

a. motu

b. probe tenendum

c. dissipata, exhausta

d. diminutus

e. abstentus

f. confertim ἀθρόως

g. quæ vires esse reparatas docet

quenter ac pene continue erit offerendus. At si (*h*) in toto non (*i*) tenuerint, cum vino accipientes, tunc ex *aceto* dabimus quicquam. Si neque ita, rursum ex *aqua* tentabimus dare. Plerique enim ex *vino* atque *aceto* sumentes, cum accepta non tenuissent, *aqua* conjuncta magis cibos tenuerunt. In his vero qui fastidio vexantur, erit tentandum ciborum varietate pugnare. Solent enim veluti tentandi pulmenti causa, ex multis parva sumendo, unam facere cibi sumptionem. (*k*) Affectanda etiam (*l*) *odoramenti* resumptio erit, vel nutribilium *cataplasmatum* atque (*m*) *inductionum*
216 appositio. At si omnis spes fuerit absumpta, erit per *clysterem* cibus injiciendus, sed neque ptisanæ, aut cujusquam labilis qualitatis, quod facile lubrica faciat intestina. Est enim perniciosissimum in *cardiacis*, fastidio (*n*) attestante ventris fluorem commovere. Quapropter erunt (*o*) hæc ex *lenticula* adhibenda, & primo parvissima. Tunc in vino cum aqua *panis* attritus, & expressus. Sic enim corpori fit additio: atque vires resurgunt: & *stomachus* jamdudum supinus
217 fortificatur, (*p*) altiora constringentur. At si omnes partes fuerint solutione laxatæ, similiter hæc omnibus sunt adhibenda, in illis etiam quæ occulta *diaphoresi* contabescunt. Differentia etenim *accidentium* mutata videtur, *genus* autem passionis idem manet. Dehinc si profectus quisquam fuerit supra dictorum adjutoriorum, erit implenda resumptio usque ad perfectionem desideratam: sed tunc a *lavacro* temperandum, aut multo tardius adhibendum. At si *febres* perseveraverint, ut in *marcorem* venire ægritudo meditetur, quem *Græci* μαρασμὸν vocant, ad ejus curationem descendemus, sicuti libris de febribus scribentes docebimus. Hæc est secundum *Soranum* cardiacorum methodica curatio.

h. plane
i. retinuerint
Aqua usus pro ciborum retentione.
k. tentanda
l. odoramentis
m. emplastrorum
n. præsente
Clysteres nutrientes.
o. sub. clysteres
p. quam quæ clyster attingit

CAPUT XXXVIII.

218 *Quomodo aliarum sectarum principes cardiacos curaverint.*

ANtiquorum plurimi *cardiacorum* curationem tacuerunt, aliqui vero memoraverunt, ut [1] *Serapionis*, atque *Heraclidis* sectatores, & quidam *Herophili*, item *Asclepiades* & *Medici antiqui cardiacis*

1 Serapion hic fuit Empiricus, qui primus ratiocinia e medicina ejecit, omnia experientiæ tribuens.

Themison parvissime quidem, at iisdem deceptionibus implicati. [2] *Phlebotomant* enim, & *clysteres* adhibent acerrimos, & ob calefaciendum articulorum frigus pannos applicant calidos, & lanas oleo infusas, ac *sulfure* fumigatas. Terunt etiam oleo veteri ac sycionio cum pipere sulfur, & cachry, & ammoniaci guttam, & laserpicium cum bulbis. *Cataplasmant* præterea ex lasere & bulbis, (*a*) *sympasmatibus* utentes, quæ nos aspergines dixerimus: item & calce cum pipere: *cibis* acribus utentes, atque (*b*) edacibus: alii salsamento, & lasere: & per totum diem atque noctem, vino usque ad ebrietatem replerunt. Alii vero in [3] *aquam* frigidam ægros deposuerunt. [4] *Eudemus* Themisonis sectator ait per clysterem aquam frigidam injiciendam. Sed hæc omnia gravia, atque execrabilia, & ægrotantibus perniciosa esse perspicimus. Etenim *phlebotomiam nihil jugulatione differre ratio testatur*. Quippe cum hæc faciat quæ ipsa nititur passio, mentem disjicere, & corpus in mortem per sudores solvere, ac ad suæ [5] primordia revocare defluxionem, atque casum virium augere. Quibus denique commoti eorum successores 220
ajunt esse eos *phlebotomandos* qui proni ac declives in *cardiacam* sint passionem, non advertentes, (*c*) quia ipsa quoque in passionem prona declivitas nulla re alia corpus affici quam solutione testatur. *Clysteres* etiam adhibentes quos utiles probaverunt, corpora resolvunt, & ob acrimoniam aperiunt. Sed ajunt coacervatam atque celerem per superficiem corporis (*d*) insumptionem retineri, cum ad ventrem, vel intestina fuerit conversa fluentia. Hoc quidem si more mechanico, ac simili miraculo se facere posse promittunt, ut aperientes ventris interiora, superficiem corporis claudant, erit credibile quod promittunt. Sin vero, ut in omnibus videmus, 221
superficie fluentia augeri potius quam minui interiorum fluxu, debilitate crescente cognoscunt, (*e*) contrarius procúldubio clysteris usus (*f*) accipitur, atque fluentium relaxator. Dehinc consequens non est, imo etiam incongruum judicandum, articulos (*g*) igneis medicaminibus confricare, ut ex alto

a. alii vocant διαπάσματα.
b. erodentibus
c. quod
d. dissipationem
e. noxius & inutilis
f. cognoscitur
g. igneæ acrimoniæ

Venam secabant, item clysteres aliaque ceria adhibebant.

Taxantur a Cælio.

Malum circa clysteres ratiocinium.

2 Ea remedia videntur instituta ad ἀποπληξίας, quas ob symptomatum similitudinem veteres ii medici ad Cardiacum morbum pertinere credebant.

3 id valet ad syncopen natam ex immodica diaphoresi.

4 Methodicus hic fuit, Liviæ & Medicus & adulter.

5 E superficie corporis materiam retrahere ad cor, & eas partes quæ precipue ac potissimum sunt affectę.

alto ad semet materiam ducant. Injicere quoque intestinis acriora, ut illuc concurrens ex articulis materia, atque ex omni corporis superficie attrahatur, rursum ad altiora corporis conducta, similis erroris esse probatur. *Est* igitur *melius propria viarum ac naturæ spiramenta servare, & non infracta corporis fortitudine, acutiori atque celeri solutioni corpus aptare.*

222 Ferventia vero & ignea & urentia ad (*h*) visa mentis simplicia, quæ appellant *phantasiam*, sunt frigori atque torpori congrua, ad virtutem tamen incongrua. *Est* enim *solutioni accidens atque comes corporis frigidus torpor*, qui ferventibus rebus aucta passione necessario duplicatur. [6] Serviunt enim dominantibus appendentia. Dehinc acria, siquidem non sint mitigativa, celeritatem passionum acutiorem faciunt adjuvando. Prohibemus (*i*) injectionem aquæ *frigidæ*. Siquidem celerrime calefacta interiorum fervore, adjuvet solutionem: faciat etiam (*k*) delectatione quadam ventris officium provocari. Non aliter & in *aquam frigidam* deponendos prohibemus ægrotos: non enim manet lenis atque mitis (*l*) con-
223 strictio. Item ex *sinapi* cataplasma prohibemus. Siquidem sit *recorporativæ* virtutis, quam *Græci* μετασύγκρισιν vocant, cum passio atque ejus celeritas mitem demonstret atque exigat curationem. Præterea *sinapismi* acrimonia hortationem fieri *sudorum*, nemo est qui nesciat. Sicut enim semper *lachrymam* commovet oculorum acrioris humectatio *collirii*; non aliter supradicta contingunt. Item *bulborum* putamina molliunt, non constringunt. Illa vero quæ eorum (*m*) *corpulenta* videntur, recorporativæ virtutis esse noscuntur. Reprobamus
224 etiam *aspergines* ex calce atque fæcibus, & pipere. Hæc enim singula corpus incendunt, & in ignis vicem suburunt, & superficiem corporis vulnerant: quo fit ut sæpe transitum faciant in gravissimos tumores. Non sunt hæc denique ex genere mitium adjutoriorum. Est etiam (*n*) iners *allium* dare atque *laser*, & *salsamenta*, vel communiter acriores cibos, sunt enim digestione in ventre difficiles, atque in (*o*) spiratione corporum tardi, & inflant. Hæc nunc communiter omnibus respondenda. Etenim *Tarentinus Heraclides* phlebotomat atque clysterizat, & calidis, & laxativis utitur cataplas-

h. quantum ratio exigere videtur.

i. cum clystere

k. irritatione

l. quæ ex aquæ frigidę balneo perficitur.

Apta comparatio.

m. succus bulborum acris

n. non secundum artem

o. digestione ac distributione in corpus.

[6] si frigidus torpor solutionem sequitur, & acria solutionem augent, augebunt & torporem. Nam torpor qui appendet solutioni dominanti, ei servit, & cum ea simul augetur.

plasmatibus. Nunc quomodo *Asclepiadem* adhuc quidam recte loquutum accipiant, & ea quæ posuit principalia, retractemus.

CAPUT XXXIX.

Utrum recte Asclepiades cardiacos curaverit. 225

Acrium clysterum usus reprehenditur.

HIc quoque secundo libro *celerum*, vel acutarum passionum providens ne qua sit in corpore cruditas, *clysteres* adhibet operantissimos, ob (*a*) transversionem faciendam. *Primo* nescius quæ sit operans in *cardiacis* causa, & tanquam *Herophili* sectator indigestionem, atque corruptionem intuendam existimans. *Secundo* ignarus, quia post antecedentem diem esse in corporibus indigestio potest: at vero *cardiacorum* passio frequenter quinta, vel sexta die emergere perspicitur. *Tertio* est gravis atque noxia clysteris injectio, non solum *solutione* laborantibus celeri, sed etiam *strictura* affectis. Si- 226
quidem commoveat atque turborem corporis efficiat, quando fuerit operosior ac frequens, ut *Asclepiades* jubet: in diaphoreticis vero (*b*) interfici *, livor esse probatur. Ipse denique *Asclepiades* de peripneumonicis scribens confitetur noxios esse *clysteres* dicens, clysterum genus non in peripneumonicis solum noxium, sed in omnibus etiam sine febre passionibus insidiosum, atque vexabilem corporum eorum usum judicans: item specialiter indicans injectionum vexatione corporum *solutiones* augeri, atque jactationes, & sitim vehementem: *Siquidem sint*, inquit, *virium captrices*. Idem clysterum vexationem etiam in *pleuriticis* demonstravit. Similiter & in *phreniticis* tanquam interfectricem metuit 227
ventris turbatam solutionem, quorum debuit memor neque in *cardiacis* clysteres adhibere. Alios enim plurima *stercorum* gravatione oppressos, & propterea *sudantes* salutare est relevare *clystere* ad mentis (*e*) alienitatem detrahendam, sed hoc simplici atque miti usu clysteris, quos ita affectos non dicimus esse *cardiacos*. Item post injectionem adhibet *cataplasma* sinistræ mamillæ constrictivæ virtutis: sed corpus, ob excludendum frigidum torporem, calefaciendum probat *unctionibus* olei veteris, ac defricandum manibus calidis, & pannis circumtegenda loca: ex quibus, calefactiones atque unctio-

a. aversionem, & revulsionem.

b. injici noxium * interficiens

Nota bene.

Quomodo clysteres prosint.

c. alienationem

Asclepiades sibi contradicit.

ctiones superioribus dictis excludendas asseruimus. *Constrictiva* vero *cataplasmata*, non solum sinistræ mamillæ erunt apponenda, sed omni pectori, atque præcordiis. Erat autem *Asclepiadi* consonans approbanti *tumorem* in corde constitutum, similiter laxativa cataplasmata eidem adhibere. Dehinc est incongruum, atque non consequens affectare per clysterem e corde aliquid trahere, & constrictivis cataplasmatibus e superficie corporis materiam ad id quod patitur revocare, ut stricturam, quam esse in tumore cordis adverterat, duplicare videatur. Jubet etiam dari *vinum* (*d*) noctibus, diurnis, atque jugiter: sed id vinum cui *salem* miscuerimus, & quod appellavit τεθαλασσωμένον. Cito enim inquit currit, ac labitur, & ad omnia corporis mem-
229 bra pervenit. *Cibum* dat betam cum lenticula, quem appellavit *seutlophacen*, vel lenticulam cum ptisana, aut oryza, aut alica, vel aliqua ex maritimis, & quid ultra inquit? ea nos dare convenit, quæ ægri fuerint voluntati gratissima. Probat autem *vinum* dandum post cibum: siquidem (*e*) solum facile penetret, ac pertranseat corpora, non aliter quam si sine ulla fæce per (*f*) liquatoria fundatur, quorum cavernæ, nullis obstantibus, facile accipiunt, atque reddunt accepta. At si post cibum (inquit) datum fuerit, manebit, non aliter quam si cum fæce, ut supra dictum est, in liquatoria
230 fundatur. Jubet etiam *meracum* non mixtum dari. Hac enim ratione (inquit) *exustæ viæ* tanquam ex igni conductæ sudorem retinendo constringunt. Est autem iners, & inertiæ plenum, tota die atque nocte vinum dare, & cibo nutrire. *Plurima* enim *adjectione nutrimenti vires opprimi necesse est*. Item *ptisana* ventrem commovet, in fluorem lapsum, suæ faciens (*g*) qualitatis. Contraria denique lenticulæ qualitati probatur. Vinum quoque incongruum, atque intemporale, & immodicum probatur. *Incongruum*, siquidem sit *salsum*, quod appellavit τεθαλασσωμένον, & propterea ventrem solvat, & ex omni corporis parte vires deponat. Sit præterea *inflabile*, atque virium vexabile, non solum ægrotantibus, sed etiam sanis hominibus. Forsitan (*h*) hoc &
231 *fervens* (*i*) dederit. Tacuit enim frigidum dandum. [*k*] Culpans denique libris, quos de *lue* conscripsit, *Cleophanti* sectatores vinum frigidum dantes. *Immodicum* diximus, siquidem plurimum det atque extentum: & meracum tempera-

d. noctu interdiu

Asclep. in diæta præscribenda errores.

e. i. ante cibum datum

f. colum

g. i. laxum, lubricum

h. vinum

i. Asclepiades

k. culpat

men-

mento quærit, cum etiam sani quanto plus biberimus, tanto plurimum sudoris effundimus. *Intemporaliter* autem: siquidem ante declinationem dandum jussit. Est præterea *ridiculum*, quod post cibum dandum vinum propterea dicat, ne citius currens corpora pertranseat, probans econtrario *falsum* dandum, quo citius corpora penetret, ac suos effectus exhibeat. *Hic* est ille *Asclepiades frigidans, atque calefaciens, exantlans atque replens, & contrariis semper utens rebus, in his passionibus.*

Asclepiadis character.

CAPUT XL.

232

Utrum rectè Themison cardiacos curaverit.

Celsi de Themisone judicium.

THemison verò quædam *rectè* dixisse perspicitur ob *cardiacorum* curationem, quædam *pravè*. *Vino* nanque cum *amylo*, trito cum *bulbis*, & *ammoniaci* gutta cum vino & ovi albore, & *pipere* trito cum *sinapi*, corpora defricanda existimat. Dat etiam cibo *allium* cum pipere: dehinc in scaphulam deponi jubet ægrotantes, quæ sit aqua plena calida. Item post cibum adhibet *gestationem*, siquidem sint, inquit, imbecilla ac debilia nimium corporis officia, & indigeant hoc adjutorio, quo partim etiam *caro* commoveatur, sua (*a*) promota substantia, hoc est *spiritu*, atque *nutrimento*; ex quibus concreta perspicitur: quæ omnia facere valet gestatio, omni corpori suffundens materiam. Mox denique inquit allevatos, atque magnitudinem accipientes pulsus invenimus. Sed hæc *Asclepiadis* nugis sunt adjungenda. Demonstravimus enim ferventium medicaminum fricamenta esse necessario noxia, & sinapi. (*b*) Tentat etiam *inflabiles cibos*: & quanquam hæc sint omnibus celeribus atque acutis passionibus inimica, multo tamen vehementius *cardiacis*. Gestatio verò & incongrua, & intemporalis esse probatur. *Incongrua* inquam, siquidem sit laxativa. *Omnis* etenim *motus viarum efficit raritatem*. *Intemporalis* autem, siquidem post cibum fieri jubeatur. Etenim si sanos post cibum vexat motio, non permittens naturæ quadam requie, ac tacito motu ad suos effectus (*c*) accepta perducere, quid sperare de ægris ac solutione laborantibus poterimus? *Pulsus* verò post gestationem erigitur *cardiacorum*, non ob resumptionem virium,

a. i. spiritibus & humoribus celerius motis

233

b. in usum vocat

Omnis motus laxat.

234

c. cibum ac potum

rium; sed ob turbationem corporis motu conceptam; ex qua magis (*d*) adjuvari passionem dissolutione corporis judicamus. Hic ratio celerum cum febricula passionum curationis terminatur. Nunc transeundum ad eos qui sine febribus esse noscuntur.

ACUTORUM MORBORUM

LIBER III.

CAPUT PRIMUM.

De Synanche.

1 CElerum *cum febricula* passionum curationem præscriptis tradidimus libris: nunc autem earum quæ *sine febribus* esse noscuntur ordinabimus, quo cunctarum perfecta distinctio compleatur. Initium namque a *synanchica* passione sumemus, quæ nomen a *suspendii* similitudine habet, quod non aliter quam laqueus præfocans interficiat; nam *Græci* ἀγχόνας suspendia vocaverunt, sive quod spiritum continendo spirationem neget: *Græci* enim συνέχειν continere appellant. Alii vero etiam *cynanchen*, vel *lycanchen* hanc passionem vocaverunt, siquidem frequenter hæc animalia afficiat. Nam canes κύνας, lupos λύκους vocaverunt, quorum quoque similes voces sive ululatus in synanchica passione constituti, cum præfocari cœperint, emittunt. *Synanches* igitur alia est *sine* manifesto indicio, alia *cum* visibili atque manifesto: & alia *intra* oris spatium, alia *exterius*, alia ex *utroque hoc*, exteriore atque interiore, parte *dextra* vel *sinistra*, aut in *utraque*. Denique quidam specialem discretionem etiam nominibus posuerunt, ut [1] *Valens physicus* libro tertio curationum. Eam igitur quæ sine manifesto tumore est, sine nomine reliquerunt. Eam vero quæ cum manifesto, si

Argumentum hujus libri.

Synanches etymologia.

Synonima.

Differentia.

R in

1 Valens hic forsan idem est quem Plin. H. N. lib. XXIX. cap. 1. appellat Vectium Valentem adulterio Messalinæ nobilitatum, & eloquentiæ affectatorem.

a. faucium *Cynanche.*

in utraque (ajunt) parte (*a*) *interiorum* fuerit, *cinanchen* vocandam. Siquidem faciat difficultatem *spirationis*, atque *oculorum* prominentiam, & *linguam* procidentem, tanquam canibus avidis sæpe contingit, cum ea quæ minime transvorare possunt, admonente natura, aviditate impavida, minas contemnentes invadunt, quæ sæpe faucibus inhærentia, atque ancipiti retentione tardata, neque percipere, neque reddere valuerunt. Eam vero, quæ in altera fuerit parte, *paracynanchen* vocaverunt. Item in exterioribus, atque utraque parte tumore constituto *hyanchen* appellaverunt. Siquidem *suum* colla his sæpissime (*b*) inflationibus afficiantur, quos *Græce* hyas appellant. At si *interius* atque *exterius*, & in *utraque* parte fuerit tumor, tunc proprio nomine *synanchen* memorant nuncupandam. At si in *altera* fuerit parte, *parasynanchen*. Nihil autem refert speciales differentias proprietate nominum separare. Antecedentes *causæ*, quibus hæc sufficitur passio, aliquæ sunt *occultæ*, aliquæ *manifestæ*, atque cæteris quoque communes passionibus, maxime tamen conabiles atque laboriosi *vomitus*, plus etiam si post cibum jam corruptum. Item *vinolentia*, vel *nivis* potatio, aut *exclamatio* vehemens, atque eodem modo perseverans, quam *Græci* monotonon vocant: Item *Catarrhus*, & acriores cibi præter consuetudinem accepti, item ferventia, atque *ignita medicamina* pota, vel purgatio per *helleborum* provocata, quibusdam etiam *fœminis* menstrualis retentio purgationis. Afficiuntur autem hac passione magis *viri* quam mulieres, quorum plus *ætatis mediæ* & juvenes, quam pueri atque senes. Hanc diffiniens *Asclepiades* passionem secundo libro explanatorio aphorismorum *Hippocratis*, *synanche*, inquit, *est humoris fluor, sive humectatio faucium, vel summitatis ipsarum, sæpissime ex capite accidens*: sed hoc peccanter diffiniunt. Omnis enim humoris fluor quem *rheumatismum* vocant, multi liquoris est lapsus, sive egestio. In *synanchicis* vero tumor videtur, & non, ut supra diximus, humoris plurimi egestiones, nisi hoc aliquando ex *pressura* venerit. *Nos* vero juxta *Sorani* sententiam *synanchen dicimus difficultatem transvorandi atque præfocationem acutam ob vehementiam tumoris faucium*, sive in locis quibus nutrimenta transvoramus. Adjecta est autem transvorandi difficultati præfocatio celerrima, sive acuta, ad discretionem tumoris *tonsil-*

Paracynanche.

Hyanche.

b. forte inflammationibus

Quid sit synanche.

Quid parasynanche.

Causa antecedentes.

Asclepiadis definitio.

Quid sit Rheumatismus.

Synanches definitio.

la-

larum sive *uvæ*. Ubi enim *synanche* fuerit, etiam tumor necessario locorum supradictorum consequetur, sed non illico, ubi tumor fuerit eorundem, etiam *synanche* nuncupatur. Siquidem qui mediocri difficultate fuerint transvorandi impediti, nondum *synanchici* videntur. Hæc enim in magno tumore passio intelligitur habere substantiam. Item ad discretionem præfocationis illatæ per *laqueum*. Est enim ipsa quoque acutissima, atque celerrima præfocatio, sed non ex tumore (*c*) descendens.

c. orta

CAPUT II.

Quæ consequantur synanchicos.

7 SEquitur autem eos qui jam passione tentantur *querela* sine ulla ratione, atque difficilis motus *colli*, & *gutturis*. Item *salivatio* plurima præter tumorem, & subdolens *faucium* sensus, cum asperitate sensibili. Item *difficultas* transvorandi liquoris soliti, salivarum more collecti: tunc spirationis velut impedimentum, tanquam obstantis crassioris humoris. Surgente vero ac crescente passione, sic ut manifesto *tumore* pars fuerit rubens facta, videbitur tumor *faucium*, atque *uvæ*, & supra *linguam* partium, & summitatis *gutturis*, cum difficultate transvotationis omnium acceptorum. *Præfocatio* etiam pro tumoris modo, spirationis difficultas, & nauseárum provocatio. Dehinc sicca (*a*) *tensio* si quis os ægrotantis aperuerit, & digito linguam (*b*) oppresse-
8 rit, invenitur. *Crescente* vehementius passione, omnium *tumor* efficitur, *colli* atque *vultus*, & humoris crassioris ac salivarum fluor, *oculi* prominentes, sanguinolenti, & venarum extentio. At si pejus increverit, *linguæ* ultra dentes ad exteriora *prolapsio*, ariditas sive siccitas *faucium*, articulorum gelidus torpor, *pulsus* celer, densus, jacendi difficultas, & magis in supino schemate, vel in latere: frequens etiam sedendi cupiditas, item loquutio non articulata, sed confusa, atque cum dolore. At si in *exitium* passio cæperit ferri, *livor* vultus: *vocis* amputatio: gutturis atque pectoris *stridor*: & *recursio*, sive recursus poti liquoris: *pulsus* defectio, quam *Græci* ἀσφυγμίαν vocant, & quibusdam caninus vocis sonitus, quibusdam oris spumatio. Tunc etiam necessario

Signa Synanches nascentis.

jam nata,

a. ex inflammatione *Increscentis*, *b.* depresserit

Tendentis ad mortem.

Symptomata Synanches sine tumore notabili.

mortis effectus. At si sine manifesto tumore fuerit passio, sequitur *collorum* tenuitas, cum *extentione* atque subrectione inflexibili. Item *vultus* & *oculorum* cavitas: *frontis* extentio, *color* plumbeus, *spirationis* difficultas plurima, nullo, ut supra diximus, manifesto tumore, sive (*c*) inflatione aliqua apparente, neque in internis, neque in externis partibus, hebetudo plurima, atque imbecillitas ægrotantis: & celerrimus, vel acutus cum præfocatione, mortis effectus. At si circum colla se *ignis sacer* infuderit, sive in *pectore* apparuerit, & fuerit *perseverans*, frequentissime bonum portendit. Siquidem ascensus tumoris *ex alto ad superficiem* venire videatur. At si sine ulla ratione adjutorii cujusquam medicinalis beneficii, repente (*d*) non apparet, salutem negabit: descensus enim a *superficie corporis ad altiora* monstratur. At si forte non (*e*) *secundo* irruens, vel ex alto acceptus ad superficiem fuerit *ignis sacer*, sed antecedens passionem, aut eidem concurrens, *omnia mala* significat. Humor autem plurimus, sive *salivarum fluor* in crassitudinem coactus si *in statu* apparuerit, mala ostendit. *Post statum* vero passionis, salutaria pollicetur. (*f*) *Alias* enim plurimam *præfocationem* significat, (*g*) *alias* corporis *laxamentum*: in quibusdam etiam tantum rumor increscit, ut strictura faciat in faucibus atque gutture, & mento. *Est* autem *passio strictura acuta, atque celeris, & vehemens*, & sæpissime continua, aliquando intercapedinata.

c. inflammatione

Quid erysipelas in Synanche significet.

d. introrsum redit, atque divanescit

e. i. in statu morbi

Salivatio quid portendat.

f. i. in statu

g. i. post statum

10

CAPUT III.

Quomodo curandi sunt Synanchici.

11

Qualis locus & aer conveniat Synanchicis.

Quale schema jacendi.

OPortet in passione constitutos, jacere *loco lucido*, atque moderatæ amplitudinis, nullo etiam *odore* corrupto, *calido*. Est hujusmodi laxativus aer, & qui primus tumentibus misceatur. Jacendi *schema* esse supinum convenit, paulo levatius capite collocato, firma atque immobili positione vel qua se magis relevari ægrotantes dixerint. *Omnis* enim *motus* (*a*) *dolidus est tumore oppressis*. Lanis etiam mundis ac mollibus & non infectis, dulci atque calido oleo infusis *colla* protegenda cum *thorace*, adhibita articulorum blanda fricatione. Transmittitur enim naturalis vaporis laxamentum, 12

a. molestus

etiam

etiam ad illas partes quæ patiuntur. Adhibenda quoque *requies* & *abstinentia* usque ad primam diatriton cum *gargarismate* laxativo, cujus species sive materias paulo post subjiciemus. Adhibenda etiam *fomentatio* olei dulcis calidi, & apponendæ exterioribus partibus vesicæ oleo dulci calido semiplenæ. Adhibenda etiam *phlebotomia* si vehementer passio coegerit, *intra diatriton*. Etenim indiget repentina sanguinis detractione, ob celerrimum laxamentum. Si autem minus necessitas impulerit, *in ipsa diatrito*, vel durantibus viribus etiam *post ipsam*, phlebotomia poterit adhiberi, sic
13 tunc necessitas emerserit faciendi. Cujus facti rationem de specialibus adjutoriis scribentes docebimus. Igitur intra diatriton phlebotomato erit post detractionem sanguinis *caput fovendum*, atque *collum* oleo calido, & ex eodem *auribus* quiddam immittendum, tunc *gargarizandum*. Potum dabimus *aquam* calidam, vel *mulsum*, & non coacervatim, sed paulatim, ne transvoratione gravi ac percussu tumentia (*b*) indignentur. At si in ipsa diatrito phlebotomiam adhibuerimus, oportet post detractionem factam circumungere *corpus* ægrotantis oleo dulci, atque calido, & *faciem* aqua calida
14 mediocriter fovere. Tunc *sorbilem cibum* dare[1], sed omnino tenuem, vel fluidum, vel panem ex mulso tinctum. At si *transvoratio* fuerit difficilis, qua obsistente non percipiant ægrotantes accepta, erit sufficiens viribus fulciendis *mulsum* guttatim faucibus infusum: perseverandum etiam usque ad declinationem passionis, in alterna dierum cibi refectione. Convenit præterea *post phlebotomiam* sequentibus diebus *cataplasmatibus* uti, quæ circum colla erunt extrinsecus apponenda, miti tamen simplicitate confecta, ut est *panis* calidus ex acqua & oleo, vel mulso diligenter emollitus, vel *pollines* tritici aut hordei, aut seminis *lini*, aut *fœnugræci*. Singula hæc sive commixta ex calida & oleo & melle, vel acqua in qua fuerit decocta *bibisci* radix, aut contrita & ad-
15 mixta. Mutanda præterea frequentius erunt hæc *cataplasmata*, ne perseveratione sui, corrupta corporis exhalatione, in *acorem* veniant. Erunt etiam calefacienda, quo (*i*) tardius maneant evaporata, positis extrinsecus *saccellis* ex [1] cantabro aqua

Qualis fomentatio. Quando venæ secanda.

Quid agendum post V.S.

b. irritentur

Cataplasmata

sæpe mutanda

i. diutius calida maneant

1 Legisse alicubi memini *cantabro* denotari furfures. Cumque admodum sit verisimile Cælium hic & passim, ubi voce hac *cantabro* uti-tur, de furfuribus loqui, conjecturam meam l.II.cel.pass.§.53.allatam ac si cantabrum *herbam* Plini *cantabricam* significaret, damno

aqua cocto confectis, vel *vesicis* calida & oleo semiplenis. Convenit etiam *spongiarum* vaporatio, expressarum ex aqua calida, aut admixto oleo, vel decoctione mitium materiarum laxativæ virtutis. Apponendæ quoque spongiæ *collo* atque *gutturi*, & his partibus quæ (*k*) haustum negant, vel ori & naribus: jubendus etiam æger *aperto ore* ad semet vaporem rapere. Descendentes enim ad altiora haustu raptæ vaporationes tumorem relaxant. Sunt etiam *gargarismata* congrua cataplasmatibus, ut *oleum* dulce est, atque calidum, vel calida & oleum: tunc *mulsum* aquatum, & decoctum: & *lac* singulare, sive cum melle, aut aqua admixtum, ut omnia detergantur, quæ forte lactis tactu fuerant (*l*) derelicta, ne remanentia fervore locorum in acorem veniant. Item utendum *decoctione* cantabri atque glycyrizæ, vel lini seminis, ac fœnugræci, sed nusquam ad crassitudinem succi facta decoctione, ne ob viscosam tenacitatem, humorum fluori connexa, difficultatem faciat spirationis. Tunc etiam decoctione *hibisci* utendum, vel *malvæ* agrestis, aut [2] *myxarum* Syriarum, aut [3] *musci* herbæ, atque palmularum pinguium, vel fici succulenti. Item succo halicæ aut ptisanæ.

k. deglutitionem impediunt *Gargarismata* 16

l. nimirum partes lactis caseosæ *non sint viscida.*

At si passio cœperit declinare, convenit etiam *Sybariticum* & *Creticum* passum. Ea vero quæ sunt leviter *stringentia*, & quæ appellant (*m*)*stymmata*, nunc incongrua judicamus. His enim utemur quoties *initia* fuerint passionis, levibus adhuc querelis affecto ægrotante, aut dolore levi in *faucibus*, vel *uva*. Tunc enim etiam *Thessalus* adhibendam *poscam* judicavit, siquidem pronos atque in passionem *sananchicam* declives, nec dum tamen patientes (*n*) vocaverit. Utendum denique non solum posca, sed etiam *decoctione* leviter constringentium materiarum, ut *rosarum*, *palmularum thebaicarum*, *lenticulæ*, *myrti*, *lentisci*, *mastichis*, quæ singula erunt in mulso decoquenda, vel quolibet ex supradictis succo, quoties viderimus constrictivam virtutem admixtione laxativi liquoris esse frangendam. Facit etiam *oryza* succus, atque *diacodion* medicamen mulso resolutum, ac sæpe (*o*) substantia servata faucibus illitum. Non aliter etiam quod *diamoron* appellatur & [4] *diopo-*

Leviter adstringentia in principio prosunt. 17

m. σύφοντα

n. curaveris

18

o. non dissolutum

2 sunt hæ prunorum genus, e quibus etiam vinum paratur.

3 Forte *clavati* aut *Lycopodii*, ejus vis inflammationibus resistens a Botanicis laudatur.

4 Plin. H. N. lib. XXIII. cap. 14.

poron, & (*p*) *dyamirrhion*, sive Andronis, & Polyidæ (*q*) *sphragis*, & [5] *anthera* cum melle, & omne medicamen quod confectum sit ex *malo cotoneo*, aut *punico*, vel *rosæ* floribus, vel mali *punici* cortice, sive *galla*, vel *omphacio* aut *lycio*, & his similibus. Sed in augmento passione constituta illis utemur, quæ supra jamdudum memoravimus. Humorem præterea fervore (*r*) nutritum si glutinosum viderimus factum, tanquam in *oculis* supernatantem, spongia calida detergimus: sin vero in (*s*) *alto* fuerit constitutus, [6] *dypyreno* immisso
19 prætecto ejus capite lana molli, ac limpida. Etenim si remanserit, præfocetionem magis accelerat. At si nimium *altiora* tenuerit, ut videri non possit, erit tenuandus, dando *mulsum*, sed præcoctum. Est enim efficacioris virtutis, quam si non fuerit coctum. Quidam etiam *ptisanam* dederunt parvo sale admixto. Sed sunt fugienda quæ usque ad sensum veniunt mordicationis: siquidem tumoribus provocatis fluor quoque humorum crassescat. At si *venter* officium non agnoverit, etiam *clystere* utemur, injicientes aquam calidam cum
20 oleo, nunc solam, nunc admixto melle. Etenim surgens ex isto liquore *vaporatio* (*t*) collaxat tumentia, & egestus venter facilia facit spiramenta non solum *synanchicis*, sed etiam sanis hominibus. Manens enim (*v*) *alienitas* gravat, atque oppressione quadam acerrimas facit corporis exhalationes, quibus tumentia provocentur, caput impleatur. Sed post clysteris usum erunt etiam *cucurbitæ* cum scarificatione apponendæ, dimissionis tempore. At si continuatio fuerit, initio lucis, quo tempore etiam cæteris (*vv*) *districtivis* adjutoriis uti conducit. Apponendæ aliæ igitur *collo tenus*, vel *gutturi* quæ loca anthereona *Græci* vocaverunt: item *cervici*, si-
21 ve nervis majoribus, quos tenontas appellant. Item singulæ ex utraque parte sub *aurium lacunis*, quibus in locis etiam faucium positio esse perspicitur. At si passio perseverarit, & æger ad perferendam curationem fuerit mollis, ut ferri cuspide metu se contingit prohibeat, *sanguisugas*, quas *Græci* βδέλλας appellant, apponemus iisdem locis, quæ supra

p. diamyrtωn vel διαμυρρίνης. *vid. Aëtium.*
q. an Trochisci sigillo aliquo notati? an Herba hodie sigillum Salomonis dicta;
r. densatum
s. in imis faucibus

Quando & qualis clyster conveniat.
t. colla laxat
v. excrementorum aliena & supervacua fæx
Cucurbita quando adhibenda:
vv. stricturam dissolventibus

item hirudines.

describit medicamentum, quod *opoticen* vocat, quod forsan idem est cum hoc *dioporon*.

5 Ἀνθηρά, medicamentum compositum. Vid. *Cels.* lib. VI. cap. 11. *Plin.* H. N. lib. XXIV. cap. 9. in compositionibus, quas antheras vocant.

6 Τὸ δίπυρηνον instrumentum est chirurgicum duas cuspides habens. *Gal.* de alimentis lib. II.

x. parcius justo.

pra memoravimus. Tunc post earum casum, si (x) minime factam sanguinis detractionem viderimus, *cucurbita* apponemus, ut præfecta sanguisugarum vulneratione, raptu cucurbitæ detractio compleatur, & olei *fomento* utemur atque *cataplasmatibus* (y) consequentibus & vaporationibus: dehinc epithematibus oleo calido infusis: tunc superpositis *spongiis* ex eadem materia expressis vaporamus. Etenim *saccellorum* 22
siccam vaporationem tanquam densabilem reprobamus. At si major fuerit tumor, ipsam quoque *linguam* scarificamus, atque *fauces* & *palatum* tenui ac longiore phlebotomo. Etenim *locali sanguinis detractione tumentia relaxantur*. Tunc post scarificationem mitibus gargarismatibus utemur. Si declinare passio cœperit, etiam *subunctionibus* faucium, vel interiorum utemur, ut melle decocto: vel medicamine confecto decoctione agrestis malvæ, & fœnugræci seminis, & lini, cum amylo, & melle, & oleo: vel uvæ passæ medio, projecto ac secreto semine, contritis cum pane, vel decoctione lini seminis: vel melle, & passo cretico, quibus incocta sit radix agrestis malvæ, vel alicæ, atque lini seminis pollines. At si passio perseveraverit, secundo vel tertio scarifi- 23
cationem adhibemus, non solum *gutturi*, vel tonsillarum vicinitati, quam *Græci* anthereona vocant, & nervis majoribus cervicis quos tenontas appellant, sed etiam *occipitio* & (z) *palis*, & *interscapulæ*, quod *Græci* metaphrenon vocant, & *pectori*. Etenim quanquam vehementer loca transvorationis patiantur, cæteræ quoque partes corporis necessario consentiunt. Multi denique non advertentes rationem (a) revincendæ passionis, sola *aversione* materiæ pugnantes, atque in (b) *liquidis* causis ponentes, principalites ajunt *inguinibus* cucurbitas infigendas, tum *præcordiis*, tum supra *mammas*, cum scarificatione, dehinc *gutturi*, atque *collo*, ejusque partibus. At si *declinatio* fuerit confirmata, dabimus 24
cibo *pultem*, atque *ova* sorbilia, vel porcinum *cerebrum*, longe (c) servantes omne quod fuerit *acre*, sive immodice (d) appetibile, vel *inurens*, vel *vinosum*, vel asperum, aut aridum, vel quod valeat transvorationis loca lacessere. Facile etenim passio ex occasione parva reccurit. Apponenda etiam *cerotaria* ex oleo dulci, aut ciprino, vel [7] gleucino, aut irino confecta, vel malabathrino, cum radice hibisci. Tunc *lavacro* utendum, ac deinde *vino*.

y. convenientibus, idoneis.

Ipsa lingua & partes vicinæ scarificandæ.

Quibus fauces inungendæ.

z. omoplatis

a. revincendę

b. morbi causam *liquidis* sive *humoribus* tribuentes.

Quid in declinatione agendum.

c. reijcientes fugientes

d. aperibile ecstomaticum. infra §. 134. *aperibile.*

7. Vid. Plin. H. N. lib. XXIII. cap. 4.

Que-

CAPUT IV.

25 *Quomodo Synanchicos aliarum sectarum principes curaverunt.*

ANtiquorum *Hippocrates* libro quem ad sententias [1] *Cnidias* conscripsit, ex * utroque oportere inquit brachio *Synanchicos* phlebotomari. Sed hoc erit evitandum. Siquidem coacervata sanguinis effusio, animi faciat defectionem, & propterea prohibeat tantum detrahi, quantum sufficiat ad relaxandam strictiuram. Dividit etiam * *venas sub lingua* constitutas, quod est non solum *inutile*, verum etiam *noxium*. Siquidem incongrua sit ex locis patientibus sanguinis per venas detractio. Plurima etenim in exitum provocata materies confluens; necessario completis locis abstenta, modum superat detractionis, ut gravatæ partes potius adventu, quam
26 relevatæ recessu materiæ videantur. Dehinc (*a*) sublevandarum venarum causa erit *laqueus* collo circumdandus, & tunc maxime, quando sine ullo manifesto tumore *synanchica* fuerit passio. Laqueus autem, quod præfocationem augeat, nulli dubium est. Quinetiam sanguinis fluorem ex supra dictis venis difficile posse abstineri perspicitur. Neque enim aliqua constrictiva adhibere sine ullo periculo poterimus, neque divisa colligare erit cuiquam possibile. Est etiam naturale tumentia loca post divisuram in fluorem sanguinis fa-
27 cile devenire. † Utitur quoque *gargarismatibus* calidis, atque *vaporationibus* quorum materiam non enarravit. Dehinc *caput* corradi, & jugiter vaporari jubet *spongiis*, tunc contegi *cerotario* atque *lana*. Potum dat *aquam* calidam & *mulsum*. Passione declinante *succo* cibandos dicit, cujus speciem non enarravit: nescius etiam, quod in plerisque *declinatio* post quinque dies, vel sex adveniat, & sit *immodica* usque ad ejus initium cibi *abstinentia*.[2] Vaporare vero oportet, sed non *caput* magis, quam *colla* atque *gutturis* exordium, quod *Græci*[3] Anthereona vocant. Tunc post vaporationem fovere, atque *cerotarium* declinante passione apponere. Item neque *potum*, quan-

Hippocrates.
φλεβοτομίν τε ποιεύμενος ἀπὸ βραχιόνων
καὶ ἀς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν φλέβας ὑποτάμνων,
a. elevandarum
†καὶ φαρμακεύων τοῖσιν ἐκλειπτοῖσι, καὶ ἀναγαργαρίζων θερμοῖσι, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑποξυρῶν, καὶ κήρωμα κεφαλῇ καὶ τραχήλῳ περιτιθέναι καὶ εἰρίοις περιελίσσειν καὶ σπόγγοισι μαλθακοῖσι καὶ ὕδατι θερμῷ ἐκπιεζόντα πυρίην, πίνειν τε ὕδωρ καὶ μελίκρητον μὴ ψυ-

1 Totus hic locus Hippocr. ad verbum ex lib. de victu acutor. desumtus est. Ex hoc plurimisque aliis locis apparet, nonnullos Hippocr. libros olim aliter fuisse inscriptos.

2 Cælius noster vix ullam veteribus, & imprimis Hippocrati contradicendi occasionem pretermittit, eosque licet sibi fere consentiant, alicubi carpere gaudet. Quem morbum tanto viro inesse nollem.

3 Ἀνθερεῶνα Græci mentum potius quam guttur ejusve partem vocabant.

χρά, χυλόντε προσφέρειν, ὁκόταν ἐν κρίσιος ἐν ἀσφαλείη ἦσι ἢ

*Χρὴ δὲ καὶ τὰ κάτω καθαίρειν φαρμάκῳ ἢ κλύσματι

† φλεβοτομεῖν χρὴ, μάλιστα ὑπὸ τὸν τιτθόν.

b. simultanea

§ Καὶ τοὺς αὐλίσκους παρᾶσαι τὴν φάρυγγα, ὡς ἕλκηται τὸ πνεῦμα ἐς τὸν πλεύμονα. καὶ ὑποθυμιᾶν δὲ ὕσσωπον καὶ θεῖον καὶ ἀσφαλτον &c.

*καὶ τὰς φλέβας τὰς ἀπὸ τῆ γλώσσ ῃ τάμνειν.

c. frustra fieri probavimus

Dioclis methodus.

d. semine chamælææ.

partim emendatur, partim rejicitur.

quantum dandum, vel quomodo, vel quando, manifestavit. Præterea 4 secundo libro de morbis, * clysterizándos 28
inquit, atque *purgativis* medicaminibus relevandos, quæ *Græci* cathartica vocant; quorum ex acrimonia magis tumentia provocantur. † *Phlebotomari* quoque ex locis sub *mamilla* constitutis, noxium atque putidum judicamus. *Noxium*, siquidem plurima oportet corpora dividi, cum neque facile sub visum venæ devenire possint. *Putidum*, siquidem sine ulla difficultate ex *brachio* poterit sanguinis approbari detractio. Dehinc jugis atque (*b*) coacervata materiarum detractio, clysterum & purgativorum medicaminum, & phlebotomiæ, vexabilis esse perspicitur. Item si plurima (inquit) *præfocatio* oc- 29
currerit, § clysteris *aulisicum* quem nos tibiam dicere poterimus, *faucibus* inquit immitendum, incendens *hyssopum*, *sulphur*, *bitumen*, quorum rapere odorem præcipit ægrotantem per eandem fistulam: quorum sine dubio promptus est error. Nititur enim immittere *fistulam* faucibus, quæ neque *aerem* tenuissimum percipere possunt, vi passionis oppressæ. Dehinc austero *fumo* ægros implendos existimat, quo sæpe etiam sani præfocatione afficiuntur. Ultimo etiam ex duobus *brachiis* atque * venis *sub lingua* constitutis sanguinem detrahendum probat, quod supra damnantes (*c*) frustravimus. Non enim sine multa corporis vexatione fiet.

Diocles vero libro, quo de passionibus & causis & cura- 30
tionibus scripsit, *sanguinosos* inquit homines ex *utroque* brachio phlebotomandos. Eos autem qui *minus* sanguinis habuerint, solum scarificandos. Tum *felle* taurino cum herba *perdiculari*, quam σάφιδα ἀγρίαν vocant, & *nitro*, & (*d*) *cocco cnidio*, jugiter inquit ungendos, utens etiam *gargarismatibus* iisdem. Dat quoque sub lingua *piper* continendum, vaporans *spongiis* collum, & *cerotariis* contegens, præcipiens ægrum tenuandum, ultra quam fas est. Neque nunc *solos* 31
phlebotomandos *sanguinosos* probamus, sed *omnes* passione affectos, permittentibus viribus, neque ex *utroque* brachio, ut supra docuimus, neque acerrimis utendum unguentis, & gargarismatibus, sicut neque in tumoribus oculorum similibus inunctionibus. Etenim *staphisagria* etiam sanos plerumque *synanchicos* fecit, quum repente (*e*) inflationem *faucium* fieri cogit. Dehinc omnino neque tenuari, deducendo cor-

e. inflammationem

4 Locus hic in nostris exemplaribus extat lib. III. de morbis §. XI.

corpus, sive ejus habitudinem, convenit medicinæ, sed relaxare tumentia rebus congruis ac remissivis.

32 Item *Praxagoras* quarto libro curationum, *synanchicos* clysterizat, & sudoribus provocatis (*f*) deducit, aliquando etiam phlebotomat, dans quoque medicamen vomificum, quod *emeticon* appellant. Tunc *uvam* præcidit, vel aliquando (*g*) dividit, & pice lenta vulnera curat, sed horum judicium ex aliis accipiendum probamus. Nam *vomitus* ingens distentione & præfocatione sæpe peremit. Dehinc tumens *uva* laxatione indiget, non amputatione, sicut neque aliæ quoque corporis partes, quæ necessario erunt mitigabiliter relaxandæ.

Praxagoræ methodus
f. extenuat, emaciat.
g. scarificat. *ut periculosa damnatur*:

33 *Erasistratus* secundo libro *anatomicorum* de singulis passionibus scripto, in quibusdam inquit *synanchicis* vaporatione utendum spongiarum, atque cataplasmatibus, & ex vino medicamen transvorandum quod catapotium appellavit, ex castoreo confectum: sed omnia *peccanter*. Etenim *vinum* constringit: *Castoreum* vero acerrimæ esse virtutis nemo negat, quæ indubitanter sunt tumori contraria. *Herophilus* de synanchicis nihil dixit.

ut & Erasistrati.

34 *Asclepiades* vero secundo libro celerum vel acutarum passionum inquit: *synanchicis* convenit *sanguinis* detractio atque *ventris* depurgatio, & *cataplasmata*, & *oris* collutio, & *gargarismata*, & *superunctiones* tenuabiles, atque (*h*) *apertibiles*, ut sunt ex hyssopo, origano, & thymo, meliloto, absinthio, fici coctione, nitro, staphide agria, centaurea, elaterio, felle taurino, (*i*) cedria, adjiciens etiam *cucurbitæ* usum cum scarificatione. Negans quidem (*k*) quicquam posse sanguinis elicere, sive, inquit, quod cum febribus sit passio, sive quod major causa sit tumentium partium, quæ contrario raptu superet cucurbitæ fervorem, ut
35 non possit efficere detractionem. Tum *phlebotomiam* probat ex fronte faciendam, vel angulis oculorum, vel venis quæ sub lingua sunt, vel e brachio. At si major (inquit) passio fuerit, (*l*) dividendæ sunt *fauces*, hoc est *tonsillæ*, & partes supra uvam constitutæ: etenim (*m*) summa est in his æqualis sive par incisura, quam appellavit (*n*) *homotomiam*. Dehinc a veteribus probatam approbat (*o*) arteriæ divisuram, ob respirationem faciendam, quam *laryngotomiam* vocant, varie ac multipliciter peccans. *Omne* etenim *quod acre*

Asclepiadis methodus
h. aperibiles
i. sub. resina
k. quidquam posse cucurbita sanguinis elici
l. scarificandæ
m. summi auxilii
n. homoiotomiam
o. sub. asperæ

ut noxia reprobatur.

fuerit, atque tenuans, incendit humorem. Ipse denique in *phreniticam* venturos passionem multa inquit affici materie, ad hæc ejusdem acrimonia. Est etiam noxia & patientibus locis *phlebotomia*, sicut supra docuimus. Item *clysteribus* utendum ob avertendam materiam, vel avocandam a locis patientibus, inconsequenter jubet. Est enim *contrarium* detractioni per venas ex patientibus locis faciendæ, quam ipse probavit. Item *inordinaliter* scarificandum primo, dehinc phlebotomandum judicavit. Etenim (*p*) *locales* [5] detractiones insidente atque (*q*) infirmata; & stante passione, adhibendas reprobamus. Est etiam *inexerciti Medici* ob febrium causam suspicari materiam raptu cucurbitæ non elici. In usu enim videmus sine ullo impedimento in febricitantibus effectum cucurbitæ provenire, atque eductam detrahi materiam. Adducitur nanque *caro*, & *spiritus*, & *sanguis*. Dehinc neque crescente accessione cucurbitas infigimus, tempore quo ad (*r*) altiora materia conducitur. *Est* præterea *tumentium partium molestissima atque periculosa divisura*. Vehementes nanque sanguinis effusiones efficit, & quæ prohiberi minime possint. Si enim easdem *constringere* voluerimus, celerrima *præfocatio* consequetur: at si abstinere neglexerimus, celerior mortis effectus sanguinis effusione perspicitur: vel si forte sanguinis fluorem effugerit quis, [6] *cancrum* (*s*) atque *gangrænam* non effugiet, ob augmenta tumoris. Nos enim naturali habitu constituta cum dividuntur, quamquam constrictive tractata sæpissime tumescere videntes, in tumore constituta cum divisa fuerint, at si constringendi caruerint facultate, vehementius in tumorem venire, desperare poterimus. Nam omnino in tanto *tumore*, in quo *digitorum* immissio (*t*) improba esse perspicitur, atque *cataplasmatum*, & *gargarismatum* usus (*u*) æger atque difficilis ægrotanti videtur, quomodo non altiorum divisura inimica saluti probatur? Est etiam *fabulosa* arteriæ ob respirationem divisura, quam [7] *laryngotomiam* vocant, & quæ a nul-

36

37

38

39

p. i. ex loco affecto

q. confirmata

r. partes profundiores

s. sive

t. laboriosa, molesta

u. gravis

5 Methodici detractiones has locales, nimirum per cucurbitulas scarificatas, sanguisugas &c. declinante demum passione, id est strictura jam laxata, usurpabant & quidem optima ratione: in statu enim adhibitæ stricturam augerent.

6 *Cancer* & *gangræna* hic Cælio videntur esse synonyma.

7 Methodici usque adeo abhorrebant remedia drastica, quæque cum aliquo discrimine agebant, sive ea ex Pharmaceutica sive ex Chirurgia peterentur, ut ea, licet sæpe salutaria, imo necessaria, fere semper

à nullo sit antiquorum tradita, sed *vv* caduca atque temeraria *Asclepiadis* inventione affirmata: cui, ne nunc occurrentes, latius respondere videamur, aut tantum scelus angusta oratione damnemus, libris quos de adjutoriis sumus scripturi, respondebimus. *Themison* vero sine febribus acutas passiones recte curare *Asclepiadem probans*, huic accusationi subjicietur.

vv. sine ratione

Themison per Asclepiadis latera petitur.

40 *Serapion* primo libro curationum, *clysteribus* synanchicos evacuat, atque *phlebotomia*, & *cataplasmatibus*, & *unguentis* acrioribus utitur, & provocativis, & apertivis, quæ (*x*) *anastomotica* appellant. Præcavet autem in omni abstinentia cibum vel potum dare. Sed est etiam hic facile accusabilis. Etenim acria atque tenuantia excitare tumorem nemo dubitat: phlebotomia vero adjecta clysteribus vexabilis esse perspicitur. Dehinc dicens (*y*) *materiarum* nomina, ea ex quibus [8] *adjutoria* conficiuntur scribere neglexit. Cum nullo alio quolibet adjutorio minus utilis *cibatio*, atque *potus* pro-
41 bentur, arte adhibita, atque formata. *Heraclides Tarentinus* 3. lib. curationum, de internis scribens, eos, inquit, qui sanguinis *multitudine* vexantur, clystere præpurgatos *phlebotomamus*, nunc ex *brachio*, nunc ex venis quæ sub *lingua* sunt: vaporationibus *spongiarum* admotis collo atque gutturi, ex aqua calida, in qua fuerit præcocta *ruta*, vel *pulegium*. Tunc *cataplasma* apponendum probat quod ὠμὴν λύσιν appellamus, ex mulso confectum, cui erit admiscenda chamæpitys, vel iris illirica, aut ficus. Nocte vero, inquit, *cerotarium* apponendum ex irino oleo, atque resina justa par-
42 te in comparationem ponderis ceræ. In his vero quibus (*z*) *locorum* crassitudinem suspicatur, ungendas inquit fauces *melle* atque *omphacio*, & gargarismate utitur mulso in quo præcoquit ficum, vel origanum, & admiscet *piper*. Dat etiam *elaterium* in pondere [9] *denariorum* septem. Multis vero *obolum* dimidium cum melle & aqua, aut mulso. Dehinc medicamen quod appellavit *emeticon* vomificæ virtutis, & conficitur hoc modo: *Origani*, atque *heracleotici panacis*,

Serapionis methodus

x. ἀναστοματικὰ

pariter reprobatur.

y. medicinarum

Heracl. Tarent. methodus

z succorum

rejicerent: at non semper cum ratione, ut hic Laryngotomiam.

8 Hoc ajutoriorum nomine implicat etiam diætam, quam a Serapione neglectam esse Cælius ait, licet summopere necessariam.

9 Si Cælius loquitur de elaterio intus sumendo, locus hic enormiter mendosus est: sufficit enim denarii sive drachmæ pars septima: imo obolus dimidius, id est grana quinque.

Descriptio emetici.

nacis, manipulum accipiens, demerge, inquit, in vasculum rubri æris, tum [10] *rhus* quod appellamus *rubrum*, heminas quatuor, atque *cepulas* [11] *germanas* viginti, quibus circumtollemus exteriorem corticem, & has quassantes immittemus. Tunc infundemus *vinum Chium*, vel *Rhodium*, aut 43
Cnidium quatuor heminis, & sub sole ante ortum caniculæ viginti diebus, atque post ortum viginti diebus, ponemus. Tunc cum fuerit liquor insumptus, infundemus alias quatuor heminas, atque ita sub sole linquimus. Tunc iisdem diebus mittimus medicamentum in pilam, & conterentes formamus *trochiscos*, quorum majores erunt drachmarum singularum, & dimidiæ. Alii vero drachmarum singularum: item alii dimidiarum drachmarum: singulos dabimus, virium comparationi congruos, cum mulso, vel pro (*a*) *eclectario* cum melle. Etenim *vomitum* humoris viscosi hoc effi- 44
cit, & *ventrem* deducit. Aliqui, inquit, etiam *melanteriam* admiscent, & *thapsiæ* (*b*) succum obolos tres. At si *difficilis* fuerit *vomitus*, penna oleo veteri intincta, atque faucibus immissa provocandum probat. Utitur etiam aliquando medicamine ex *omphacii* succo, & *elaterio* confecto, atque *diagridio*, cum nigro *helleboro*, & *sale*, si fuerint in vomitum difficiles ægrotantes: vel *elaterio* cum *aceto*, & *ruta* & rursum *elaterio* cum *sinapi*, & *salibus*. Eos inquit qui (*c*) *perfrictione* synanchici fuerint effecti, phlebotomari prohibemus, atque clysteribus depurgari, cæteris vero omnibus ex qualibet causa synanchicis effectis, erunt hæc adhibenda: fulcien- 45
dos etiam omnes judicat vel nutriendos *sola aqua*, vel *mulso*, cætera quoque ciborum prohibet. Sed hoc omne experimentum sive tentatio (*d*) promptissime ex (*e*) occultis suspicionibus videtur esse provisa. Etenim (*f*) *empiricus* solam (*g*) servationem intuens, quam τήρησιν vocant, *sanguinosos* (*h*) nunc phlebotomandos existimat, non advertens (*i*) quia omnes *synanchicos* ob stricturæ vehementiam oportet phlebotomari, promittentibus viribus. Denique ridendum est etiam, quod eos qui ex perfrictione *synanchici* fuerint effecti, phlebotomandos negat, non advertens *præsentia*; & inquirens

a. electuario

b. succi

c. ex suscepto frigore

d. facillime

e. dubiis, & incertis, non manifestis & apertis.

f. Serapion, vel Heracl. Tarent.

deridetur,

g. observationem

h. tantum

i. quod

10 Rhus in omni genere usurpatur. Galeni tempore, masculino, & muliebri genere usurpatum constat lib. VI. cap. 2. de Compos. med. sec. loca. Cælius hic in neutro genere utitur. Plin. H. N. lib. XXIV. cap. 11. in fæmineo, ubi ait, Rhus, quæ erythros appellatur &c. alvos solvit.

11 Germanas: sic fortassis bulbos vomitorios appellat.

46 rens factorum *causas*. Noxia etiam sunt *cataplasmata*; quæ adhibenda probat, atque *vaporationis* genus, acrimoniæ causa earum specierum quas admiscendas jubet: siquidem sint incendiosæ. Item *vomifica*, quæ emetica appellat, etiam non tumentia in tumorem faciunt devenire. Etenim *ferulago*, quam thapsiam appellant, sufficiens est etiam (*k*) *putredinem* partium quas attigerit facere, atque (*l*) *inflare* naturali habitu constitutas. Non aliter etiam illa quæ conficiuntur ex *cepe*, & *omphacii* succo, & *rhu* rubro, vel horum similibus. Item oleum vetus acre est. Illa vero, quæ *cathartica* appellat, per clysterem adhibenda, quæ nos purgativa vocamus, turborem magnum faciunt, atque stomacum vexant, & cætera quæque nervorum. Est præterea iners, tempus dandi cibi non defi-
47 nire. *Nostræ* etiam *sectæ* quidam adhuc veterum errore detenti, insuetas graves materias adhibendas probaverunt. Nunc *urinam* sive [12] *fimum* humanum cum *melle*, & *myrrha*, atque *ruta*: nunc *centauream*, & *absinthium*, & *abrotanum*, & *thymum*, & *aristolochiam*, & *tymbram*, quam nos satureiam dixerimus, & *sinapi*: nunc *Pythagoricum* atque *Isyperium trochiscum*, nomine inventoris appellatum: nunc *Polyidæ spiragida* quam appellant, atque (*m*) constrictiva, tum unctiones & cerotaria ex unguentis *sampsuchi*, atque *roris marini*, quorum singula tumoris sunt provocativa ob *fervoris* nimietatem, atque deficcandi virtutem, & (*n*) recorporandi, cum fit *celeritas* passionis, ac simplicibus curanda (*o*) *virtutibus*.

& tanquam noxia damnatur.

Thapsia vires.

k. uredinem

l. inflammare

Methodicorum quorund. errores.

m. districtiva: ut supra §. 20.

n. τὸν μετασυγκρίνειν.

o. medicamentis.

12 pueri, & canis stercus Galenus probavit.

CAPUT V.

48 *De Apoplexia.*

APoplexia dicta est, quod tanquam ex letali *percussu* repentinum faciat casum. Est autem oppressio sæpe sine febribus, repentina, & quæ sine febribus sensu privet corpora, & semper celerrima, & nunquam tarda esse probatur. Sed ejus antecedentes *causæ* communes cum cæteris esse accipiuntur, magis tamen jugis *adustio*, & *perfrictio* vehemens, & *indigestio* frequens, lavacris excita, usus etiam *veneris*, & magis in *senibus*. Item vulneratio (*a*) *membranæ*, in pueris vero etiam vehemens (*b*) *saltus* membranæ cerebri. Qui-

Apoplexia unde dicta.

Quid sit.

Ejus causæ antecedentes.

a. meningis quæ cerebrum tegit

b. ex ictu vel casu

Signa apoplexiæ futuræ; c. palpitatio πάλμος

busdam igitur ante casum nullum prævidetur *signum*: quibusdam vero præcedunt quædam significantia passionem, ut *gravedo*, vel dolor capitis, aut *vertigo*: aut aurium *tinnitus*, & in solitos usus difficilis motus: vultus mœstitudo: (*c*) *saltus* membrorum, & magis præ cæteris partibus *labrorum*: tremula *loquutio*, & veluti minus expressa, aut interruptio proferendi sermonis, sine ulla ratione: vel *oblivio* mox dictorum: vultus etiam plenitudo: egestionum difficultas. Sed hæc communiter antecedunt, vel præeunt etiam his qui in *epilepsiam*, vel *furorem* venturi videntur. Irruente passione *vocis amputatio* sequitur, & *mentis oppressio* ex repentino casu, *immobilitas* perfecta totius corporis, atque *conductio* vultus: quibusdam etiam suspensio *palpebrarum*, atque *oris* hiscens distantia: *pulsus* densus, & quadam persecutione fugatus: articulorum gelidus torpor: parva respiratio: *color* plumbeus, atque involuntaria lacrymatio. Pejorante passione atque in *exitium* ægrotantis crescente, *vultus* adductio, ita ut longior nota videatur imago: *præcordiorum* prominentia, atque totius corporis frigidus torpor: *pectoris* stridor, & superiorum partium *sudores* frigidi: immobilis etiam & super suspensa palpebrarum ac superciliorum positio. At si passio fuerit levigata, & in *salutaria* devenerit signa, corporis fugabitur *torpor*, atque frigus redeunte *fervore*: partes etiam quædam *saltu* errante movebuntur, in his qui omnino caruerant: distillatus humor *faucibus* transvoratur, quanquam difficile, nec tamen (*d*) prisca intercessione impeditur. *Punctus* etiam vel *inclamatus* ægrotans palpebram movet, atque *labia* conducit, significans sese audire vocantem posse: & universali dicto, quod *Græce* [1] catholicon vocant, quidam prima die *moriuntur*, quidam duobus, vel tribus diebus *supervivunt*. Alii vero *salvantur*, quorum alii statim sese resumunt, alii *paralysi* partis, vel partium corporis vexantur. Item quidam partva (*e*) *conversione mentis* afficiuntur, ut aut alienentur, aut tristes, & somniosi videantur, ut si eos quisquam e somno excitaverit, aliquid alienum loquantur. Est autem passio *strictura*, atque celer & *acuta*, & vehemens, & in *senibus* abundans, & *hyemis* tempore & autumni fine. Vocatur etiam a quibusdam *paraplexia*. Vehementius autem in ista passione patitur *caput*, sicuti conjiciendum ex his quæ antecedunt, atque

In pejus ruentis;

In melius vergentis.

Præsentis.

Qualis sit passio, & cui etati, quoque tempore magis sit infesta.

d. æquemole sta ac prius

e perturbatione

59

51

52

[1] καθολικὸν dictum, quod ad omnes in universum patet, & spectat.

atque corporis oppressione. Et sunt *difficiles curationes* fortium hominum. Debiles etenim oppressionibus magis superantur, atque ferre majora adjutoria minime possunt. Hinc etiam *fœminas* specialiter difficilius viris curari perspicimus, atque *senes*, & *pueros*, à perfectis ætatibus, & *tabidos* magis quam qui habitudine vigent. Item eos qui *prætacti* fuerint ægritudine, magis quam qui nulla fuerint morbi contagio-
53 ne sauciati. Adjuvat etiam difficultatem *hyems*, nonsolum quod corpora denset, verum etiam quod quibusdam adjutoriis (*f*) oppugnet, ut gestationibus (*g*) liberis, ac nudis. Similis autem ac vicina est apoplexiæ *lethargia*, *epilepsia*, matricis *præfocatio*, secundum aliquos, & *paralysis*, & gravatio, quam Græci *Caron* appellant, & (*h*) dissolutio. Discernitur ergo a *lethargo*, siquidem omnis lethargus (*i*) in *febrem*, atque cum febre fiat, rarum habeat *pulsum*, & neque semper *sensibus* privet: *Apoplexia* vero & sine febribus fiat, & parvum atque densum faciat pulsum, & repentinum tanquam ex letali percussu faciat casum. Item quod ex membranæ vulneratione apoplexia fiat, (*k*) *lethargia* vero nun-
54 quam. Discernitur etiam ab *epilepsia*. Siquidem *epileptici* quidem totius corporis (*l*) *conductione* agitentur, & spumas agant, *apoplecti* vero nunquam: Item *post accessionem* epileptici integro habitu consurgant frequentius, apoplecti vero *paralysin* partium sustineant: Item apoplexia acuta atque *celeris* semper accipiatur, Epilepsia vero etiam *tarda* sæpissime inveniatur. Item a *matricis* præfocatione discernitur. Siquidem non præcedat *capitis querela* matricis præfocationem. Item in accessione conducta atque sese sustollens *matrix* inveniatur, in
55 apoplecticis vero hoc nunquam contingat. Dehinc cessante accessione *apoplectæ* fœminæ nesciunt gesta, illæ vero quæ *matrice* fuerint præfocatæ, resipiant atque narrent quemadmodum fuerint oppressæ. Item matricis præfocatio *tarda* esse perspicitur, hoc est *chronia*, *Apoplexia* vero nunquam. Discernitur etiam a *paralysi* apoplexia, quanquam idem multis videatur veteribus, ut [2] *Hippocrati*, & *Diocli*, & *Praxagoræ*, & *Asclepiadi* Titiensi, & *Demetrio*, & si qui alii præterea. Inquiunt enim *apoplectos* toto corpore vitiatos paraly-
56 si, *Paraplectos* vero particulis. [3] *Themison* vero capitis vel

Ejus curatio semper est difficilis.

f. repugnet
g. non opertis, ut in lectica
Affectus apolexiæ affines.
h. cardiaca passio sive syncope
i. post
Quomodo differat à lethargo;
k. hoc falsum *ab epilepsia;*
l. motu

a suffocatione uterina;

a paralysi.

T in

2 Is putavit ἀποπληξίαν esse corporis universi παράλησιν.
3 Hæc Themisonis theoria rationi & experientiæ valde congruit,

in capite paralysin cum mentis impedimento, proprie *apoplexiam* vocat. In aliis vero partibus corporis, sine impedimento mentis, hanc ipsam *paralysin*. Sed non oportet certare de his ex quibus curationis ratio non sumitur. Solum tamen commemorandum est, quod *apoplexia* celeris atque *acuta* natura intelligatur, *paralysis* vero propria quæ dicitur, *tarda* semper intelligatur. Item (*m*) gravatio & (*n*) dissolutio inter (*o*) resumptionem veniunt, & nunquam præcordia suspendunt, & neque difficultatem resurgendi ut (*p*) alii, faciunt.

m. κάρος
n. καταλυψις
o. iis qui ex morbo convalescunt.
p. Apoplexia
q. Aphor. 42 sect. 2.

57 *Curationem* vero principaliter *apoplexiæ* nullus nobilium priscorum tradidit. Siquidem *paralysi* generaliter hanc putent adscribendam. Solus *Hippocrates* ait, [*q*] *apoplexiam* vehementem solvere impossibile, imbecillem vero non facile. Item aliarum *sectarum* successores *aceto* atque *oleo* caput fovent, cæteras autem partes corporis *vino*, & *oleo*, lanis contegentes rudibus, atque intrectatis. Secundo studiose caput fovent, admiscentes *hederam*, vel *serpyllum*, aut *peucedanum*, quorum fugienda est acrimonia atque constrictio. Adhibenda est igitur passioni congrua *curatio*. Nam locandi sunt ægrotantes loco *lucido* mediocriter, atque *calido*. Utendum etiam *articulorum* blandi tactus (*r*) continentia, atque limpidæ lanæ tectione mediis partibus capitis, & collo. Adhibenda etiam olei *fomenta* dulcis, atque calidi, & expressa ex aqua calida *spongia* vultus circuntegendus. *Potus* dandus aqua calida, vel mulsum distillandum sensim faucibus. Adhibenda etiam *phlebotomia*, non necessario expectata *diatrito*, dimissionis tamen tempore, vel circa primæ lucis exortum, cum ex aliqua parte corporis frigidus torpor visus fuerit egelari. Etenim qui prius quam hæc provisa sunt, in materiæ detractionem festinavere, latenter accessionis tempore decepti, phlebotomiam adhibent, vel certe jam expirantes ægrotos phlebotomando, nihil prodesse potuerunt. Siquidem 59 neque materiæ fieri potuerit exitus, cum corpus (*s*) desertum exitum sanguinis negat, quanquam divisa venula videatur. Adhibenda etiam *abstinentia*, usque ad primam diatriton: tum *unctio* calida; atque spongiarum calida expressarum

Curatio apoplexiæ ex mente Cælii.
r. contrectatione
Vena secanda & quando.
s. viribus destitutum

& Cælii ad eam instantia non admodum gravis: si enim ipsa illa paralysis, quæ diu membrum aliquod particulare vexat, in cerebro sedem figeret, æque foret celeris & acuta.

ſarum *vaporatio*, & *ſorbilis* cibus, vel *panis* aqua calida infuſus, vel mulſo. At ſi ventris officium non ceſſaverit, *clyſter* ſimplex adhibendus, cum *cucurbitæ* appoſitione cum *ſcarificatione*, tempore quo [4] ſæpiſſime docuimus, *occipitio* atque omni *ſpinæ*: ſpongiarum vaporatione utendum, & *cataplaſmatibus* laxativis, tum *radendum* caput totum, & multis partibus ejus cucurbitæ ſimiliter apponendæ, & uſque ad declinationem paſſionis, *alternis* diebus cibus dandus: vel ſi viribus fuerint ægrotantes fatigati, erunt quotidie nutrien-
60 di. At ſi paſſio declinaverit, *cerotaria* apponenda, & in oleum, vel in calidam & oleum deponendum, atque fovendum corpus. Tum *varius cibus* dandus, adjectis oleribus, tunc piſcibus, & volantum carnibus: dehinc etiam *lavacrum* adhibendum, atque *pomorum* quicquam dandum: dehinc *vinum*. (*t*) Servandus etenim magis eſt ſupradictorum connatus atque coacervatus uſus, ob paſſionis difficultatem. At ſi quiſquam ex *apoplexia* liberatus aliquas corporis partes paralyſi (*v*) *vitiaverit*, harum curationem ex libris quos de *tardis* paſſionibus ſcribentes docebimus, ſumendam jubemus. Eos vero qui *membranæ* vulneratione in hanc paſſionem cadunt, ita curandos monemus, ut inferius demonſtrabimus.

Quid agendum, cum morbus declinat.

t. vitandus

v. vitiatas habuerit

CAPUT VI.

61 *De conductione, quam Græci Spaſmon vocant, & diſtentione, quam Tetanon appellant, & earum ſpeciebus.*

CONſequens eſt de *conductione* atque *diſtentione*, & earum ſpeciebus dicere. Utraque igitur paſſio ab *accidenti* nomen ſumpſit, *conductio*, a conducendo atque contrahendo: *extenſio*, ab extenſione patientium partium. Sed ejus ſpecies ſunt, *emproſthotonia*, & *opiſtotonia*, quas nos pronum raptum, atque ſupinum appellare poterimus, alterum ab eo, quod in *anteriora* conductionem facit, alterum quod ad *poſteriora*.
62 Sed antecedentes *cauſæ* ſupradictarum paſſionum, ſunt hæ, *percuſſus* majorum nervorum, quos *tenontas* appellant: vel ſupra ipſos jacendi jugis poſitio, duris incumbens ſuppoſitis: vel grave quicquam cervicibus impoſitum: vel *meracum* potum, aut profunda (*a*) *perfrictio*: aut, ut ſæpe contingit,

Spaſmi ſpecies.

cauſa.

a. ψύξις frigoris ſenſus

4 Iis nimirum intervallis, quibus morbus maxime eſt remiſſus.

vulneratio nervorum, vel musculorum, atque *vinum* iisdem vulneribus manentibus potum, vel (*b*) *frigidum*, & magis eo tempore, quo sordibus * carentia purgari vulnera videntur, vel in cicatricem venientia, sæpissime [1] *raptus* occurrit. Aliquando etiam celerius, hoc est, adhuc *vulneribus* in [2] tumore constitutis. Est autem juxta diffinitionis formam *conductio*, quam Spasmon *Græci* appellant, *involuntaria tensio, atque conductio partium, cum vehementia, & acuto dolore, ob strictura nimietatem*. Distentionem autem, quam *Tetanon* vocant, *Asclepiadis* sectatores dicunt extensionem corporum, * ut alii vero partium; nescii (*c*) quomodo etiam voluntate tendimus quasdam partes: & in his qui *satyriasi* vexantur, vel *podagra*, extensio est genitalium partium, vel pedum, nec tamen *distentio*, quam *Græci* Tetanon vocant. *Alii* ajunt distentionem esse *tensionem musculorum secundum colla, atque* (*d*) *buccarum*, quos Siagonitas vocant, *cum tensione, ac dolore effecta*. Alii nostræ sectæ scriptores pro tensione (*e*) *conclusionem* vocaverunt, sub alio nomine id ipsum significantes. Hanc enim *causam* passionis esse voluerunt. Sed his omnibus communiter respondendum est, quomodo causa a passione plurimum differt. Dicendum est igitur non quæ *causa* sit distentionis, sed quæ sit *distentio*. Etenim causa, siquidem sit occulta (*f*) discrepat, atque pro captu mentis signorum [3] varia esse invenitur. Ea vero quæ concurrunt passioni, hoc est cunductioni, prompta, atque manifesta, & omnibus intelligibilia esse probantur. Et est (*g*) *amandum*, ut vires patiuntur, *ex his quæ non discrepant, disciplinam si tradamus*. Secundum nos igitur, distentio, sive extensio, quam ut supra diximus, *Tetanon* Græci vocaverunt, est involuntaria tensio, recto atque inflexibili porrecta (*h*) *cremento collorum*, ob vehementem *strictura*, sive tumorem. *Raptus* vero posterganeus, quem *Opisthotonon* Græci vocant, est involuntaria colli *retractio*, ob nimiam strictura, sive tumorem. *Pronus* item raptus, quem Græci *Emprosthotonon* vocaverunt, incli-

b. frigidæ aquæ usus
* scatentia

Definitio secundum Cælium;

63

*aut aliquarum partium
c. quod

secundum alios.
d. buccas

64

e. nervorum sc. & tendinum

f. varia atque varia est: differentias multas habet
g. Græcismũ sc. ęqui bonique consulendum.
h. frigida & inflexibili constantia

65

1 Quoniam ichor in parte vulnerum profundiore retinetur, unde nervi irritantur.

2 Hoc contingit præcipue in nervorum tendinumve punctura, laceratione, aut non plena abscissione.

3 Cælius hoc loco & alibi passim nimis est Methodicus, dum causarũ cognitionem non solum negligit, sed spernit, imo impugnat; cum tamen sæpius totius curationis cardo in ea versetur. Alias laudandus, quod tam accuratas morborum historias nobis tradat, ubi palmam omnibus fere scriptoribus præripit.

inclinatio colli in anteriores partes involuntaria ; ob vehe-
66 mentem tumorem sive stricturam. Sed *involuntaria* hæc dicta sunt, ad discretionem eorum, qui voluntate sua colla hoc schemate componunt: ob tumorem autem, sive *stricturam*, ad discretionem eorum qui (*i*) ligationibus *tormentuosi organi*, eas partes sic positas habent. (*k*) Tentantibus igitur in hæ passiones devenire hæc obveniunt: difficilis *cervicis* motus: jugis *oscitatio*, & * magis (*l*) locis volentibus: sequitur etiam non sine dolore *jacendi* positio, atque *nervorum* majorum quos tenontas appellant, levis *tensio*, & durities: *punctio* interpellans ex spina usque ad occipitium; atque bibendi difficilis transvoratio, contemptibilis tamen: 4
67 *temporum* dolor & magis eo tempore crescens, quo hiscere atque os aperire voluerint patientes: *auditus* gravis: *linguæ* impedimentum, & imprompta loquutio: *salivarum* fluor continuus: surarum atque vestigiorum dolidus sensus, & sine ratione veluti *ridens* vultus, cum quadam (*m*) *mobilitate* suarum partium. Ascendente passione, atque erumpente, *distentio* dura, & durities partium fit, cum *dolore* vehementi *colli*, atque musculorum qui *buccas* colligant: *rubor* vultus, & (*n*) *colligatio* supradictorum musculorum: *dentium* quoque concubitus, hoc est, incumbens confixio: sudor plurimus:
68 *articulorum* frigidus torpor: *pulsus* obscurus: *extensio* colli: *spiratio* difficilis: *contractio* crurum atque manuum, & infusi & destillati liquoris in os, *recursio per nares* fit: quibusdam etiam mentis *alienatio*, cum celerrima spiratione sequitur: gutturis & pectoris *stridor*. Sed *tetanicis* recto ductu distenta magis videntur colla, atque ita, ut inflexibilia fiant. *Opisthotonicis* vero contractus ad posteriores partes fit, cum nimia tensione, atque dolore *dorsi*, & *clunium*: His etiam crura conducuntur, & neque manus distenduntur: *digitos* conductos atque implicitos habent, ut *Hippocrates* ait, & majorem digitum, hoc est, *pollicem* cum cæteris tenent, ut frequen-
69 tius contingit: se quoque continere non possunt, sed quadam mobilitate resiliunt, cum dolor irruerit. Hi sunt *pejores* tetanicis, & omnes (*o*) ab alteris, quoties non sine *vulnere*, sed in vulneribus (*p*) *propriorum* ac salutarium locorum his ægri fuerint affecti passionibus. *Emprosthotonicis* autem colla conducuntur in *anteriorem* partem, atque *mentum* pecto-

i. quibus a carnifice torquentur
k. pronis, declivibus *Signa spasmi instantis*;
**maxime locis quibus nolimus*
l. locis in affectum venientibus
m. palpitatione *præsentis*.
n. fortissima contractio
signa specialia Tetani; *Opisthotoni*;
o. sc. pejores sunt quam alii
p. principum partium *Emprosthotoni*.

4 Ob affectos musculos temporales.

pectori configitur: tenduntur *ilia*, & præcordia cum frequenti (*q*) delectatione *urinæ* egerendę, & difficili flexu digitorum. Liberari vero ex his omnibus difficile ægrotantes, si in *vulneribus* spasmus emerserit, vel si *spinæ* fuerit innata 70
durities. At si sine febribus spasmus irruerit, facilius liberantur. *Febrem* vero secundum (*r*) *Hippocratem* in spasmum venientem *salutarem* accipimus, *Spasmum* autem in febrem, *perniciosum*: quanquam ejus [5] excludant sententiam, dicentes quia secundum ipsum *febrem* corpora gravant, multo magis geminant incommodum, cum vehementibus doloribus. *Laxat* enim, inquiunt, tumorem naturalis ac *mediocris fervor*: febrium vero acer, & contra naturam *immodicus*, vexat. Quapropter ex minutione eorum, quæ (*s*) passionis sunt, spem futuræ sanitatis melius accipimus.

q. irritatione

Signa prognostica.

r. aph. 26. l. 2.

s. quæ passioni adjuncta sunt

CAPUT VII. 71

Quomodo discernimus raptum quem Græci Spasmon vocant; a tremore atque saltu.

DIscernens raptum a *tremore* atque (*a*) *saltu* Demetrius *Herophili* sectator, in corporibus inquit, *raptu* vexatis, motum fieri per *extensionem*, atque *conductionem*: in iis vero qui *tremore* afficiuntur, *agitatione crebra*. Item in his qui *saltu* afficiuntur, levabilem & passibilem motum fieri indicavit, & magis in partibus sensibilibus, ac nervis qui voluntario (*b*) motu subjecti sunt: *spasmum* vero etiam in [*c*] colligationibus membrorum fieri sensit, & non solum in quibusdam sensibilibus partibus, verum etiam in his quæ sensu carent, atque ita inquit, [1] *gaudio* quædam membra saltum sustinere, quædam vero nunquam: item *senectute* tremorem fieri, non raptum, asserit. Addendum tamen, [*d*] quomodo sine ulla distentione saltus movetur, atque tremor efficitur: cum tensione autem vehementi, raptus membrorum fit. Item secundum [2] *Asclepiadem* extensio atque *con-*

a. palpitatione

Variæ veterum Medic. de spasmi differentia sententiæ.

b. motui

c. in ligamentis

d. quod

du-

5 Cælius hic suum Hippoc. contradicendi studium celat, nec immerito. Cous enim & rationem & experientiam in suis partibus habet: nec loquitur de tali febre quæ sola hominem interimere potest.

1 Id est cum voluptate. Videtur hic respicere ad palpitationem illam quæ in seminis ejaculatione contingit.

2 Voces hæ Asclepiadi, aliisque priscis Medicis usurpatę hodie non idem significant. Quod enim ille *extensionem* & *conductionem* vocat, no-

ductio partium tarda, & perseverans esse perspicitur : (*e*) *e.* motus
73 *spasmus* vero brevissimi temporis, & (*f*) celerrimi *tremor* · spasmodici
Sed saltum ab his discernentes quidam *Asclepiadis* sectatores *f.* sc. tẽporis
ajunt, non extensione vel conductione fieri, sed *levatione* ac *depositione*, quod quidam non consenserunt. Etenim ex tanta levatione, inquiunt, atque depositione quam sustinent, (*g*) atque levata (*h*) ut deposita, extensionem, atque incurvationem vel flexum fieri probant. Hos denique motus *g.* æque manuum, quos ita fieri perspicimus, medium ajunt esse *saltum* (*i*) raptus, atque tremoris, magnitudine ac distantia *h.* ac temporis, jugem extensionem atque conductionem in *tremo-* *i.* inter raptum & tre-
74 *re* fieri magis quam in saltu, raram vero in *raptu*: Item *par-* morem
vam extensionem ac conductionem in tremore, *majorem* vero in saltu, *ingentem* in raptu. Dehinc nomen quoque dicunt communius esse atque late diffusum, quoniam saltum solemus etiam *cordis* vocare & *arteriarum* motum. *Hippocr.* denique inquit *frontis* venas saltum sustinere, cum neque tremor in his partibus fiat. Est enim passio nervorum. Sed his respondendum est, oportere etiam venas atque arterias & raptu vexari, atque tremore affici, quantum in ipsis est. Siquidem etiam motus earundem partium alios atque alios fieri magnitudine atque temporis distantia differentes videamus.

CAPUT VIII.

75 *De Curatione.*

ÆGrotantes jacere oportet *loco* sufficientis magnitudinis, *lucido* mediocriter, atque *calido*, nullo etiam *odore* in- *Qualis locus ac decubitus convoniat.*
fecto, mollibus atque calidis stramentis. *Prima* enim *celeritatis morborum mitigatio est straminum mollities*. Dehinc *sine cibo* facimus ægrotos durare usque ad primam *diatriton*, si vires permiserint, summo cum silentio jacentes. Tum *lanis* *Nota.* *Qualia fomenta.*
mollibus, ac mundis, *oleo* dulci & calido infusis, colla circuntegemus, & buccarum musculos quos *siagonitas* vocant, & majores nervos cervicis, *tenontas* appellant: tum clunes,
76 atque omne quod doluerit. Sed (*a*) ob permanentem fer- *a.* ut permaneat fervor
vorem, erunt extrinsecus apponendi *saccelli*, vel cujusquam lanæ quæ
materiæ vaporationes, aut *vesicæ* oleo calido repletæ, aut admota est.
panni

bis *spasmus* audit : quod illi *spasmus*, nobis motus *convulsivi*.

panni calidi, aut, ut supra dictum est, saccelli *lini* semine torrido pleni, vel (*b*) *cantabro*, fervente aqua & oleo decocto. *Articulos* quoque manibus tenentes calefacimus, & *sudorem* ob pressuram ac turborem venientem pannis calidis excipimus. Frigescit enim (*c*) permanens, & consensu partium passionem geminat. At si vehementes fuerint dolores, erit adhibenda *phlebotomia*, dimissionis tempore, atque ante tertium diem, si passio coegerit: si minus in ipsa *diatrito*, aut post 77
ipsam, viribus permittentibus. Tunc colluere aqua *calida* permittimus, & potum accipere. In ipsa vero *diatrito* oleo dulci atque calido, & mulso corpus omne perungemus. Ora etiam aqua calida foventes, tunc cibo nutrimus *sorbili*, atque tenui, ex *alica* vel *amylo*, aut *pane* ex mulso, vel pane insuccato ex eodem mulso. Oportet enim etiam cibum ebibi potius quam masticari, ob dentium conclusionem: quam leviter digitis aperire tentabimus, prohibentes ligneos, ut plerique adhibent, cuneos. Etenim quassationem partium atque indignationem faciunt, toto tempore cibi sumendi permanentes. Tum cæteris diebus ea quæ fovimus, *cataplasma-* 78
tibus curamus: dehinc etiam *spinam* totam cum *lini* seminis polline, & *fœnugræci* semine, singularibus, vel commixtis ex aqua mulsa, cataplasmamus, superponentes extrinsecus quicquam de supramemoratis calefactionibus, quo possint cataplasmata multo tempore calida permanere. Item per *clysterem* oleum calidum injicimus: vel calidam & oleum: aut aquam in qua fuerit decoctum semen *fœnugræci*, vel radix agrestis *malvæ*. Simul enim & stercora detrahimus præminentia, & tumentes partes fovendo relaxamus. Utimur præ- 79
terea *cucurbitis*, & magis cum passio sumpserit statum; sed in *accessione*, levibus: in *dimissione* vero, etiam scarificatione adjecta. Erunt autem infigendæ *occipitio*, & *collo*. Sed aliquando ante impositas cucurbitas, expressas *spongias* ex aqua calida, oleo, aut decoctione fœnugræci, aut lini seminis, aut hibisci apponemus. Apta etenim vehementer ex his vaporatio lentescenti liquori ac nervis laxandis (*d*) accipitur, & quæ musculos buccarum, quos *siagonitas* vocant, sit sufficiens relaxare. Tunc post vaporationem cataplasmatibus utendum. Aliqui denique non sine ratione commoti, etiam 80
teneris & (*e*) exercitis *pellibus* agnorum, vel hœdorum, oleo calido tinctis, atque madefactis, loca patientia vapo-

b. furfure

c. i. non detersus sudor

Quando vena sit secanda.

Qualis diata prosit.

Quando, & qualibus cataplasmatis utendum.

Quibus Clysteribus.

Quando cucurbitis.

d. vero simile videtur

e. paratis

ra-

raverunt. Damus etiam oleum calidum *ore* continendum, & quanquam omni tempore conveniat, magis tamen cum *cataplasmata* apponimus, hoc probamus faciendum, quo ex interioribus quoque *buccarum* colligatio laxatur, cibum dantes alternis diebus, donec passio declinet: si vires ægrotantis permiserint, in iisdem perseverabimus, solam aquam calidam, vel mulsum calidum, dimissionis tempore, offerentes.

81 Tunc cum ex parte passionem *mitigatam* senserimus, *embasim* olei vel aquæ & olei adhibemus: cujus rationem atque ordinem libris specialium adjutoriorum docebimus. Dehinc quotidianis diebus humaniore *cibo* nutrimus, præcaventes etiam nunc *dura* quæque ac difficilis transvorationis dare mandenda, sed magis *pultes* offerentes, vel *olera*, vel *cerebra*, vel *pisces* teneros, & omne quod facile accipi ac digeri potest: ne ob vehementem masticationem naturales colligationes buccarum, quas *Græci* [f]χαλίνους vocant, moveantur

Quid agendum morbo mitigato.

82 Erunt præterea loca ipsa quæ patiuntur *cerotario* curanda ex oleo dulci, vel cyprino confecto. Item *diachylon* medicamento, & quod appellant *Mnasei*. Tunc etiam *acopis* utemur quæ fiunt ex amylo, atque adipe, & ex infusionibus ac decoctionibus fœnugræci, & lini seminis, & his similibus. Tunc *lavacrum* adhibemus, præcaventes aquam frigidam: dehinc dabimus etiam *vinum*, ut sæpe docuimus, qualitate, atque natura, & quantitate congruum.

f. tanquam earum frænna, & compages.

83 Veterum medicorum *Erasistratus* tetanicam passionem non memoravit. *Herophylus* vero nihil plus inquit, nisi quod vehemens *opisthotonia* rectiora facit ea quæ nodorum spinæ (*g*) evulsione arcuata videntur, & quod *febricula* irruens passionem solvat. Item *Serapion* primo libro curationum sic inquit curandos *tetanicos*, quemadmodum *phreniticos*, quapropter sumendæ sunt contra ipsum responsiones, quas de phreniticis dicentes docuimus: item ex (*h*) his curationem hujusmodi passionis tradiderunt. *Hippocrates* libro quem ad sententias [1] *Cnidias* scripsit, *cerotario* inquit ungendos opi-
84 sthotonicos, & *aqua* calida eorum crura fovenda. Jacere jubet in *lineis* stramentis, utens ad ventrem movendum col-

Herophili & Serapionis sententia.

g. curvatione: *alii* connexione

h. sub. principiis

Item Hippocratis

1 Libro 4. De rat. vict. in morb. acut. Epidemior. lib. II. notabilis extat Historia Phænicis cujusdam Opisthotonici, ex quo loco, ut & hoc ad sententias Cnidias, sive de victus ratione in acutis, Cælius sequentia desumsit, nec sine malignitate.

i. hodie suppositoria. k. τῶ μάδῃ τῆς ῥίζης τρίβωνεν οἴνῳ εὐώδει, καὶ δεῦκον πίνειν δίδῳ. maligne carpitur.

lyriis quæ appellavit (*i*) *balanos*, & potionibus ex radice (*k*) *bryoniæ*, & *dauco*, atque *vino* confectis. Offert præterea *farinam* coctam tepentem in partem cibi, ut sæpissime facit, permittentes etiam vinum superbibendum, quando voluerint ægrotantes. Tetanicos vero phlebotomat, non advertens adhibendam vere *phlebotomiam*, sed non solam. Non enim dignum atque sufficiens tantæ passionis unum adjutorium esse probatur. Item *collyria*, sive balani, & *potiones* supra memoratæ, & *vinum* intemporaliter datum patientibus, contrarium atque saluti noxium monstratur. Talia enim tem- 85
l. importuno pore (*l*) importuna nervis officiunt. Item [2] *secundo* libro quem de morbis scripsit, ait esse aliquando conducibile *tetanico* sine vulnere effecto atque (*m*) *primævo* corpore, & habitudine vigenti, æstatis tempore plurimæ frigidæ ablutionem, siquidem fervorem reclamet ac revocet. Dat etiam nigrum *helleborum* cum pipere, & lacte *asinino* (*n*) carne concocto potat, atque *sternutamentum* commovet. Mirandum igitur quod in his qui tali passione afficiuntur, *frigida* utendum existimat *Hippocrates*, qui jandudum (*o*) ait *frigida* quæ- 86
que esse inimica *ossibus*, *nervis*, *dentibus* & *cerebro*. Sternutamenta etiam commovere tumores, nulli dubium est. Item asininum lac nulla ratione laxare tumentia probatur. Dehinc stomachum evertet: siquidem sit tetri odoris & saporis. Item *helleborum* nigrum nervos obsidet, atque purgando, vel (*p*) deducendo corpus, exagitat. *Diocles* libro quo passiones atque causas, atque curationes scripsit, *tetanicis* inquit adhibenda mictoria medicamina, quæ appellavit *diuretica*: tum *ventrem* deducendum, atque vacuandum: dat etiam bibendum *passum* aquatum pueris, vel his qui ex vulnere in passionem ceciderunt. Prohibet etiam *cibum* dari, & jubet ea quæ passione tenduntur, vaporari, & emolliri. Item *tertio* libro de curationibus, similiter *clystere* utitur, & 88
vinum dulce dat bibendum, adhibens *vaporationes* nunc siccas, nunc humectas: & ungit *cerotario*, atque *lanis* patientia contegit loca. Sed ex his primo *mictoria* vesicam moventia omnes provocant nervos, qui tunc summo atque attento sensu (*q*) habitantur. Dehinc *clysteres* acerrimi, adurendo, tumores asperiores efficiunt, quos adhibendos existimat. Est etiam *vinum* repugnans, priusquam passio decli-

m. juvenili
n. cum carne
o. Aphor. 18. li. 5.
p. extenuando ac emaciando Diocles
reprehenditur.
q. afficiuntur

na-

2 Hoc idem scribit lib. de Humoribus, & Aphor. 21. lib. 5.

navérit. Et quanquam omne, magis tamen dulce, quod &
88 opportune datum inflat: denique etiam jam ſanos, indige-
ſtos, atque (*r*) inutiles & (*ſ*) implicitos facit. Eſt etiam
profecto peccantius prohibito cibo vinum dare. Item *vapo-*
rationes humidæ ſiccis atque aridis repugnant: & uſus *cero-*
tariorum ſoli paſſionis declinationi conveniens invenitur. *Pra-*
xagoras tertio libro curationum *vaporationibus* utitur, & *cly-*
ſtere, & *vomitu*. Quanta autem vexatio ſit vomitus, arbitror
ſuperfluum dicere. Eſt enim etiam impoſſibilis uſus ejus in
his, qui neque ad tranſvorandum potum os aperire poſſunt.
Heraclides Tarentinus ſecundo libro interiorum paſſionum te-
tanicos & opiſthotonicos *clyſtere* curat, & præpotat jure
gallinaceo & *laſere*, cum primo ſint hæc ventris inflabilia.
Item laſeris virtus acerrima, clyſterum vero incendioſa.

r. ſegnes, tardos
ſ. anxios, mœſtos
Ut & Pra-xagoras,
& Heraclides.

89 Dehinc *Aſclepiades* ſecundo libro celerum vel acutarum
paſſionum, incipiente, inquit, dolore *tetanicos* aqua *calida*
fomentamus, *nocte* atque *die* ſcilicet, ut præter incongruæ
qualitatis percuſſum, etiam temporis peccato, atque immo-
dicæ quantitatis, dolentia provocentur, quum ſit tunc mi-
tigationis atque blandimenti opportunitas. Interea inquit *ſac-*
cellis ex milio confectis fovemus, vel (*t*) *cachry*, vel *ſáli-*
bus, quæ quidem ſine dubio ob acrimoniam acutis paſſioni-
bus ſunt contraria, tanquam acre collyrium his qui acutis
doloribus oculorum afficiuntur. Hic præterea etiam inquit
aridas vaporationes operantius mederi, quam *cataplaſmata*,
non advertens, quia tunc *nervi* ob colligationem tumoris in-
90 digent laxamento atque indulgentia. Ex ſiccis autem vapo-
rationibus, ut etiam ipſe [3] confitetur, ſiccantur, & tenuan-
tur, & areſcunt corpora. Convenit etiam (inquit) *cataplaſ-*
ma ſimplex, quod ὠμὴν χύσιν appellant, *pueris* atque *mulie-*
ribus, & *viris* quorum corpora fuerint (*v*) dimiſſa, atque
molliora, vel tenera, cum potuerit id omnibus conveniens
dicere. Quid enim tam [4] vanum atque (ut ita dixerim) ri-
diculum, quam ob uſum cataplaſmatum naturam, vel æta-
tes, ac vitæ conſuetudinem (*vv*) præſervare? Dehinc poſ-
ſunt pueriles ætates, vel muliebria corpora non libere edu-
cata, neque mollia inveniri: quo fit ut communiter in o-
mnibus utiliſſimum cataplaſmatis adjutorium prohiberi videa-
tur.

Aſclepiadis methodus ut noxia paſſim notatur.

t. ſemine roris marini
Nota comparationem haud illepidam.

v. laxa

vv. obſervare

3 lib. 1. de rect. vict. in morb. acut. idem Hippocr. ſcribit.
4 Hoc falſum, & ſi credatur, perniciosum.

x. istum

tur. Ob (x) istius errorem qui non manifestis intentioni- 91
bus res advertendo, *falsis curationibus* implicatur, adhibet etiam *clysteres* acerrimos atque vehementius operantes, salutarem putans ex his *febrem* generari, quo raptus, sive adductio materiæ e partibus patientibus ad *intestina* fiat. Quæ igitur major accusatio esse potest acerrimi *clysteris*, quam quod *febrem* facere promittatur? Quid enim utile ex eo sperare possumus, ex quo id perficitur quod etiam sine tetanica passione grave corporibus existimatur? Probat etiam vehementes (y) *fervores* similis acrimoniæ, jubens saccello *sale* pleno aqua calida tincto partes quæ patiuntur vaporari: Tunc duobus (z) *cauteribus* alternis sales incendi, ut ex ip- 92
sis invadens quædam spiratio penetret altiora. Sed horum acrimoniam jampridem reprobavimus. Idem (a) *ignem* plurimum accendens, & (b) superponens ægrotantem, omnes *spondylos* spinæ oleo per diem atque noctem jugiter fricat, at est vehementer culpabile. Omnis etenim (c) impressio, & *tumentia* provocat & *dolorem* geminat. Item jugiter diem atque noctem id facere jubet, * usu etiam sanos potest quadam vexatione (d) in consensum mittere: quippe cum sæpe in uno latere jacentes, atque eodem tardantes schemate, vexemur. Item plurimus *frictionis* usus densat: denique 93
etiam in ferventibus *lavacris* corporis superficies perstipatur. Et quid ultra dicam? cum sit evaporativæ virtutis *paroptesis*, tetanos autem *mitigatione* indigeat, ob celeritatem sui. Item ait *cucurbitam* utilem magis quam *phlebotomiam* huic probari passioni, nisi (inquit) febres prohibuerint materiæ (e) detractionem: vel in venis plurima fuerit plenitudo. Tunc enim erit phlebotomia adhibenda in ipsa vehementiæ summitate. Difficile enim inquit detractionem fieri *corpusculorum* posse, tempore dimissionis. Sed dicimus contra neque ra- 94
ptum *cucurbitæ* posse febribus cohiberi, sicut in ipso sæpe opere probavimus: neque melior quam phlebotomia, vel (f) prælatior usus cucurbitæ esse potest. Etenim in *augmento* phlebotomia locum habet, quo tempore *cucurbitam* adhibere non licet; neque cucurbitæ tempore phlebotomiam, quo noxia probatur. *Tempus* etiam *phlebotomiæ* illud est, quod etiam aliorum [6] *amputantium* adjutoriorum, (g) ut

y. vapores calidissimos.
z. ferris ignitis
a. πβρίπτη. σις *Asclepiadis mirum auxilium*
b. prope apponens
c. rudis tractatio
d. dolorem in iis per consensum excitare.
* & sic
e. per cucurbitulas
V. *Sectio & cucurbita se mutuo excludunt.*
f. magis prę ferendus

6 Quæ nimirum cito magnaque copia peccantes humores detrahunt, ea recentioribus eradicativa vocantur.

(g) ut est[7] *dimissionis*, in totius *augmento* passionis: in *accessione* cum *simpliciter mitigantibus utimur adjutoriis*. *Asclepiades* autem ob extinctam falsis intentionibus (*h*) causam, neque aptum scire potuit phlebotomiæ tempus. Declinante igitur passione ægrotantes nutrit, atque *succis* & *sorbilibus* cibis.
95 Sera igitur si declinatio fuerit, quam expectandam ob nutriendum putat, aut ut sæpe contigit, post decem dies effecta, immodica atque *interfectrix* tanta *abstinentia* judicatur. Dehinc quæ ægro adhibenda sint, docere neglexit, utrumne *piscium*, an *volantium*, vel *quadrupedum*, sed omne genus (*i*) corruptibile atque inflabile complexus est. Præterea linquens vere *resumptoria* adjutoria, quæ magis fuerant demonstranda, aliena ordinavit. Hæc sunt quæ Asclepiadi res-
96 pondenda probamus. *Communiter* autem *repudianda est omnis alia* (*k*) *quæque fuerit acrior materia*. Etenim quidam, sicut *Clodius* Asclepiadis sectator memoravit, *laser*, quem *Græci* opon Cyrenaicon vocant, cera involutum bibendum, tradiderunt. Dant etiam *castoreum* præbibendum, & *ferulagine*, cum *euphorbio* colla perungunt, atque spinam. Item plerique superficiem vulnerant *ignis* ustura, & ex *sinapi* atque fico adhibent cataplasma. *Alii* frigida fovent, cum nimiam viderint tensionem, & post perfusionem frigidæ, fricant calidis rebus. *Alii* utuntur etiam lauri baccis, & thymo, & origano, & nepeta, & hysopo, & herba salvia, & butyro, & cedria, & herba (*l*) pulicaria, & [8] semperviva: ausi et-
97 iam quidam [9] *viscellum ranarum* dare, quæ omnia prompta atque manifesta peccata probantur. *Alia* enim ob acrimoniam tumorem (*m*) provocant, ut *euphorbium*, & *ferulago*, & *laser*, & *sinapi*, vel his similia: *alia* constringendo perfectam stricturam (*n*) contendunt, ut herba *pulicaris*, quam psyllium vocant, & *semperviva*, quam aizoon vocant, & aqua frigida. *Viscellum* autem ranarum (*o*) *experimentum* esse dicitur, & est odiosum, in semet nihil habens commodi, quod ratio probet.

g. nempe *Normam Methodicorum catholica*.
h. rationem judicium
i. nempe succos & sorbilia
k. quæcunque fuerit *Glodii aliorumque methodus reijcitur*.
l. Psyllio
m. irritant
n. intendunt augent
o. nulla artificiosa ratione inventũ

7 Quando nimirum æger tempore, quo morbus increscit, se habet meliuscule.

8 Ut illarum humore duritiem, tensionem, siccitatem nervorum mollirent, laxarent, emendarent.

9 Nimirum sperma, quod instar gelatinæ seu visci aquis innatat. Aliis viscellum hoc jecur audit.

CA-

CAPUT IX.

De Hidrophobia. 98

Hydrophobia etymologia.

DEinde *hydrophobia*, quæ nomen sumpsit ab accidenti. Est enim vehemens *timor aquæ*. Nam *Græci* timorem *phobon* vocant, aquam *hydor* appellant. Ii denique detracta *litera* δ adjicientes γ, *hygrophobiam* vocaverunt, quod omnem (*a*) liquorem metuat: sed consuetudo magis primum obtinuit nomen, siquidem plus *aquam* timeant ægrotantes, vel quod inter cæteros liquores plurimum aqua præstet. Alii quoque *phobodipson* appellant, quod cum timore sitiat: *Polybus* pheugydron: siquidem aquam fugiat. Nos denique *aquifugam* dicere poterimus. [1] *Andreas* Cynolysson vocavit, 99 veluti ex *rabie canina* morbum conceptum. Accendens autem *causa* passionis, est *canis rabidi morsus*, velut quidam memorant, cæterorum quoque animalium, quæ sint simili rabie noxia, ut *luporum*, *ursorum*, *leopardorum*, *equorum*, & *asinorum*. Hominum *hydrophoborum* quidam in hydrophobicam passionem devenerunt solius *aspirationis* odore ex rabido cane adducto, cum (*b*) deflectione quadam naturalis spiratio vexata *venenosum aerem* adducit, & (*c*) talibus inserit partibus. Alii rabidi animalis *unguibus* læsi in rabiem devenerunt. Memoratur denique sic *mulierem* in hydrophobicam passionem venisse, cui *facies* fuerit leviter a parvulo [2] *catulo* lacessita. Quidam a *gallo* gallinaceo pugnante leviter læsus in rabiem 100 venisse dicitur. *Sartrix* etiam quædam quum chlamydem scissam rabidis morsibus, sarciendam sumeret, atque ore stamina componeret, & lingua pannorum futuras lamberet (*d*) assuendo, quo transitum acus faceret faciliorem, tertia die in *rabiem* venisse memoratur. Est præterea possibile, sine manifesta causa hanc passionem corporibus innasci, cum talis fuerit strictio sponte generata, qualis a veneno. Interea post *morsum* quidam celerius in passionem veniunt, quidam tardius. Ideo etiam post annum aut eo amplius afficiuntur, sed magis plures post *quadraginta* dies.

a. liquorem ægri metuant

Causa

b. defatigatione

c. principalibus

d. assugendo

1 Andreas hic Herophili fuit sectatur, medicamentorum imprimis indagator. Verum Galenus eum falsitatis, vanitatis & superstitionis arguit.

2 Fortassis Meliæo, quem in deliciis habebat muliercula.

CA-

CAPUT X.

101 *Quæ est diffinitio sive agnitio hydrophobiæ.*

ESt agnitio hydrophobiæ, *appetentia vehemens, atque timor potus, sine ulla ratione, ob quandam in corpore passionem*. Adjectum est autem, sine ulla ratione, atque ob quandam in corpore passionem, quod alii timeant potum, ut veneni admixti suspicione, vel arte providentes: quia si intemporaliter sumpserint, periclitabuntur. Neque illico hi ratione timentes, hydrophobi esse vel dici possunt. *Definitio.*

CAPUT XI.

102 *Quæ sequuntur eos qui in hydrophobicam passionem proni ac declives esse videntur.*

SEquitur eos qui in istam passionem proni ac declives esse noscuntur, cum jam prætangi cœperint, *anxietas* quædam sine ulla ratione, atque *iracundia*, & corporis *difficultas*, insolitus motus: *somnus* etiam suspensus, atque turbatus, vel *vigilia*, & simul cibi corruptio, *stomachi* gravedo, crurum atque brachiorum extensio, *oscitatio* jugis, & impigens (*a*) levandi voluntas: insueta etiam *querela aeris*, tanquam austrini, quamvis serena fuerit quies: Item difficilis toleratio, atque tædium, & recusatio, imbrium, parva bi-
103 bendi voluntas contra consuetudinem. Obtinente passione *appetentia* bibendi, atque *timor*, primum ad ipsius *aquæ visum*: secundo etiam si ejus audierint *sonitum*, vel *nomen*. Dehinc timor *fomentationis* olei, *pulsus* densus, parvus, inordinatus: quibusdam *febricula*, saltus *stomachi*, torpor atque stupor *articulorum*, subreptio atque extensio *præcordiorum* ad superiores partes, & officii *ventris* abstentio. *Urinæ* reddendæ paulatim frequentatio, *tremor* atque conductio nervorum, *vox* obtusa & velut *latrabilis*, [1] corporis spiræ similis, sive canina involutio: *spiratio* difficilis, (*b*) *jactatio* corporis omnis ad ingressum hominum, tanquam secum *aquam* afferentium. *Rubor* vultus, atque oculorum, & corporis tenuitas, atte-

signa hydrophobiæ futuræ:

a. levandi stomachum.

i. vomendi

Præsentis

b. anxia inquietudo totius corporis

[1] Corporis decubitus canum dormientium contractioni similis.

atteſtante pallore, cum *ſudore* partium ſuperiorum, *veretri* frequens tenſio cum ſeminis involuntario jactu: *lingua* prominens: In ultimo etiam *ſingultus*, & *vomitus* fellis, ac frequentius nigri: quibuſdam etiam (*c*) *timor*: manus (*d*) oculis tenus admotæ, vel circum tractæ: *quidam* ſe agnòſcere fatentur eſſe naturalem vel conſuetum *aquæ* liquorem, cum ſibi monſtratur, ſed commoveri cum viderint, ut ſeipſe quoque *Soranus* vidiſſe teſtatur, in hac paſſione conſtitutum ſeſe hortatum liquorem ut ſumeret, nec tamen potuiſſe. Ajunt & *militem* quendam, ut *Arterius* memorat, in paſſione conſtitutum, ſibi indignatum, quia in bello nulla timuerit vice, ſed nunc aquam cum vidiſſet, quæ eſſe conſuetudini jucunda ſolet, metu inenarrabili terreretur. *Eudemus* Themiſonis ſectator memorat fuiſſe *hydrophobum medicum*, qui cum prænoſceret periculum, ſuppliciter ingredientes exoraret, & cum *lachrimarum* fluore guttis deſtillantibus tangeretur, exiliens veſtem conſciderit. Dehinc *Soranus* memorat ſe *infantem hydrophobum* vidiſſe *ubera* matris expaveſcentem. Item ait quendam *Athenienſem* ſibi retuliſſe, quod viderit *hydrophobum* ex domo fugatum ad locum veniſſe ubi incluſus, corpore (*e*) implicato, vitam finiverit: ſed in ipſo loco fuiſſe canem jacentem, quem rabie accenſus repente accurrens momorderit. Communiter autem eſt paſſio *ſtricturæ*, atque *vehemens*, & *acuta*, vel celeris. Etenim ob nimium tumorem, & humoris defectum ægrotantes celeriter interficiuntur. Nec *Demetrio* danda fides eſt dicenti, quod etiam *tarda* hæc paſſio poſſit eſſe, hoc eſt, diuturna, quam *Græci* chroniam vocant: ſiquidem dicit in iſta paſſione levi (*f*) timore affectos *biennium* tranſegiſſe. Neque *Aſclepiadis* ſectatores intelligibile quiddam aſſerunt, qui propterea paſſionem tardam putant, quia poſt plurimum tempus morſus inflicti, ægri morte afficiuntur. Cum non oporteat illud tempus ægrotanti imputari quo nondum *rabie* vexatur, quippe cum paſſio necdum corpus afficiat, & cum (*g*) emicuerit, non habeat (*h*) *ſuperpoſitiones*, ſeu dilationes, ſicut qui ſpecialiter tardis afficiuntur paſſionibus, & ob hoc celerrime ægrotantes interficiat, non ſolum ut *acuta*, ſed etiam ut *continua* paſſio:

104 105 106

c. tremor
d. poculis
Hiſtoria quadam
e. canis more convoluto
Qualis ſit paſſio.
f. nempe aquæ
g. ægrum corripuerit
h. oxcerbationes, per intervalla ſeſe remittens. ingraveſcens.

CA-

CAPUT XII.

107 *Quæ sunt similia hydrophobiæ: & quomodo internoscuntur.*

SImiles sunt hydrophobicæ passioni *phrenitis*, *mania*, quam nos furorem, sive insaniam dixerimus: sed hæ discernuntur, siquidem plus in (*a*) ipsis *caput* patiatur: in *phreniticis* vero etiam febres sequantur: in *hydrophobicis* vero plus stomachus: & *sine febribus* esse perspiciatur, & acuta atque celeris passio. *Mania* vero etiam tarda frequentius inveniatur. *Eudemus* Themisonis sectator inquit *melancholiam* esse hydrophobicam passionem, sed ab hac quoque discer-
108 nitur. Siquidem *tarda* sit melancholia, *acuta* vel celeris hydrophobia. Alii quoque *aerophobos* ajunt esse similes supradictis, sed internosci. Siquidem aeris sit timor, quod generaliter *phreniticis* adscribitur. Etenim *phrenitici* quidam aerem *lucidum* extimescunt, quidam *obscurum*. *Andreæ* sectatores memorant esse *pantaphobos*, quos nos omnipavos dicere poterimus, siquidem omnia timere dicantur. Si vere tamen hæc esse poterit passio. Discernitur quidem quod non solius potus, sed omnium rerum timorem faciat.

Quomodo differat à mania & phrenitide:

a. Maniacis

à melancholia.

CAPUT XIII.

109 *Utrumne animæ an corporis passio sit hydrophobia.*

QUæsitum etiam utrum animæ an corporis passio sit *hydrophobia*. Etenim quidam esse ajunt *animi* passionem. Siquidem appetere vel desiderare est animæ speciale, non corporis. Denique purpuram cupientes, vel statuam, vel militiam, aut regnum, aut pecuniam, neque venis, neque nervis ægrotare dicuntur, vel arteriis, sed animæ affici passione: quo fit ut etiam *hydrophobia* animæ sit passio. Est enim appetentia potus: quippe cum timor & mœstitudo & iracundia passiones sint animæ. Timent igitur aquam *hydro-*
110 *phobi*, quo necessario animo ægrotare noscuntur. Nam omnis *phantasia*, cujus diversitates *Latini visa* vocaverunt, ut *Tullius*, sive illa naturalia sive contra naturam fuerint, animi non corporis esse noscuntur. *Hydrophobi* igitur phan-

tasia jactantur, scilicet ea quæ contra naturam esse videantur: quo assumitur, eos animi affici passione. Sed his qui hæc asserunt consentiendum non est. Etenim appetere vel delectari potu, sicut etiam mandere, ex *corporis* quadam nascitur passione. *Timor* enim per consensum animæ corpori compatientis nasci perspicitur: quo fit ut *corporalem esse passionem hydrophobicam manifeste perluceat*. Etenim antecedens 111
morsus, ex quo causa descendit, utique corporis fuit, & non animæ. Antecedentia autem atque consequentia, ut est *singultus* & difficilis corporis motus, & *gravedo*, & his similia corporis esse noscuntur. Nam animæ *passiones*, ut *philosophi* volunt, nostri sunt judicii: *hydrophobica* autem passio ex corporis necessitate descendit: quo fit ut sit *corporis* passio, sed etiam *animæ* occupet qualitatem, tanquam in *furiosis* vel *melancholicis*.

Hydrophobia est passio corporis.

Quomodo differant animæ & corporis passiones.

CAPUT XIV.

Quis locus in hydrophobicis patitur. 112

VIcina etiam quæstio est supra dictæ, quisnam in *hydrophobicis* locus corporis patiatur. Equidem [1] *Democritus* cum de Emprosthotonicis diceret, *nervos* inquit: conjiciens hoc ex corporis (*a*) *conductione*, atque *veretri* tentigine. *Asclepiadis* sectatores alii *membranam* ajunt *cerebri*. Siquidem secundum Asclepiadem omnis passio quæ mentem turbaverit in ipsa consistat, ut *phrenitis*, *lethargia*, *epilepsia*. Quo assumitur, ut etiam *hydrophobica* passio eidem membranulæ ascribatur, quæ animum conturbat. *Alii* ajunt *diaphragma* pati, siquidem in ipso sit dolor constitutus. *Arthemidorus* 113
Erasistrati sectator, & [2] *Artorius* Asclepiadis sectator, de hydrophobia scribentes, atque plurimi nostræ sectæ scriptores, ajunt (*b*) *stomachum* pati: siquidem *singultus* sequatur & *vomitus* fellis, & appetentia insatiabilis bibendi, quorum singula stomachi passionis esse noscuntur: consentire tamen etiam *membranas* cerebri. Sed nonnulli *Asclepiadis* secta-

Sententia Democriti: *a.* spasmo & convulsione.

Asclepiadis sectatorum:

Arthemidori & Artorii:

b. ventriculi os.

1 Democritus Philosophus & Medicus, diligentissimus rerum naturalium investigator, Hippocrati fuit coævus. Sunt qui eum superstitionis & magiæ damnant.

2 Hic fuit Augusti & amicus & Medicus, cui in campis Philippicis, licet ægro, in aciem prodire consuluit, & ita servavit: alias a Bruto fuisset captus.

ctatores *ſtomachum* atque (*c*) *ventrem* pati dixerunt. Etenim bibendi appetentiam non ſolum ſtomachi parviſſimi viis, ſed etiam ventris fieri probant: *vomitum* quoque utriuſque partis effici paſſione *Gajus* Herophili ſectator libro quo de timore aquæ ſcripſit, ait *cerebrum* & ejus *membranam* pati.

c. τὴν ἀναγαστέρα: ventriculum

Gaji;

114 Etenim voluntario (*d*) motu ſervientes *nervi* atque ſtomachum colligantes, initium vel originem inde ſumpſiſſe noſcuntur. [3] *Magnus* vero *Epheſius* ſecundo libro epiſtolarum, ait ſigillatim eſſe dicendum, omnia, quæ difficultate motus in hac paſſione afficiuntur, pati, hoc eſt *cor*, *ſtomachum*, *diaphragma*, *caput*, *ilia*. Non enim *pulſum* malignum fieri poſſe ſuſpicatur, niſi (*e*) præpatiente ea parte corporis unde initium ſumit, quæ neceſſario (*f*) ſine ulla fuerit vexabili paſſione. *Pulſus* mutari in pejus nunquam etiam poteſt, neque *difficultas* ſpirationis fieri, ſi diaphragma atque pulmo naturali poſitione maneant, ac nullo modo tentata:

d. motui

Magni Epheſii:

e. prius patiente

f. cum ulla

115 neque *tentigo* frequens, atque ultra naturam, niſi virilia, ſive *radius virilis* fuerit in tumore conſtitutus: neque viſa mentem fallentia, quæ *Græci* phantaſmata vocaverunt, niſi capite patienti fieri poſſunt. Siquidem in (*g*) ipſa vel in (*h*) ipſo ſenſus omnes ſint conſtituti, ac ſenſuales viæ ex ipſo ad cor referantur, quorum nihil eſt ad medicum neceſſario pertinens. Sufficit enim agnoviſſe *caput* pati tempore quo mens fuerit alienata: quippe cum etiam ex antecedentibus ſignis pati noſcatur. Præcedit enim quibuſdam

g. mente

h. capite.

116 *dolor* capitis atque aurium *tinnitus*: viſus quoque falſitas, provolantium *animalium minutorum* tanquam culicum aſpectu, quapropter palpebrationem frequentant: nec non etiam *vultus* fervor cum rubore per ora ſe inſinuans, atteſtante *lachrymarum* fluore, cum *angulis* oculorum ſanguinolentis, extantibus *venis* ex utraque parte temporum, apparet. Sed horum ſinguli ratione commoti, vera quidem, ſed deficiente, hæc poſuerunt. Præpatitur enim ea pars, *quæ morſu fuerit vexata*, unde initium denique paſſionem ſumere nemo negat. Patitur enim *totum corpus*, quod probamus ex his quæ ſinguli dixerunt. Cum enim alii alias afferunt pa-

C. Aurelianus.

117 ti partes, omnes pati confitentur. Fit autem probabilius ex his quæ manifeſte *hydrophobicos* ſequuntur. Ea ſunt *ſal-*

3 Magnus hic Athenæi fuit ſectator, ſcripſitque librum de inventis poſt Themiſonem.

tus membrorum, *raptus* sive contractio nervorum; *sitis*; *aquæ timor*, *tentigo*, abstinentia vel retentio egerendorum. Plus tamen *stomachum* pati, atque ventrem recte dicimus. In ipsis enim plurima sunt accidentia signa, & manifestiora: ut *singultus*: *saltus*: egerendorum *retentio*: conductio vel contractio: *sitis* intolerabilis. Sed nihil horum ad curam necessario refertur. Ubi enim passionem invenerimus, eidem parti juxta magnitudinis comparationem adjutoria adhibemus.

CAPUT XV. 118

Utrum nova passio sit hydrophobia.

a. rationalium medicorum
* primo
b. suo captu

QUidam (*a*) *logicorum* quæsiverunt * prò (*b*) *loco*, utrum nova passio sit *hydrophobia*, ut si novam invenirent, novam etiam causam atque curationem inquirerent: quod à nobis quidem alienum est. Fieri enim potest ut particulares vel speciales passiones novæ fieri possint; generales autem vel principales, quarum dominio cæteræ quæque subjiciuntur, fieri nunquam possunt. Hæ denique consuetis atque congruis curationibus similiter curantur: sed ut plenius omnia perspiciantur, singulorum placita, sive visa, vel existimationes (*c*) ordinamus. Etenim quidam ajunt novam esse hydrophobicam passionem, quidam negaverunt. Et alii (*d*) omnino, ut *Artemidorus* Sidensis. Alii (*e*) specialiter, ut *Caridemus* sectator Erasistrati. Item non novam esse passionem plurimi dixerunt, sed ob (*f*) astrictionem probandæ novæ passionis, ajunt, neminem veterum hanc memorasse passionem, ac soli, inquiunt, novelli (*g*) *inventores* eandem adverterunt. *Certe* (*h*) si sunt apud veteres, nec tamen hæc memorata cognoscitur. *Secundo* confundit atque turbat hæc passio non solum inertes, sed etiam artifices: quo probatur ob tantam ostentationem magnitudinis nova inveniri. Dehinc aliarum passionum *causæ* apprehensibiles sunt, scilicet activæ atque operantes, quas *synecticas* vocant: istius autem passionis incomprehensibilis est, quod est signum probabile novæ passionis. Additur etiam quod sit incurabilis. Sed his contraria sentientes falsum esse inquiunt, quod hanc passionem nullus veterum memoraverit. Etenim [1] *De-*

c. ordinabimus *Recensentur variæ sententiæ.*
d. nullam esse novam
e. hanc non esse novam
f. difficultatem
g. auctores
i. scriptores
h. multæ descriptæ sunt

Probatur ea, quæ novam non esse hydroph. asserit, auctoritatibus.

119

120

1 Vide initium capitis præcedentis,

mocri-

mocritus qui *Hippocrati* convixit, non solum hanc memoravit passionem, sed etiam ejus causam tradidit, cum de *opisthotonicis* scriberet: ipse quoque *Hippocrat.* etsi non principaliter de ipsa passione tractans, sensu tamen dictorum hanc memorasse monstratur, in *Prædictivo* libro dicens phreniticos (*i*) *parvibibulos*, sono quolibet pulsatos, tremore affici. Alienatione autem mentis *hydrophobos* vexari videmus: quapropter hos *Hippocr.* phreniticos dixit parvibibulos, quos *brachypotas* vocant, hoc
121 est, [*k*] quod modicum biberent, ob timorem liquoris. Item *Polypus* hanc passionem memoravit, dicens *aquifugas* cito interire, quos *pheugidros* appellavit. *Homerus* quoque hanc agnovisse passionem probatur. Conjicit enim per figuram cum de *Tantalo* dicit. Item ubi inducit *Teucrum* occisis octo, *Hectorem* non potuisse percutere, atque ita loquutum ut diceret se hunc interficere non posse *rabidum canem*. Cum igitur memoravit Homerus id ex quo fieri *hydrophobi* possunt, erit consequens, ut &, quod fieri possint, scierit. Item Comicus *Menander* inducens senem irascentem, istius passionis imaginem vinolentis adscripsit, dicens non posse bibere eos
122 qui vinum usque ad vexationem potant. Ratio quoque hoc ostendere videtur. Etenim superioribus temporibus aut erant *canes*, aut non erant: sed non fuisse quis dicere audeat. Passionis etenim causam prompte *Homerus* memoravit. Si igitur fuerunt, etiam *rabie* affecti sunt: quo fit ut cum fuisse causa ex qua *hydrophobi* fierent, atque homines qui fierent, vel pati potuissent, demonstretur, erit rationabile, ut apud antiquos hæc passio fuisse credatur. Expavescere autem sive confundi, ut ajunt, non solum inertes, sed etiam artifices hac passione, non necessario signum est eandem *incurabilem* pronunciandi. Etenim plurimæ aliæ passiones non aliter videntium mentem con-
123 fundunt, ut *satyriasis*, *apoplexia*. Item causa præcedens ejus passionis, incomprehensibilis, ut putant, non est, quam plurimi medicorum atque philosophorum tradiderunt. At si esset incomprehensibilis, quod ex ea sequitur, manifesto esse apprehensibile, nulli negant, vel si esset incomprehensibile,

i. βραχυπότας

k. qui

l. rationibus.

2 Hoc Cælianum frigidum; non enim Homerus est auctor fabulæ Tantali. Communi Cælius hic veterum scriptorum morbo laborat, qui omnium artium auctoritatem, omnisque antiquitatis consilia ex illo auctore petebant.

le, id quod sequitur, hoc est passio, non tamen incurabile. Ac si incurabile, non necessario novum, ut neque *carcinoma*. Sed ajunt principaliter ex his quæ sequuntur, vel designant *hydrophobicam* passionem nihil esse ejusdem proprium, ut *singultus*, qui quamquam eos sequatur, sit tamen communis eorum qui *hydrophobi* non sunt. *Sitis* etiam sequitur, atque *vomitus fellis*, sed febricitantibus hæc sæpe contingunt. Item *turbatio* mentis atque *timor*, sed etiam 124
phreniticos sæpe comitantur. Si igitur nihil proprium sequitur *hydrophobos*, sed sunt omnia communia aliis passionibus, non poterit nova passio nuncupari. Nos quoque his consentimus. Videtur etenim hæc passio etiam frequentare quibusdam temporibus, vel locis, ut apud *Cariam* atque *Cretam*. Hæc enim insula aliorum venenosorum animalium (*l*) difficilis, atque pene libera, sola *canum rabie* vexatur frequentissime. *Poetarum* quoque testimonium longe vetustissimum, atque non rectis necessario verbis destinatum, accipiendum ducimus. Item *Hippocrates* magis phreniticos memoravit, non 125
hydrophobos, *parvibibulos*. Nam inquit eos, quod in quibusdam phreniticis frequentare videmus, aut fastidio possessos, non solum cibum, verumetiam potum refugere: vel certe traductos visis, quæ *Græci* phantasiam appellant, (ut ait *Eudemus*) ut accipiendum non existiment potum: vel suspicione [*m*] delirationis affecti, admixta putent venena liquori: tremunt quoque nonnunquam debilitate nervorum, & ad omnem sonitum commoventur, scilicet alienationis proprietate, & non necessario *hydrophobicæ* passionis. Quapropter aliis utendum est rationibus, ad demonstrandum, esse novam hydrophobicam passionem.

Quibusdam locis & temporibus magis frequens est hydrophobia.

l. raro altrix & procreatrix

m. ob delirationem

CAPUT XVI.

Quomodo curandi sunt hydrophobi. 126

Quis locus conveniat hydrophobis.

a. servari

Qua cura membris affectis.

CUrandos *hydrophobos* convenit jacere loco mediocriter *calido*, atque *lucido*, adhibita articulorum *defricatione*, (*a*) servatos etiam *insomnes* usque ad laxamentum temporale. His quoque partibus quæ rapiuntur, vel conductione vexantur, calidis atque mundis *lanis*, aut pannis prætectis adhibendæ etiam molles *vaporationes*. In statu accessionis, dulci

ci atque calido *oleo* clam lanis tinctis, vel foris a cubiculo infusis, tum immissis fovendæ, ne visu liquoris ægrotantes *Stratgema medicum.*
127 in commemorationem timoris reducantur. At si aliqua fuerit *indulgentia* passionis, quæ erit apprehendenda, si etiam *febres* fuerint, ex minutione *fervoris*, si etiam non fuerint, minutione *timoris*, erunt phlebotomandi ex brachio, quo vena facilior occurrerit. Ita in fluenti sanguine evertenda sunt ægrotantium ora, atque manu excipiendus fluor, ne sonitu perculsi commoveantur. In *diatrito* vero erunt primo perungendi, sed pannis oleo tinctis (eorum enim tractu latenter corpora perungentur) extergendi quoque: at (*b*) *alia* foventur aliis calidis atque (*c*) immundis consequenter pannis, vel linteolis: tunc post perunctionem *cibus* dandus tenuis, & *sorbilis*, quo latenter cum cibo etiam po-
128 tus inducatur: & *panis* aqua infusus, vel *alica* ex aqua: facile enim accipiunt. Sed oportet magis tempora dandi servare cibum & potum: quod fiet (*d*) hoc genere, ut ex obliquo fabulantes de consueta vita loquantur, *lavacra* memorando, atque *bibendi* copiam. Tunc si ægris his dictis placidi permanserint, fidenter offerimus *potum*, dimissionis tempore invento. At si commoti, vel *irati* fuerint, audito lavacro, vel potu, erit differenda oblatio: dandus interea potus in *fictili* vasculo, subtili caverna perforato, tanquam sunt papillæ uberum, & dandus ægrotantibus, (*e*) præfecto *obstaculo* oculorum, vel temporaliter clausis fenestris. Est enim omnifaria *mitigatione* passioni providendum, ut nul-
129 la occasio detur excitandi furoris. Oportet denique etiam *ministros* aptissimos esse, & primo ut sint *taciti*, neque fabulas injicientes, sed ejus respondentes dictis, & ita respondentes, ut cedenter, ac sine ulla (*f*) constantia eum consentiendo coerceant, atque ejus visa, quæ mentis falsitate efficiuntur, eidem sensim displicere, atque incredibilia faciant. Dehinc convenit laxativis *cataplasmatibus* thoracem curare, & a tergo inter utrasque (*g*) palas, quod *Græci* metaphrenum vocant.

Quando & qua cautela sit vena secanda.

Quando, & quomodo sint ungendi ægri.

b. diatrito

c. inunctis

Quando & qualis cibus dandus.

d. hac ratione

Qua cautela potus sit offerendus.

e. prius facto

Quales debeant esse ministri.

f. resistentia, obstinatione

g. scapula

130 Cum autem *statum* sumpserit passio, etiam *cucurbita* apponenda iisdem locis, cum *scarificatione*: tum spongiarum *vaporatione* utendum: quæ quidem *latenter* erunt ex oleo atque calida exprimendæ, & apponendæ, obvolutæ pannis vel linteolis, ne humoris sensus aut sonitus exagitent ægrotantem.

Quid agendum in statu morbi.

Tunc

Tunc etiam *caput* detondendum, & iisdem adjutoriis concurandum: *gestatio* adhibenda, in lectulo suspenso, sive portatoria sella. At si passio perseveraverit, iisdem perseverabimus adjutoriis. Illud etiam erit affectandum, ut si omnino *potum* recusaverint, qualibet tamen parte quiddam liquoris assumant, & nulla indignatione ægrotantes afficiantur visu perterriti. Quod ita facere poterimus, si calidam atque oleum *clystere* per podicem injiciamus, & hoc si fieri potuerit, diurnis diebus: parvum quidem: tunc enim poterit contineri. Nam si fuerit plurimus humor, sua redundantia ac pondere provocat excludi. Erit enim ejus continentia *utilis* ad minuendam *sitim*. Nam neque solum *dysentericis* injectum medicamen superiora invadens sæpe stomachum atque caput vexare accipimus, siquidem eo necessario perveniat; sed etiam calidam & oleum pervenire posse concipimus, quo partibus iisdem irrigationis præbeat laxamentum. Post injectionem denique manibus admotis, impressione moderata, ex inferioribus ad superiora ducentes, liquorem ascendere provocamus. Declinante passione erunt ægrotantes resumendi, sed multo tempore a *lavacro* abstinendi, atque *vino*, ne in periculum redeant. At si ex ista passione, ut sæpe contingit, (*h*) *satyriasis* fuerit effecta, erunt adhibenda ea quæ paulo post dixerimus. *Antiquorum* autem medicorum nullus istius passionis tradidit curationem. Ajunt denique [1] *Themisonem* quanquam volentem, non potuisse: siquidem ex *rabido cane* quondam fuerat vulneratus, etsi ejus curationem assumeret mente, quippe scripturus, continuo admonitus in eandem (*i*) laberetur. *Democritus* vero jubet *origani* decoctionem dari, atque ipsum poculum quo bibunt, in *sphæræ* rotunditatem formari. Est autem hoc genus decoctionis acerrimum, atque stomachum vexans, & incendens: in quo etiam idem sibi repugnare perspicitur. Ait enim *hydrophobiam* esse incendium nervorum. Quidam *Medici*, ut *Artorius* memorat, alios in vasculum plenum frigida miserunt, alios in *puteum* posuerunt, saccis immissos, vel inclusos, ut necessitate bibere cogerentur, alii in aquam calidam, nescii quod *passionis curatio illa sit, non ut bibant ægrotantes, sed ut bi-*

Quid, si æger omnino potum recuset. 131

Clysterum utilitas.

Quid faciendum, quidque cavendum in declinatione. 132

h. veretri, ut antea dixit, tentigo.

Quid alii medici de hoc morbo reliquerint.

i. relaberetur

133

1 *Diosc. cap.* 36. *lib* 6. Themisonem quorundam sermonibus *ait* a cane demorsum fuisse, aliorum vero fama, in hunc furorem incidisse, quod amico aquam expavescenti inservisset, ac officium exhibuisset.

bibere velint: quod fiet cum paſſio fuerit adjutoriis deſtructa. Multi denique etiam bibentes raptu affecti ſunt graviore. Quapropter etiam toto corpore infundendos, ut putant, in aquam frigidam, magis vexabile comprobamus. Omne ete-
134 nim frigus extendit tumentia. Nam propterea, ut *Artorius* dixit, raptu interficiuntur. *Ariſtoxenus* ad (*k*) correptionem atque abundantiam liquoris intentus, (*l*) prædandum dicit potum, atque clyſteribus utendum, communiter omnibus, depurgativæ vel temperativæ virtutis: ſed hæc tumorem paſſionis intendendo geminant (*m*) comitantia. *Tullius Baſſus* etiam ſternutamentis utitur, & clyſteribus, cum generaliter hæc paſſio mitigatione indigeat ob acutiſſimam celeritatem, & non, ut hic putat, *recorporativis* adjutoriis ſit (*n*) aſpergenda, quæ *Græci* metaſyncritica vocant. *Niger* ejus amicus etiam album helleborum dedit. *Eudemus* autem phlebotomans, helleborum dat ſecunda vel tertia die, atque
135 cucurbitas affigit uſque ad partium puſtulationem. *Agathinus* libro de helleboro conſcripto, jubet etiam dari helleborum in initio paſſionis. *Alii* podicem cataplaſmandum jubent helleboro. *Alii* colliria ex ipſo facientes quæ appellaverunt balanos, podici ſupponunt. Sed erunt communiter omnes *culpandi*, cum ſit paſſio acuta atque celeris, & vehemens, ac ſæpiſſime continua. Quippe cum nunquam puram atque ſinceram habeat dimiſſionem, & eſt *helleborum* recorporativæ virtutis, ac propterea *tardis* paſſionibus conveniens, quas *Græci* chronias appellant; & in earum principaliter lenimento, atque regulis ciborum ægrotante præparato, (*o*) quod *Græci* diætam vocant, quod utique non ſine tempore prolixo fieri poteſt. Sine his igitur *nihil veneno differet hel-*
136 *leborum* datum. Eſt etiam grave uſque ad puſtulationem corporis cucurbitas apponere. Et ſimile quiddam, tumentes oculos ligneo baculo inungere. *Quidam* caſtoreo potandos jubent *hydrophobos*: *alii* roſaceo oleo: *alii* diagridio, aut elaterio, aut lacte, vel pinguibus juſculis incongrue agitantes atque gravantes ægros, & non eo tempore quo permitti potuit uſus ſupradictorum, præcautionis cauſa ac effugiendæ paſſionis. (*p*) Nunc etiam ſi præſens indigeat congrua curatione: Clyſtere *quidam* depurgant vel temperant vim veneni, quæ ſemper poſt effectam (*q*) paſſionem contemnenda

k. ingurgitationem
l. ſemper dandum
m. ſymptomata
n. exaſperanda
Omnes eadem opera perſtringuntur.
o. quas
Helleborus in morbis acutis venenum.
Appoſita comparatio.
p. ſub. cum morbus jam in ſtatu eſt, acribus hujuſmodi utuntur

r. sub. quidã da est, urgentiore cogente [2] *cœnoteta*. (*r*) Item nihil aliud quam potum dare quoquo modo nituntur, nunc gelu, vel *nivem* offerentes ægrotis, nunc viridem *ficum*, vel *pyrum*, aut *cucumerem*, & his similia. *Alii* calami perforati initium 137
s. illius ori ægrotantis immittunt, dehinc ex alia parte per (*s*) a-
t. ligneo liam cavernam aquam infundunt. *Alii* poculo (*t*) lineo panno superimposito, vel [3] beluæ pelle, potandum putant, scilicet [4] *superstitione* traducti, quod naturalis *authoritas beluarum* quæ canibus est contraria, timorem ægrotantium solvat. Sed hæc quæ vulgus per experimenta probata putat, longe aliena ab arte monstrantur. Alia quoque quæ facienda ordinaverunt, ratione rejicenda sunt ut ea quæ sunt *vinosa* ante declinationem offerenda. Item *frigida* sunt ob tumorem incongrua. Constringunt enim atque extendunt *strictura* difficultatem, ex qua sine dubio *hydrophobica* passio confecta probatur.

2 κοινώνης Methodicis est analogia quædam, quam morbi eosque curandi modi ad se invicem habent.

3 Lupi. Ad id laudat Aetius pellem Ursi, & Phocæ: sed præcipue Hyænæ, ut legendum putem, (vel Hyænæ beluæ pelle.) Plin. cap. 30. lib. 8. ait, umbræ Hyænæ contactu obmutescere canes, eamque vomitum hominis imitari, ad canes sollicitandos, quos invadat.

4 Methodici omnia specifica semel e medicina ejiciunt, eaque sine ratione pro superstitiosis habent: cum tamen sæpissime longe sint preferenda remediis manifesta qualitate agentibus.

CAPUT XVII.

De acuto tormento, quod Græci (a) ileon appellant. 138

a. passionem iliacam

Morbi hujus Etymologia.

TOrmentum dictum est, quod existiment ægrotantes convolvi, atque torqueri suorum intestinorum (*b*) *vetricula*: vel quod spiritus ob (*c*) abstinentiam clausus sese involvens, (*d*) vinctiones atque tormenta efficiat, vel quod vehementia dolorum supra eas partes quæ patiuntur, ægrotantes arcuati convolutique plicentur. *Salimachus* autem ait quosdam *Pytagoricos* apud *Siciliam* medicantes Græco nomine (*e*) *phragmon* vocare, siquidem obtrusis naturalibus ventris officiis fieri videatur. Item hanc passionem tertio libro acuta- 139
rum vel celerum passionum Asclepiades diffinivit hoc mo-
do: *Tormentum* est *contortio extenta, atque longi temporis intestinorum*: sed hoc improprie dixit, quod sit longi temporis tor-

b. sinuosos anfractus

c. compressionem exitumque negatum

d. spasmodicas contractiones

e. sepimentum: occlusionem

Definitio Asclepiadis.

tormentum. Est enim acuta atque celeris passio. Denique *intestinorum tormentum* dicimus esse, *contortionem* (*f*) *extentam*, *atque perniciosam*. Sunt autem ejus antecedentes causæ communes, quæ etiam alias facere valent passiones: sed magis *perfrictio*, *indigestio*: atque *cibi* gravabiles & inflabiles, vel novi: aut *venenum* potum, aut cibo datum, aut *fungi* comesti.

C. Aureliani.
f. acutam

Causæ antecedentes.

Signa & symptomata.

140 Sequitur autem in passione constitutos ventris vehemens *inflatio* & intestinorum, & dolor nimius *iliorum*, atque ossium quæ a pube usque ad ilia perveniunt, quæ *Græci* ephebia appellaverunt, totius quoque *ventris* atque superpositæ cutis *inflatio*, & membranæ majoris, quam *peritonæum* vocat, scilicet quæ omnia interius tegit atque continet viscera. *Consensu* etiam, vesicæ, & officii ventris perfecta abstinentia: *stomachi* eversio per nauseam, *salivarum* fluor, *sitis* vehe-
141 mens: *spiratio* [1] hirta, atque anhelatio: *articulorum* frigidus torpor: *pulsus* densus: *singultus*: exitus per podicem venti nihil relevantis: ac si quicquam per clysterem fuerit injectum, aut non admittitur ob nimietatem stricturæ, aut admissum retinetur exitu negato: aut si fuerit redditum, erit connexum pinguibus ac (*g*) vesiculosis. * *Mulieribus* etiam matricis adductio ad superiora fit, *vomitus* quoque humorum (*h*) pinguium, qui in ventriculo & ipsius orificio adhærescebant contumaciter. His vero qui perniciosius atque (*i*)
142 specialius jactantur, etiam *stercorum* vomitus fit. Tunc quoque pulsus concidit: nigrescit corpus cum nimia linguæ asperitate: aliquando etiam, ut *Heraclides Tarentinus* memorat, quarto libro de internis pasionibus, *intestinorum verticula* distentis cutibus apparent, cum (*k*) *peritonæo* disjecto sola fuerit ac superposita cutis. *Alii* vero memorant *ventum* per podicem redditum sine odore tetro *perniciosum* fore; at si fuerit odoris tetri, *salutem* promittere: In *illis* enim ob nimiam *stricturam*, tanquam liquatus spiritus purior excluditur, in *his* autem ob quandam *laxamenti* facultatem infectus
143 exhalationibus stercorum, excludetur. (*l*) Torminosa igitur ab ista passione, quam specialiter *tormentum* diximus, magnitudine differre monstramus. Hi enim levi dolore afficiuntur, & ob hoc ventriculosi sive torminosi vocantur. Item

g. spumosis
* viscosis
h. crassorum viscidorum
Prognosis.
i. exitialius
k. peritonæi distenta tela
Observa
Quomodo differat a torminibus.
l. cæliacum affectum
ab effectu cœliaco:

1 τὴν δασεῖαν, quæ vox significat & densam, & hirtam, non satis apte hic vertit hirtam.

m. ἡ τῶν και-
λιακῶν διά-
θεσις.
a colica.

discernuntur dolore ventris. (*m*) *Ventriculatio* enim [2] superius magis ventre est, atque sub præcordiis, & sæpe sine intestinorum tormento. Discernitur etiam a *coli* vexatione. Est enim principaliter coli vexatio, *unius intestini* passio, atque *tarda*, quam *Græci* chroniam vocant, & diutissimè perseverans. *Tormentum* autem (*n*) solius acutæ passionis, est 144
omnium intestinorum vexatio. *Alii* hanc passionem *Chordapson* vocaverunt, quod non aliter quam chordæ intestina tendantur. Nam veteres *Græci* intestina chordas vocaverunt: sed hoc quoque nomen alii commune vocabulum tormento posuerunt, ut *Hippocrates*, *Praxagoras*, *Euriphon Gnidius*. Alii differre (*o*) dixerunt, ut *Diocles* libro de passionibus atque causis & curationibus scripsit. Etenim *tormentum* non sine ructationibus fieri dixit, atque emisso per podicem vento, sine stercorum egestione, ventrem quoque non necessario durum fieri, & clysteris injectionem accipere, doloris etiam 145
initium e superioribus magis accedere. In *chordapso* rejicere ægrotantes, si *mediocris* fuerit passio, humorem: si *vehemens*, stercora: & neque injectionem clysteris admittere, ventrem durum, atque extentum jugiter, in orbem tumoris sublevatum, (*p*) interiores intestinorum partes doloribus effici, *stomachum* quoque (*q*) immobilem ac fixum, vel inflexum permanere.

n. nunquam non acutus morbus

o. nimirum tormentum a chordapso

p. inferiores
q. ob nimiam stricturam a nimis contractis fibris

Curatio perficitur.

Sed de his huic dissentire necessarium non est: oportet 146
enim intentionem adhibere, atque intelligere, quod sit passio stricturæ, atque acuta celeris, & vehemens. Quapropter habendi sunt ægrotantes *loco* mediocriter *calido*, atque *lucido*: adhibita *requie* cum silentio, & *abstinentia* cibi usque ad primam diatriton: prohibito quoque *somno*, donec accessio declinet. Incipiente autem eadem, *articulorum* adhibenda est blanda ex manibus *calefactio*, & partes quæ doluerint, contegendæ mundis, & mollibus lanis. Apponen- 147
da etiam mediocris *vaporatio*, qua mitigari dolor possit, ut sunt panni calidi, atque linteola, vel vesica, calida & oleo semiplena, vel *sacculli* ex cantabro calido completi, vel polline, vel lini semine ex aqua mulsa. Cum autem *statum* sumpserit accessio, jubemus eos, si pati potuerint, jugiter *foveri* oleo dulci atque calido, scilicet usu dextero, quo

loco apto: quiete & abstinentia. articulorum calefactione vaporatione:

fomentis in statu:

2 Observa discerni ventriculosos à colicis. Ventriculosos Græci vocant κοιλιακούς.

quo (r) prærepto nuper infuso mox novum superfundatur oleum. At si *dolor* coegerit, phlebotomandi erunt, scilicet ex
148 brachio, dimissionis tempore. Et si ante diatriton id factum fuerit, foventes primo os, deinde colluere permittimus ex aqua calida, deinde dabimus *potum parvum*, ob mitigandum. Si enim plurimum sumserint gravatis tumentibus, provocabitur passionis asperitas, sicut fit cum grave quisquam *cataplasma* apponendum putarit, ex plurima, atque (s) corporosa inductura. At si in ipsa diatrito fuerit adhibita *phlebotomia*, parum differentes ob resumptionem, *unctione* corpus curamus, & sorbile damus quiddam, tenue,
149 atque panem ex aqua calida non quidem plurimum. Ea enim quæ ob appositionem cataplasmatis exterius admoti asperantur, magis plurimum distenduntur cibis uberioribus gravata. Alternis denique diebus *cibum* dabimus, donec passio declinet: dehinc *cataplasma* adhibemus ex pollinibus, & lini atque fœnugræci seminibus, ex mulso confecta, vel (t) calida & oleo, illud curantes, ut calida perserverent plurimo tempore, & neque (v) valida atque robusta inductione gravabilia fiant pondere. Faciunt enim ægrotis dolores augeri. Tunc etiam *cucurbitas* apponimus, sed eas quæ
150 sint osculo latiore, atque labiis flexis. Lenius enim, atque blando tractu arripiunt membra. Tunc etiam *scarificatione* utemur, vel in cucurbitarum vicem, ne earum pondere grave quicquam ægrotantes sentiant, *vitrea* apponimus vascula vel *testea*, quæ *Græci* amphoras vocaverunt. Tunc *spongiis* vaporamus expressis ex calida, & oleo, vel decoctione fænugræci, aut lini seminis, aut agrestis malvæ, & rursum cataplasmamus. Injicimus etiam per *clysterem* oleum calidum, vel calidam & oleum, & exsupradictis decoctionibus
151 quicquam. Est etiam consuetum nobis aquam oleo dulci, æquali modo commixtam, cum *hibisco* coquere, donec aqua insumatur. Tunc oleum remanens concepta lenitate, atque (vv) *pinguedine* ex radice supradicta, injicere per clysterem. Nam si solum oleum fuerit cum radice hibisci non admixta aqua decoctum, necessario *nidorosum* fiet. Adhibemus etiam *encathismata* ex calida & oleo, vel quarumcunque laxativarum materiarum decoctione. Cum autem declinare passio cæperit, etiam *embasim* adhibemus ex oleo, vel calida & oleo, aut decoctione laxativarum materiarum, non

r. consumpto *venasectione*:

s. magnæ molis *unctione*, & *tenui victu*:

in declinatione cataplasmatis.

t. aqua

v. magna copiosaque infartura *cucurbitis*.

clystere:

vv. quod hodie mucilaginem dicimus *balneo*:

x. frigoris susceptio
y. aliqui Tholum, vel architholum
* Achæi tholum
Emplastris: a quibus cavendum.

sine cautione. Declinanda est enim (x) *perfrictio*: quapro- 152
pter erit facienda in calido loco, vel *balnei*[3] fornice, quem appellant (y)* *achicholum*, sive cameram. At si sensus aliquis permanens erit duritim, cataplasmabimus ex ordei farina, & adipe porcino recente, & pice liquida. Tunc *cerotaria* apponemus & malagmatum leniora, ordinantes etiam *lavacrum*, & *varium cibum*, & *vinum* ultimo, præcaventes multo tempore frigida quæque, atque indigestionem, & inflabiles, vel acres, & minus digestibiles cibos.

Methodus Hippocr.

Veterum autem medicorum, *Hippocrates*[4] secundo libro 153
de *morbis*, communiter inquit refrigeranda superiora, particulariter autem adhibenda *vomifica* medicamina, & *phlebotomia* ex brachio, & capite. Tunc in vasculum aqua calida plenum deponere jubet ægrotantes: facere etiam *collyrium* decem digitorum, quem appellavit *balanum*, atque hunc summo tactu felle taurino ungendum: Tunc si nihil (z) 154
perfecerit *clysterem* adhibendum. Vel si (a) hoc quoque minus valuerit, *folliculo* artis ærariæ immittendum inquit *ventum* per podicem, quo (b) distantia ventris atque intestinorum replicatis folliculis fiat, tunc statim adhibendum *clysterem* probat, detracto supradicto folliculo, & podicem cum *spongia* obstruendum, atque in *aquam calidam* ægrotantem deponendum. Utendum inquit primo tempore passionis *melle* decocto, atque *vino*. Secundo libro *epidemion* multum *vini* meraci, atque frigidi dari jubet, donec *somnus*, vel *dolor* fiat crurum, suspicione causarum sollicitatus: existimat enim vel constituit fieri passionem *incendio* superiorum, & *frigore* in- 155
feriorum. Contrarias igitur virtute materias adhibendas judicavit, non intuens passionem ex tumore fuisse confectam. Denique principio *vomitus*, quem adhibendum probat, asperat ejus celeritatem, siquidem disjiciendo corpora commovet. Phlebotomare autem convenit, non post vomitum, sed *laxamenti* causa, non ut *Hippocrates* affectandum putat, ob *frigidandum* corpus. Dehinc ex brachio, non ex capite, neque simul ex multis partibus phlebotomare oportet. Etenim repentina sanguinis effusio virium defectum faciens, non

z. profecerit
a. hic.
b. distentio
improbatur.

3 *Tholus*, testudo, sive camera. In thermis duplex is fuit: alter ξήρος, quod Seneca sudatorium vocat, Assa, Cicero. Alter quem τὸν ἔξω οἶκον, & μαλακτικὸν, Trallianus vocat, ubi ungebantur.

4 In nostris exemplaribus quod citat ex Hippocrate, legitur libro tertio de morbis, non secundo.

non finit congruam fieri detractionem, vel quantum ma-
156 gnitudini passionis est conveniens. *Collyrium* autem felle taurino perunctum, omnifariam nocens accipimus. Etenim ob *acrimoniam* fellis atque mordicationem tumentia provocat in fervorem, & ob longitudinem digitorum decem immissum, premit eas partes quæ neque tenuem liquorem sine gravatione accipere, vel ferre valent. Nam de ærario *folliculo* quid dicere oportet, si ubi inflationis metus est, immittendum extrinsecus existimat *ventum*, atque, quod est maximi peccati, *frigidum* his partibus, quæ etiam
157 (*c*) naturali tactu prægravantur, non aliter, quam si quemquam in *tetanica* passione constitutum cum sit (*d*) potestatis, *laxativis* curare virtutibus, eundem organis distendere contendamus. Advertendum igitur, quod magis (*e*) roborat vexationem, vel duplicat corporis inflationem, adjiciens graviora, quod etiam per clysterem liquoribus magis prægravet corpus, et tumentia importune *vento* vexata, etiam liquoris *percussu* intemporali feriantur. Item *spongia* apponenda quam probat, (*f*) extenta magis premit. Utitur autem
158 *vino*, malis quidem, sed sui similibus consiliis: Neque enim temporaliter declinationem passionis observavit. Præterea usu immodico, si quidem plurimum dari jubet, & (*g*) intemperato, quod sæpe in sanitate constitutos alienari mente perficit. Tunc etiam incongrue, siquidem frigido. *Omne* etenim *frigidum tumentia auget*. Repugnanti ergo judicio vinum dare perspicitur, effectum somno atque dolori crurum ascribens; somnus etenim levigata atque soluta passione efficitur: dolore autem pejorante, & asperato tollitur. Quod ita manifestum est ut demonstratione non indigeat.
159 *Diocles* autem libro quo de passionibus, atque causis & curationibus scribit, *phlebotomat* in passione constitutos, atque *cataplasmatibus* curat ex polline, quod *Græci* ὠμὴν λύσιν vocant, & adipe & vino, & fæce. Tunc *præpotat* atque *clysterizat*, ex abrotani semine cum mulso, ex aceto & aristolochia & cumino, & nitro, & fœniculi radice decocta ex vino, admixta aqua marina, vel passo, vel acriore vino, sive lacte cum decoctione lini seminis, & mellis, vel similibus. Quarto autem libro de curationibus, *juvenes*, inquit, atque habitudine robustos, & magis quibus dolor ad latera
160 fertur, *phlebotomandos* probo ex (*h*) manu dextera interiorem

c. dolore ex morbo
d. in nostra potestate
e. auget
f. inflata
g. mero, ἀκράτῳ
Dioclis methodus.
h. manus dextræ interiore vena

rem-

rem venam, & ſubmittendos in *aquam calidam*, fotis ventri injicere admixto ſale *clyſterem*, & rurſum in aquam calidam deponere, & fovere. Præpotandos autem jubet etiam medicamentis, hoc eſt, *panacis* dimidia dracma, in mulſo (*i*) ex aceto tepido reſoluta, & *myrrhæ* obolos duos cum [5] *peristereonis* herbæ foliis in vino albo, vel *cumino* æthiopico. Adjuvat etiam plurimos *plumbi* catapotium tranſvoratum. Impellit enim pondere, & excludit obtrudentia. Diurnis, inquit, præterea diebus ſitientibus potandum *vinum* dulce, vel *aquam* temperatam, aut *marinam* cum vino albo, aut centauream herbam, aut nitrum vel ejus ſpumam, ut ea quæ potuerit ſolvat. Danda etiam *ſorbilia*: vel (*k*) *cantabri* lotura cum melle: vel (*l*) *bromi* ſuccus: vel ptiſanæ: aut cum farina olera cocta, alia ex adipe, alia ex halica atque ſale: ſorbendum etiam & juſcellum *ſcari* piſcis, & *carabi*, & [6] *buccinarum*, & *cancrorum*. Tunc reſumptio, inquit, adhibenda. (*m*) Cujus quidem materies percurrit, quas ſuperfluum eſt recenſere. Etenim ex ſupradictis varia atque iners commixtio materiarum demonſtratur. Non enim ſolos oportet *juvenes* phlebotomari, ſed etiam alios in *aliis ætatibus* conſtitutos; neque ſemper e dextera manu vel interiore vena, ſed etiam ex ſiniſtra atque exteriore. Facta detractio enim tumentia relaxat. (*n*) Uſus atque acrimoniæ cauſa erigit in fervorem tumentia. Eſt præterea vexabilis præbibendi *medicaminis* potio. Etenim ſunt acria atque mordentia, & quæ non ſint mitigativa celeritatis, neque moris relaxantia. [7] *Plumbum* vero tranſvoratum premit quidem, atque impellit pondere, ſed tactu neceſſario frigidat, atque inteſtina denſitate coacta vexatione diſtendit. *Juſcella* autem in corruptione facilia, & inflantia eſſe noſcuntur. Item ptiſanæ ſuccum eadem perficere. *Vinum* quoque in augmento inimicum.

i. & — *k.* furfuris — *l.* avenæ — *m.* nimirum nutrimenti *exagitatur*. — *n.* Uſus autem clyſterum acrimoniæ

Ut & Praxagora. — *o* omymeli

Praxagoras tertio libro curationum, *clyſterem* jubet adhiberi, dans medicamina *purgativæ* virtutis, atque per *vomitum* corpora deſiccare: contendit etiam potandum (*o*) *mulſum* ex aceto, cum pipere atque nitro, & recenti lacte cum mul-

161 162 163

5 De hac herba, quam & *Alceam* vocat, videatur Plin. N. H. libr. XXVII. cap. 4.

6 Concharum generis, purpura minorum, quæ petris adnaſcuntur.

7 Mirum quod plumbi venenatam fere qualitatem eſſe non ſcribat, ut quæ dyſenteriam efficiat.

mulso, & aqua. Dat etiam (*p*) *radices* circa vesperam comedendas, prædato aut superdato oleo. Utitur præterea ad podicem *collyrio*, & clysterem injicit, atque præpotat *absinthio* ægrotantes cum aceto, & vino sincero, cum oleo irino: (*q*) sed vomitu utitur, donec *stercora* faciat evomi. Aliquos etiam post vomitum phlebotomat, & *vento* per po-
164 dicem replet, ut *Hippocrates*. Item libris de causis atque passionibus, & curationibus, *vinum* dulce dari jubet, & rursum *Hippocratis* ordinem sequitur, congerens omnia peccata, & nihil aliud quam facere diruptionem intestinorum affectans, per acrimoniam medicamentorum id tentat, & inflabilium potionum, & injectione virtute similium, quæ infesta tensione, ac tumore intestinorum aut *retenta* ruptionem perficiant, vel putredinem, aut *acervatim exclusa*, alio genere interfectionem faciant. Item *omne stercus per vomitum emissum* (*r*) *tumoris intestinorum est argumentum*. Non enim
165 sine tumore nimio hoc perfici potest. Nam ex intestinis expressum per ventrem transiens, stomachoque incidens stercus per eam partem excutitur, quo probatur magnificam mortem *Praxagoras* magis quam curationem voluisse scribere. (*s*) Quibusdam etiam *manibus* premens intestina, magna quassatione vexavit, [8] quibus *intestinum*, quod *Græci* τυφλόν ἔντερον appellant, in (*t*) *folliculum* fuerat lapsum, plurimis stercoribus confertum. Item confectis quibusdam supradictis adjutoriis *dividendum ventrem* probat pubetenus: dividendum etiam *intestinum rectum*, atque detracto *stercore* consuendum dicit, in protervam veniens *chirurgiam*. Oportebat enim, si ad hoc accedendum necessitas imperabat, enterocelicorum approbare curationem.

166 Temere *Erasistratus* secundo libro de *ventre* scribens culpans copiam atque acrimoniam clysterum, ab antiquis ordinatam, ipse quoque utitur *clystere*, ex *nitro* atque *sale*. Injiciendum etiam probat acre *collyrium*, & similibus utitur cataplasmatibus, hoc est, ὠμῇ λύσει cum myrto, vino, ficu, & chamelæa, & abstinet a *cibo* usque ad passionis declinationem. Tunc dat *mulsum* tepidum, dehinc sorbilem *ptisanæ* succum. Sed hic aliorum accusationi jungendus est, etenim culpans tanquam nocivam acrimoniam injectionum, non (*v*) custodit earum vexationem: quin etiam ex *cata-*

p. radiculam vomitoriam, sive raphanum

q. ac

r. phlegmones

s. Quosdam

t. scrotum

Audacissima chirurgia.

Quod in aliis reprobat Erasistratus, ipse facit.

v. vitat

8 Nam ea volvuli sæpe caussa est, quemadmodum in multis accidisse vidi.

plasmatibus constringens atque densans tumentia, gravius ægrotantes affecit. Est etiam quibusdam usque ad passionis 167
declinationem abstinentia vexabilis. Hic autem jam declinante passione, mulsum dandum probat, quod ante declinationem fuerat ordinandum. *Herophylus* de his nihil loquutus est.

Asclepiades sibi parum constat.

Asclepiades tertio libro *celerum*, vel acutarum passionum, aliqua gratissime, aliqua valenter ordinavit, in quibus est etiam inhibitio *vaporationum* ex aqua calida, tanquam facile frigentium: sed fricandas inquit partes, quæ patiuntur, oleo, plurimo tempore, atque operose, quantum loca ipsa pati potuerint; fugienda inquit etiam declinationis tempore *lavacra*, non (*vv*) conjiciens (*x*) quoniam *usum* vaporationum, non *genus* damnavit. Potest enim quisque etiam in 168
alia vaporationum specie perfrigescere, nisi dextro usu fuerint adhibitæ. *Defricatio* autem, adjutorium est chronicæ passionis, non acutæ, vel celeris, sed magis, si, ut jubet, operantius fuerit adhibita, atque multo tempore. Si igitur vera intentione loquamur, neque sibi hæc quæ ordinavit conveniunt. Ait enim debere *fricationem* adhiberi multo tempore, vel quantum ipsæ partes patiuntur, cum neque tumentia ex initio fricationem fieri admittant, quippe cum neque cataplasmata gravia valeant sustinere. [9] *Lavacra* in declinatione adjuvant passionis solutionem. Utitur etiam *embasi* 169
ex oleo adhibita, & tempus non finit adjutoriis. *Serapion* vero, qui tertio libro curationum, alia similia *Erasistrato* ordinavit, denique ejus accusationi jungendus est. Utitur etiam catapotio ex *plumbi* ramento, & [10] *coco cnidio*, & *sale*, & *elaterio*, & *resina*, & *castoreo*, & *diagridio*, quorum singula accerrimæ esse virtutis probantur atque percutientia, & neque celeritati passionum, neque tumori congrua.

vv. animadvertens *x.* quod

Frictiones non acutis, sed chronicis morbis conveniunt.

Serapion idem fere sentit cum Erasistr.

Heraclidis method. cum præcedentibus fere convenit.

Heraclides autem *Tarentinus* libro quarto internarum curationum, (*y*) existimabiles constituens suspiciones, aliter inquit curandos (*z*) *tumore* affectos, aliter eos qui [11] crassioribus intestinis laborant, & stercoribus opprimuntur. Uti- 170
tur

9 Balnea Methodici, & quidem optimo consilio, in morborum declinationibus demum in usum vocabant, ad morbosas reliquias, fibris nimirum relaxatis, facilius expellendas.

10 Botanici peritiores coccum cnidium esse fructum chamelææ vel thymelææ admodum probabiliter credunt.

11 per quorum intestina crassiora stercus descendere non potest.

tur autem per diem, & noctem *cerotariis* ex cera, & resina, & irino oleo, vel cyprino oleo, aut anethino: miscet etiam ὠμῇ λύσει panacem tritum, & chamæpityn cum absinthio & cyprino oleo. Scribit præterea *potiones*, quibus inquit præpotandos ægrotantes, ex aniso, castoreo, nitro, hyssopo, calaminthe, (*a*) mulso ex aceto. *Clysterem* etiam adhibet admixto absinthio, vel centaureo, aut cucumeris agresti radice. Dat etiam mulsum ex aceto, & purgativum
171 potandum medicamen, ex *diagridio*. Alia quoque virtutum millia conscribit purgativorum medicaminum, quæ præbenda jubet, non aliter quam cætera acriora medicamina, & nullam curam adhibet mitigationis laxativæ, respiciens qua possit tumor mitigari. Sed ait communiter omnibus aliarum sectarum principibus, quomodo intestina tumore densata, atque contenta plurima materia, & acerrima, & (*b*) vulnerabili, ut illi probant, onerata, interfectionem faciunt ægrotantis. Denique si forte quisquam *iliacam* evaserit passionem, necessario ex supradictis *dysentericus* fiet.

a. oxymeli

b. rodente lancinante

172 Item *Thessalus* primo libro de regulis, quas *Græci* diætas vocant: alia quidem ut *methodicus* scripsit, alia culpabiliter, adjiciens quod exiguum potum dare debeamus, siquidem ad loca patientia descendat: quod contra *sectæ* disciplinam videtur sensisse & contra seipsum (*c*) inconsequenter fuisse commotus, siquidem pro patientibus locis velit esse mutabilem curationem. Secundo libro quem *comparationem* appellavit, contradicens *Erasistrato*, hæc eadem ait,
173 apertissime discordantia veris sermonibus. Non enim pro differentia partium mutatur liquidorum quantitas, sed ob stricturam, vel solutionem. Inconsequenter igitur is in *iliacis*, patientis loci causa, potus quantitatem minuendam existimat. Erat enim prompte dicendum, atque demonstrandum, quomodo consideratione acutæ atque celeris passionis minuenda fuit potus quantitas. Quidam nostri scriptores *Themisonis* sectatores, *cuminum* oleo decoxerunt ob adhibendum fotum, aut tritum lanis asperserunt. *Alii* oleo rutam decoquentes, injiciunt per *clysterem*, & jubent vaporari ex *ci-*
174 *neribus*: (*d*) mixtos etenim oleo, vel quodam laxativo liquori, ex decoctione congruarum materiarum (*e*) præfecto, in vasculo duobus digitis alto, atque ambitu simili loci patientis (*f*) mittendos, suppositis carbonibus, non flammo-

Thessali curandi modus.

c. sine ratione

& aliorum quorundam Methodicorum.

d. cineres, *sub.*

e. ante præparato

f. sub. jubent

ſis, donec liquor inſumatur. Tunc circumtento linteolis vaſculo, atque parum refricto, convertendos in linteola, ac (g) refundendos cineres, colligatoque vaſculo fundo tenus, & conſtricto linteo fortiori, patientia vaporare loca. Equidem vere obtunditur admixtione olei & aquæ, cumini vel cinerum aſperitas, ſed eſt melius ex initio uſque ad finem, recta intentione, congrua paſſionibus adhibere.

g. effundendos

CAPUT XVII.

De Satyriaſi.

Satyriaſis definitio.

a. i. rigida veretri

Etymologia.

Cauſa.

ſubjectum.

ſymptomata.

b. deſperatio

Coitus magis nocet quam prodeſt.

SAtyriaſis eſt *vehemens veneris appetentia, cum* (*a*) *tenſione ob ægram corporis paſſionem*. Vocatur autem, ut quidam volunt, translative a ſimilitudine *ſatyrorum*, quos, ut vulgus loquitur, ſive fabula fingit, vinolentos, atque in uſum veneris pronos dæmones accipimus: vel, ut alii dicunt, ab herbæ virtute, quam *ſatyrion* vocant. Hanc enim accipientes in venerem provocantur, cum *tentigine* genitalium partium. Sed antecedentes iſtius paſſionis *cauſæ* ſunt epota medicamina, ob uſum [1] venereum excitandum, quæ *ſatyrica*, vel ἐντατικὰ vocant: quæ ſunt acria, atque incentiva, & 176
nervis improba. Item immodicus atque intemporalis *uſus veneris*. Eſt autem communis paſſio viris atque fœminis, quæ ſolet accidere ætatibus mediis, atque iuventuti. Hortatur etenim in uſum venereum provocans ætatis vigor. Sequitur autem ægrotantes vehemens genitalium *tentigo*, cum *dolore*, atque *incendio*, cum quodam *pruritu* immodico in veneream libidinem cogente: *mentis* alienatio: *pulſus* denſitas: *anhelatio* crebra atque creberrima: (*b*) deſponſio: vigiliæ: hallucinatio: ſitis: cibi faſtidium, & difficilis *urinæ* egeſtio, ita ut plerunque ſtercorum abſtentio fiat: quibuſdam etiam febres. Omnibus tamen in ultimo [2] *conductio nervorum* fit, 177
quam *Græci* ſpaſmon vocaverunt, & involuntarius *ſeminis* jactus. Initio autem ſe leviter putant relevatos ex *uſu venereo*,

1 ut ſumptis cantharidibus ſæpius accidit.

2 C. Aurelianus toto hoc capite duos diverſiſſimos affectus confundit; alter enim, qui hujus claſſis eſt, rewera eſt convulſivus, coituſque adeo nocet, ut ægrum interimere queat: alter μανία ἐρωτικὴ dictus, eſt morbus chronicus, ex ſeminis nimia acrimonia ortus, cujus optimum remedium, modo mens loco nimis mota non fuerit, eſt validiſſimus coitus.

nereo, atque feminis jactu, sed paulo post vehementer extenduntur. Nocentur enim atque vexantur hoc usu, quanquam parvi temporis relevationem falsam sentire videantur, non aliter quam si *scabiosi* pruritu affecti, vel *lippientes*, manuum contactum affectare frequentent, quod *Græci* [3] χειραψίαν vocaverunt. Declinante passione omnia supradicta minuentur, quæ *Græci* symptomata vocaverunt, nos ac-
178 cidentia passionis. Hæc omnia etiam *mulieribus* passione affectis, sed plus in ipsis prævalet *prurigo* ob naturam. Indecenter enim ipsa in (*c*) *loca* manus mittunt, prurientibus verendis, atque omnes ingredientes [4] appetunt, & suæ libidini servire supplices cogunt. Differt autem a satyriasi *gonorrhœa*, quam nos feminis lapsum vocamus, siquidem sine tensione veretri fit feminis involuntaria atque jugis elapsio. Dehinc quod *satyriasis* tarda non sit, quam *Græci* chroniam vocant, ac simile quiddam habeat passioni, quæ a *Græcis*
179 est appellata *priapismos*. Ejus memor est in libro signorum *Demetrius Attaleus*, dicens quod hoc in quodam viderit sene, atque in seipsum (*d*) manu operante, nec quicquam tamen potuisse peragere: *tensionem* autem fuisse *veretri* nimiam, cum *parvo dolore*, ut cornu putaretur, & ita perseverasse multis mensibus, nulli quoque adjutorio medicinali cessisse, sed tardo atque longo tempore requievisse. Quo fit, ut sit *priapismus* discernendus a *satyriasi*. Siquidem illa celer sit, nec tardet in corpore: ac fiat sane (*e*) contractu nervorum, & stimuloso desiderio in veneream voluptatem.
180 Est autem passio *strikturæ* & *celeris* atque *vehemens*. Patitur enim tota *nervositas*, quod est conjiciendum ex mentis alienatione, & contractu membrorum: sed plus atque præstantius pati *seminales vias* accipimus, quas *Græci* spermaticos poros appellant: pati etiam eas partes gravius, quarum congressione usus venereus celebratur.

Curantes igitur, jacere facimus ægrotantes *loco calido*, atque vigilanter *silere* jubemus, *lanis* limpidis eorum clunes, atque pubetenus, quod *Græci* ἤτρον appellant, cum inguinibus & ipso veretro contegentes, prohibentes etiam homi-

similitudo.

c. pudenda

Quomodo differat satyriasis a Gonorrhœa.

Historia ex Demetrio Attaleo.

d. mastuprante

e. id est convulsione, ut paulo post.

Satyriasis qualitas & pars affecta.

Curatio in principio:

num

3 Hanc χειραψίαν noster infra Chron. lib. 1. cap. 4. vocant manutigium.

4 Hoc symptoma ut & præcedens est *Furoris uterini*, qui ab hac passione, quam Cælius hic describit, quæque viris fere propria est, plurimum differt.

num ingressum, & magis *juvenum fœminarum*, atque puerorum. Pulchritudo enim ingredientium admonitione quadam 18
provocat ægrotantes: quippe cum etiam sani sæpe talibus usi statim in venereamveniant voluptatem, provocati partium effecta tentigine. *Initio* itaque accessionum convenit nos eorum articulos manibus apprehensos continere, & ipsorum manus a locis patientibus arcere. Cum statum sumpserit accessio, ex dulci atque calido *oleo* lanas expressas, vel decoctione *fœnugræci*, aut *lini* seminis, vel *hibisci* apponere. In *dimissione* vero ob vehementiam etiam *phlebotomiam* adhibere, cogentibus rebus, *intra* diatriton: permittentibus autem, in ipsa diatrito. Intelligimus sane dimissionem, si etiam *febres* affuerint, ex earum (*f*) indulgentia. Necesse est enim quando passio asperatur, tunc etiam febres extendi: & cum rursum fuerit remissa, febres quoque levigari. At si febres non fuerint, ex cæteris accidentibus, quæ *Græci* symptomata vocant, cum ea indulgentiora viderimus, ut *ruborem*, *fervorem*, *pruritum*, vel in usum venereum cupiditatem, aut genitalium *tentiginem*, vel his similia. Post phlebotomiam corpus perungemus, atque ora lavantes, cibum damus *halicam* ex melle, vel panem lotum ex aqua, & *ova* sorbilia. Aliis autem diebus eas partes quas lana texeramus 183
cataplasmate curamus, ex fœnugræci atque lini seminibus, aut pollinibus aqua resolutis, quod *Græci* ὠμὴν λήσιν vocat, aut aqua & melle. Tunc etiam *cucurbitas* apponemus: sed in accessionis statu *leves*: in dimissione autem cum *scarificatione*, clunibus, atque pube tenus, perrasis (*g*) capillis. Apponimus etiam *sanguisugas*, & spongiarum *vaporatione* utimur, præcoctis in aqua quibusdam laxativis. Adhibentes etiam *clysterem* ex oleo calido, aut calida & oleo, tunc rursum cataplasmantes ante cibum. Præterea etiam (*h*) *encathismatibus* 184
utimur, nunc ex oleo confectis, vel ex calida & oleo, nunc ex decoctionibus mitigantibus & laxativis. In *mulieribus* autem etiam *pessulum* oleo calido infundentes, sensim cum (*i*) sexualibus manibus in muliebre verendum mitti jubemus. Externas vero partes per latitudinem lanis contegimus vel cataplasmamus, & utrique (*k*) fibræ cucurbitas infigimus. Declinante passione, *gestationem* adhibemus, & in oleum vel calidam ægros infundimus, scilicet *embasim* facientes. Tunc etiam *lavacrum* adhibemus, atque melioribus succis, & 185
va-

in statu

in dimissione.

f. remissione ac imminutione.

Quis cibus dandus.

Quid porro fieri oporteat.

g. pube

h. balneis

i. fœminæ alterius

k. pudendi

Quid sit agendum in declinatione.

variis cibi nutrimus, fugientes acriora, pulmentum atque vinum, multo tempore. *Cerotaria* etiam patientibus partibus apponimus. *Mulieribus* vero liquidiora facientes (*l*) acrium vice utimur. Adhibentes etiam æque ex adipibus, atque medulla, & meliloto, vel his similibus *pessaria*, de quibus, latius in libris quos sumus de mulieribus scripturi, docebimus. Aliorum autem medicorum, excepto *Themisone*, nullus hanc passionem conscribit; cum non solum raro,
186 verum etiam coacervatim, sæpissime invasisse videatur. Memorat denique *Themison*, apud Cretam multos *satyriasi* interfectos, quod quidem, quantum creditur, factum est ignorantia ciborum, quod frequenter ac plurimam manderent *satyrion* herbam. Ait præterea apud *Mediolanum* juvenem fœminam, atque alias (*m*) decentem, nuptam cuidam nobili, se vidisse *satyriasi* interfectam. Ponit etiam ejus passionis curationem secundo lib. epistolarum, ad *Asilium* scribens, imperans *phlebotomiam*, atque *fomentationes*, & *cataplasmata* frigidæ virtutis adhibenda; quibus possit extingui veneris appetentia: dans etiam *potum frigidum:* quæ omnia
187 sunt inconsequentia, atque incongrua. Siquidem pugnent phlebotomiæ laxamento, ex quo indulgentia corporis fit, & est cataplasmatibus, & fomentis ex frigido potu effecta constrictio, atque condensatio, ut supra diximus, contraria: quippe cum *appetentia* ac delectatio concubitus accidens sit verendorum partibus ob tumorem, sicut etiam *mentis alienatio* membranis cerebri tumentibus, quo fit ut ex frigidis atque constrictivis rebus augeatur etiam, vel geminetur veneris cupiditas.

l. clysteris vice injicimus.

In Creta satyriasis frequens, & unde.

m. pudicam modestam

Themisonis Consilium sibi repugnans.

CAPUT XIX.

188 *De Cholericis.*

CHolericam *passionem* ajunt aliqui nominatam à *fluore felis, per os atque ventrem effecto*, veluti fellifluam passionem. Nam χολὴν fel appellant, [1] ῥοιὰν fluorem: *alii* a multitudine fluentium humorum qui sunt similes felli. Non

Unde dicta sit cholera.

1 Potius ῥοῦν, nam ῥοιὰ non nisi in compositis, ut διάῤῥοια, γονόῤῥοια &c. usurpatur.

2 Cum primum navigare incipiunt, maris jactatione ac fluctuatione.

Non enim inquiunt esse fella, sed esse liquida in eundem colorem transeuntia: sed hoc differt nihil. Non est enim necessarium de *etymologia* certare passionis. *Asclepiades* libro de finibus hanc diffinitionem passionis dedit: *Cholera*, inquit, est *humoris fluor, celer ac parvi temporis*, (*a*) *ventris atque intestinorum*, ex concursu sive obtrusione corpusculorum, atque ut sæpe contigit, ex indigestione initium sumens. Hanc quoque diffinitionem quidam (*b*) differentes 189
ajunt, humoris fluorem dictum, siquidem hæc sit generaliter *cholera*: parvi etiam temporis, adjectum, ad discretionem *cœliacorum*: siquidem etiam ipsis fluor est humoris, sed longo frequentius tempore: concursu autem corpusculorum, siquidem etiam [2] *navigantium* quidam humoris fluxu afficiantur, nec tamen ex corpusculorum concursu. Adjectum etiam frequenter ex *indigestione* hoc fieri, siquidem ex aliis quoque causis fiat cholerica passio. *Aliqui* nostrorum tradiderunt eandem diffinitionem, solum concursum corpusculorum detrahentes, atque viarum raritatem adjicientes. Nos 190
autem superfluum fuisse causas passionis dicere judicamus, cum sit necessarium id quod ex causis conficitur, edocere. Multo autem ac magis superfluum dicimus, etiam causas antecedentes diffinitionibus adjungi, quippe cum nec sola cholerica passio ex indigestione fiat, neque sola indigestio hanc faciat passionem, sed etiam aliæ causæ speciales, atque contrariæ virtutis, quarum nihil ex ista diffinitione monstratur. Dehinc *rheumatismus* sive humoris fluor, non solum ventris atque intestinorum est, sed etiam stomachi. Quapropter, ut *Soranus* ait, *Cholerica passio est solutio stomachi, ac ventris, & intestinorum cum celerrimo periculo*. Sed an- 191
tecedentes causas ejus passionis dicimus, *vinolentiam*, vel *malum medicamen* potum, aut (*c*) *aquarum calidarum* potationem, vel *jactationem maritimam* primæ navigationis, quæ commoveat insuetos: sed vehementius hoc facere dicimur ubi continuamus *indigestionem* ob plurimam sumptionem cibi, aut insueti, aut curiose conditi: quorum sane intellectus aptus rationi est ob causarum scientiam, inutilis vero nec necessarius curationi, vel naturæ. Huic passioni similis ac vicina est *diarrhœa*, atque *stomachi resolutio*. Sed diar- 192
rhœam *Asclepiadis* sectatores discernunt. In *cholericis* ajunt ventris & stomachi rheumatismum, hoc est humoris fluorem,

Asclepiadis definitio.

a. ventriculi

b. explicantes.

Superflua.

Galii definitio ex mente Sorani.

Causæ antecedentes.

c. ut sulphurosæ, nitrosæ, &c.

Morbi vicini quomodo a cholera distinguantur.

rem, in *diarrhœa* vero ultimarum partium profluvium. Nos vero dicimus in *ſtomachi ſolutione* ſolum vomitum frequentare, & neque ſimul ventris fluorem: qui ſi (*d*) fuerit rurſum vomitu non (*e*) atteſtante, ſolius ventris ſignificat ſolutionem, & appellabitur *diarrhœa*: in cholerica vero paſſione utrunque concurrit, hoc eſt vomitus atque ventris fluor, cum aliis quibuſdam accidentibus ſignis, quæ poſt memorabimus. Item *indigeſtionem* ajunt (*f*) genere differre: ſed *Aſclepiadis* ſectatores magnitudine inquiunt, ſiquidem *parvus* in *Diarrhœa* fiat ex indigeſtione corpuſculorum concurſus, ſive obtruſio, *major* autem in *cholericis*: tempore e-
193 tiam differre inquiunt: ſiquidem præcedat indigeſtio choleram: ſed eorum prompta atque facilis eſt diſcretio. Etenim *indigeſtio* conficitur ex corruptione ciborum, etiam ſi quis neque vomat, neque humoris fluorem ſuſtineat, quem *Græci* rheumatiſmum appellant, per ventrem effectum; *Cholera* autem ex vomitu atque ventris fluore turbatio eſt, etiam ſi cibus non fuerit corruptus: Nam & ex aliis antecedentibus cauſis advenire, intelligi poteſt.

d. adfuerit
e. præſente
f. & pro ea differentia nunc Diarrhœam, nunc choleram excitare

CAPUT XX.

194 *Quæ ſequuntur eos qui cholerica paſſione afficiuntur.*

PRæcedit frequenter cholericos *ſtomachi gravedo* atque *tenſio*: *anxietas*: *jactatio*: *vigiliæ*: *tormentum inteſtinórum* cum ſonitu, quem *Græci* borborifmon vocant. *Ventris dolor*; atque per podicem *venti fluor* nihil relevans: *ructationes* fumoſæ: *nauſea*: ſalivarum fluor: *gravedo* thoracis cum membrorum (*a*) defectu: ſurgente paſſione *jugis vomitus*, & primo corrupti cibi, ſicut frequenter occurrit, & humoris at-
195 que fellis flavidi: dehinc vitellis ovorum ſimilis: tunc (*b*) praſii, atque æruginoſi: ultimo etiam nigri: *ventris* quoque *turbatio* cum dolore: & *egeſtio* vomitorum ſimilis, hoc eſt ſpumoſa, & acerrima, cum frequenti (*c*) delectatione vomendi. Creſcente paſſione *aquati* atque tenuis liquoris fit *egeſtio*, & aliquando ſimilis *loturæ carnis*. Feruntur etiam cum his humoribus plerunque *ſubalbida* (*d*) *deſputa*: ſequitur etiam denſitas *pulſus*, & *articulorum* frigus, atque *vultus* nigrore fuſcatus: *ardor*, atque ſitis inſatiabilis: *ſpi-*

Signa Choleræ futuræ:
a. laſſitudine *præſentis*:
b. Praſſini i. Porracei.
c. irritatione *in pejus vergentis*.
d. pituitoſa ramenta

ratio celerrima: & *contractio* vel conductio membrorum, cum nervorum tensione: ac surarum & brachiorum. *Præcordiorum* etiam ad superiora raptus, cum dolore iliaco simili; aliquando etiam *egestio ventris sanguinolenta*, *vultus* in maciem atque tenuitatem deducti: *oculi* rubri: & in ultimo 196
singultus. Ista denique acuta atque celerrima passio esse a veteribus memoratur, ut nunquam in secundum veniat diem. At si in meliorem partem vergere cœperit, ut levior fiat, *articulorum* atque corporis *frigus* (*e*) infractum mitescit: & *pulsus* assurgens manifestior fit; ex altioribus ad superficiem veniens: parvæ etiam, atque intervallis longioribus *egestiones* fiunt: & paulatim relevatior æger efficitur. (*f*) *Accessiones* autem apprehendimus ex his quæ sunt passioni consequentia. Cum enim anxietas atque jactatio, confluentibus ad stomachum liquidis, & contractio articulorum occurrerit, accessionem præsentem dicimus. At si post 197
vomitum minus sibi æger (*g*) cœperit displicere, stomachi occurrerit relevatio, & mitigata ventris mordicatione, cuncta minui adversa cœperint, dimissionem pronuntiamus. *Generaliter* autem passio est *vehemens*, atque *acuta*, vel celeris, & *aliquando* solius solutionis, *aliquando* adjuncta ex aliqua parte strictura, ut dolores ostendunt stomachi, atque ventris, & intestinorum, & articulorum contractio. Magis autem patiuntur in ista passione *stomachus*, *& venter*, *& intestina*: cætera vero membra omnia corporis consentiunt.

in melius mutare. *e*. diminutum

f. paroxismos particulares

g. minus anxius sit

Cujus generis morbus sit cholera. Quid maxime in ea patiatur.

CAPUT XXI.

Quomodo curandi sunt cholerici. 198

Methodus curandi Celiana.

CHolericos oportet primo similiter ut *cardiacos* locari, atque ut (*a*) *indigestos*, vel qui cibos (*b*) excludunt: *potum* dari decet tepidæ, ut quod immutatum corruptione videtur, tanquam veneni materia per vomitum depurgetur. At si hæc corrupta excludi desierint, erunt ægrotantes servandi in eodem (*c*) schemate. Provocabiles sunt enim liquidorum fluxionibus motus. Convenit etiam *articulorum* levis atque impressa *defricatio* cum quadam perseverabili tenacitate: tum etiam eorum *ligatio*, quæ cum fuerit (*d*) densa, (*e*) phthisicum consentire stomachum cogat. Sed ne ex his *li-* 199
ga-

a. qui cruditate ventriculi laborant.
b. vomitu rejiciunt
c. i. quieti
d. arcta
e. tabidum fluxum

gamentis superiora torpescant, erunt sæpius commutandæ ligationes. Tunc *stomacho* atque ori ventris *spongiæ* admovendæ jugiter ex aqua frigida expressæ, dehinc etiam ex *posca*, atque iisdem *facies* detergenda, quo (*f*) defectione submota in resumptionem veniant ægrotantes. Utemur etiam *odoramentis*, sicut in cardiacis ordinavimus, atque *flabris*, & *cataplasmatibus* frigidæ virtutis, secundum thoracem ac ven-
200 trem. Sed ut non sæpius hæc mutare cogamur, neque contrario, permanendo calida efficiantur, spongiis frigida expressis atque superpositis ea frigidamus, ut non (*g*) sæpius virtute constrictiva, verum etiam frigido tactu fluorem constringant. At si *dolor*, vel intestinorum *tormenta*, plurimum coegerint, pro frigidis spongiis aliquá (*h*) temperantia admovemus: tum tectione mundarum lanarum, vel olei dulcis, atque calidæ infusionibus utemur. Similiter etiam propter (*i*) *contractiones*, articulos lana circumtegimus, & pannis calidis (*k*) colligamus. Infigimus præterea *cucurbitas leves*, quas *Græci* κούφας vocant, scilicet sine scarificatione.
201 Has frequenter detrahimus, atque differentibus locis infigimus, quo latenter ac sensim etiam *strictura*, quæ irruerat, resolvatur. At si dolores coegerint, & plus urgere *vomitum* viderimus, solutione obtinente, ita cucurbitas infigemus, ut in cardiacis memoravimus, hoc est, *constrictivas* ori ventris, atque subsequentibus partibus. Aliquando etiam a *tergo* per intervalla dimissionis adhibemus. Præterea *aquam frigidam* sorbendam damus, per intervalla quidem. At si vehementius *vires* amputari, ac *solutionem* crescere viderimus, præcuratis ægris, ut in *cardiacis* docuimus, *cibum* damus dimissionis tempore, non expectata prima *diatrito*, defectionis coacti pe-
202 riculis. Dabimus igitur *panem ex aqua frigida*, diligenter prælotum: *halicam*, vel *oryzam* ex aqua, vel posca: aut *ova* ἁπαλά ac to prius infusa, & *pulticulam* ficciorem. At si accepta rejecerint, paululum requiescentes, post intervallum rursum cibo nutrimus. Tunc, si res coegerit, etiam *tertio* id facimus, vel *quarto*: & ob retinendum cibum *cucurbitam* latioris osculi unam vel secundam plurima cum flamma infigimus *ori ventris*, infra costarum finem eodem tempore quo
203 cibum damus. Tunc post ejus sumptionem idem facimus, quo constrictione atque raptu corporis, ad inferiora venire, & illic permanere cogantur accepta. Oportet præterea *ad-*

f. animi deliquio

g. tantum

h. dolorem mitigantia.

i. spasmos, convulsiones

k. cooperimus, deligamus

Cucurbitarum usus pro retinendo cibo.

l. obſervare *jutoriorum* mediocritatem (*l*) intueri. Nam plurimo atque jugi cibo oppreſſione præfocati ſæpe ſunt ægrotantes. At ſi diſtantia temporis longiore fuerit vomitus intercapedinatus, & ventris effuſio iiſdem dilationibus (*m*) dirarata, tunc, ut in declinatione totius paſſionis, ob appetentiæ deſtructionem dabimus quicquam pomorum, ut *pyra*, vel *mala cydonia*, aut *ſorba*, aut *mali punici* grana, aut damaſcena, vel recentium uvarum (*n*) palealium, *intybi* thyrſum, atque vo- 204
lantium pectora, ſed non pinguium, ut *perdicis*, vel (*o*) *phaſſæ*; vel ſimilium, in poſca decoctorum vel aſſorum cum aſpergine corticis mali punici, in pulverem comminuti. Dehinc e *cellario* quod *Græci* apotamiam vocant, *colymbadas olivas* fractas. At ſi ſufficienter ægrotantium ſurrexerint vires, dabimus etiam *panem ex vino mediocriter auſtero*, aqua frigida temperato. Dehinc etiam bibendum dabimus ex ipſo mixtum *potum*, ſed eo tempore quo cibum dabimus: multum enim bibere prohibemus: ſiquidem ſitis ſiccare valeat humecta. At ſi *febres* fuerint conſequutæ, & vires ægrotan- 205
tis permiſerint, abſtinentiam cibi adhibemus una die: ſi autem hoc ferre non potuerint, dabimus cibum dimiſſionis tempore: ſin vero febres non coegerint, & paſſionem ceſſaſſe viderimus, non ſine cautione ac *diligenti cura* reſumimus ægrotantem paulatim, atque modicis adjectionibus *potus*, vel *ciborum*, præcaventes ſuperfluos cibos, ne in commemorationem paſſio reducatur. Reſumptis igitur viribus, etiam *lavacrum* adhibemus. Hæc eſt *ſecundum nos cholericorum cura*.

m. rarius incitata

n. in palea reconditarum, & aſſervatarum.

o. phaſianæ avis

Veterum quorundam Medicorum.

Veterum autem medicorum ſententiæ variant. *Hippocra-* 206
tes ſel quoddam appellans (*p*) *choleurecam* nominavit, atque iliacæ paſſionis eſſe particulam ſive concurſum conſtituit. Ille denique ejus *curationem*, neque memorare dignum arbitratus eſt, ſed quinto libro *epidemion* cholericorum ſigna tradens, [1] *helleboro* dicit utendum cum lenticula, ac ſingularem ſuccum lenticulæ bibendum: Tunc inquit *vomitum* provocandum eſſe, quod eſt non aliter *contrarium*, quam ſi quis *fluore ſanguinis* pereuntem, vel *diaphoreſi* diſſolutum phlebotomare, vel ita ut *cardiacum* ſudore defluentem calido lavacro, vel ſudoriferis vaporibus velit adjuvare. Quod id ipſum 207
quod paſſio nititur, adjutorium quoque fieri vehementius co-

p. cholericam ægritudinem

1 De Athenienſi quodam, cholera correpto, id ſcripſit Hippocr.

cogat. Etenim (q) in *helleboris* vomitus factus, etiam his qui nulla solutione afficiuntur cholericæ passionis, periculum solet fieri, & magis, cum non præparatis corporibus adhibetur. At si quisquam [2] *Hippocratem* defendens dixerit, ab eo non datum, sed memoratum, quod quidam *cholericus* acceperit, vel sibi ipse dederit, frigida utitur defensione. Ait enim *Hippocrates* profuisse datum: quod si displiceret, cul-
208 pare debuerat. Item *Diocles* libro quo de passionibus atque earum causis, & curationibus scripsit, *frigerandos* inquit *cholericos*, & donec depurgentur, nihil eis accipiendum: sed tunc cum tempus visum fuerit, dandam *frigidam* & in vomitum provocandos: *balanos* etiam per podicem indendos. At si *hyems* fuerit, calida aqua utendum: tum nigrum dandum vinum cum polenta, atque provocato somno, quiescendum: *singultui* vero absinthium dicit convenire, & ad (r) *solutionem* bubulum vel caprinum lac, dimidiæ heminæ quantitate, cum papaveris albi succi cyatho dimidio, & mali
209 punici succo. Scribit etiam aliud curationis genus, quo memorat cumino quoque atque sale & origano, & his similibus potis utendum. *Culpandus* igitur primum est, quod calidum potum dari jubeat *cholericis* cum tempus hyemis intuetur, & non passionis considerat vires, neque conjicit quod calidum quicquid est, laxando provocet vomitum. Addidit etiam nihil dandum, donec ægrotantes depurgentur, & non docuit tempus cibi offerendi, neque demonstravit quando post depurgationem corruptorum, dimissionis tempore erunt ægrotantes nutriendi: denique tempus vini dandi non memoravit. Item *absinthium* est acerrimæ virtutis, & propterea incongrue atque imperite singultientibus ordina-
210 tum. Est enim ex tumore stomachi veniens singultus. *Lac* etiam in ejusmodi passionibus facilius accescit, & effusionem ventris provocatam extendit. *Cuminum* quoque & *origanum* acerrimæ virtutis esse nemo est qui nesciat. Quo fit, ut aperiantur magis quam claudantur fluentia, & provocentur mordicationibus quæ forte sunt in tumore constituta. *Praxagoras* primo libro de curationibus contra docens, jubet dari

q. ex Helleboro

r. *sub.* cohibendam

2 Verba hæc sunt Hippocratis. Hic Veratrum in lentium succo bibit: & alterum lentium succum insuper bibit, quantum potuit: & postea vomuit: coactaque sunt & adstricta ipsi ambo (nempe vomitus, & alvi profusio) &c.

s. Sic vocat oxymeli

dari plurimum *mulsum* ex (*s*) aceto confectum ebibendum: & calido *passo*, atque *absinthio* potandos probat. Vomientibus vero prius inquit calidum potum dandum. Tunc si plu- 211
rimus inquit vomitus fuerit, *lavandos* ægrotos calida, & post lavacrum *somno* dimittendos. At si dormire non potuerint, danda polenta, atque bibenda ex mulso, vel passo, vel frigida. Et cum vomitus quieverit, *lenticula* nutriendos, &

t. calidæ: ut supra

vino potandos. At si vomitus perseveraverit; post (*t*) dationem, rursum lavandos, atque iisdem utendum: at si perseveraverint ea quæ per ventrem feruntur, manente etiam vomitu, alia die rursum lavandos, atque similia adhibenda. Apparet etiam in hoc morbo *erroribus* implicari. Etenim *mulsum* ex aceto doloribus est incongruum, ut quod inflet tumentia ex *aceti* qualitate: *absinthium* vero est nocens, ut superius memoravimus. Item *calidus* potus vomitibus est in- 212
conveniens: *lavacrum* quoque fluenti corpori vehementer inimicum, quod iste non semel, sed sæpius adhiberi confirmat: & neque cibo nutrit, quo facilius vires ægrotantis diversis intereant detrimentis. Neque saltem semel, sub hac[3] lavacri frequentia dormire permittens, ut ipse voluit. Item *mulsum* ventrem dissolvit, quippe non decoctum. Non aliter etiam dulce vinum. *Ridiculum* quoque est, atque cachinnos commovens, paulante vomitu, lenticulam dare: perseveran-
te vero, lavacrum adhibere; cum sint hæc in utroque con-

v. fibrarum stricturas resolvit

traria. Etenim *lenticula* constringit præsentem fluorem, *lava-* 213
crum vero corpus (*v*) coæquat, post vomitus cessationem. Item *Erasistratus* secundo libro salutarium, utitur *tepido potu*, vomitum provocans, vel acrimoniam temperans fellis. Contra dolores autem *tepidis* utitur *vaporationibus*, & *cataplasmatibus* ex farina & vino: at si sitis defectio coegerit, vino potat *Lesbio*, cum aqua frigida, sed in aquæ cyathum vini guttas duas admiscendas jubens vel tres, ut solum, inquit, odorem vini habere aqua videatur, atque hoc bibendum post singulos imperat vomitus, & post singulas ventris effusiones. *Plus*, inquit, *aquæ* admiscendum si febres irrue- 214
rint, & similiter *lenticulam* dandam & *vinum*, aut malorum infusionem, vel decoctionem pomorum, aut pyrorum: & etiam *lavacrum* probat & resumptionem adhibendam. Sed hic

3 Nam tam frequens balnei usus somni, quem semel ab ægro capi vult, occasionem & opportunitatem ægro præripit.

hic quoque excludendus in quibusdam est. Etenim contra dolores * quomodo calidis, sic sine vino cataplasmatibus utendum: siquidem *rigore quodam naturali*, sive mordicatione, quam *Græci* ῥῖγος vocant, *vina constringant*. Est præterea eorum datio ante declinationem passionis contraria, & magis
215 cum sine cibo danda ordinantur, & immodice: siquidem post singulos vomitus id fieri præceperit, cum propter virium solutionem oportuerit etiam cibi quiddam offerre, & non solum vinum potandum dare. *Febribus* quoque irruentibus, & quantum credendum est *humore* (*vv*) *interposito*, inconveniens est lenticula, & infusiones sive decoctiones constringentium materiarum. Harum enim ad vomitum cogendum tantum fuerat usus necessarius. At *Herophilus* cholericorum curationem secundum se aliis nullam tradidit. *Asclepiades* vero tertio libro celerum vel acutarum passionum, (*x*) affectans *vomitum* ex rapaci haustu transvoratis potionibus, eodem die lavat ægrotantes, & *vino* potat cum polenta: &
216 quid ultra? cum plurima approbet veterum curationum, solum prohibens ea die lavandos, nisi vires fuerint (*y*) reparatæ. Oportebat etiam *vini tempus* diffinire, atque *post cibum* dandum ordinare. Empiricorum *Serapion* primo libro curationum, istius passionis medelam tradidit. Item *Heraclides Tarentinus* libro quarto, sed communiter uterque rationalis (*z*) *logicorum* consentiunt curationi: adjiciunt etiam medicamina, quæ *catapotia* vocaverunt, multis ex speciebus confecta, atque φαρμακώδη dicuntur, necnon *potiones* etiam ad retinendos exitus fluentium materiarum, ex quibus sunt, *Hyoscyami* seminis, quem nos altercum dicimus, drachmæ
217 duæ: *anisi* drachma una, *opii* drachma semis, contrita & superfua aqua dulci. Tunc collecta, & in *triginta* partes divisa: [4] singula faciunt *catapotia*, quæ dantur in aqua frigida, cyathis duobus. (*a*) Abstinent, inquit, etenim ventrem. His vero qui fuerint viribus illæsis, convenire dicit medicamen ex *myrrha* atque *papavere*, & *croco* confectum, in quantitatem ervi datum, cum vini cyatho: sed hæc (*b*) vehementius ostendit *Heraclides Tarentinus*, dans etiam halicam cum vino ultimæ expressionis, ὑδατώδη *Græci* vocant, nos abusive tortivum, vel cum *absinthio* & oryza: vel *lenticula*, aut *ptisana*, cum contrariam virtutem halicæ lenticula atque

* quemadmodum

vv. intercepto, i. inculcato, nec libera ventilatione difflato.

x. moliens ac procurans

y. vino & polenta

z. Medicorum rationalium

a. ventris fluxum cohibent

b. prolixius extendit

4 Hac ratione singula catapotia pendunt grana septem.

que ptisana obtineat. Item primo libro regulari, sive, ut 218
Græci dicunt, *diætetico*, nutriens *cholericos* prima die, cæteris utens congrue. Postera, inquit, die eos ante vomitum usque ad tertium diem, neque cibo nutriendos, neque os colluere permittendos, si quicquam fuerit suspicione (*c*) solicitum. Post tertium vero diem continenter atque cum cautione resumptionem faciendam. Sed huic erit respondendum: Utrum in declinatione passionis dari dixerit vinum, atque varium cibum, an ante ipsam, quod est intemporale atque importunum. Sed in declinatione, cur declinante pas- 219
sione, & quantum creditur, forsitan exclusa, usque ad primam diatriton abstinendos existimat ægrotantes? His enim qui forsitan * ob ejus defensionem dixerint, eum præcavere rursum ne febres irruant, respondemus, hoc esse occultum, & non oportere *methoditum* esse suspicionibus incertis occupatum, * & vere. At si ob irruentem febriculam, quæ jam præsens esse videtur, abstinentia putat utendum, erat melius dicere, cessante vomitu, emergenteque febricula abstinentiam esse adhibendam, quod quidem facere vel memorare neglexit.

c. metuendum de morbi aut recursu, aut perseveratione

* ad

* sed veris

CAPUT XXII.

De defluxione, quam Græci diarrhœam vocant.

Asclepiadis definitio. DEfluxio est secundum *Asclepiadem* rheumatismus, sive, 220
fluor parvi temporis, ultimarum partium coli atque sessionis, sive (*a*) longanonis, ut nos appellamus, quæ fit, inquit, ex conventu sive concursu atque *congressu corpusculorum*. Sed huic quidam responderunt, quod non solum ultimarum partium coli defluxio esse videtur, sed etiam superiorum: item ex corpusculorum concursu, sive conventu, quem ἔντασιν appellavit, negant fieri posse *defluxionem*, sed magis abstinentiam, vel *retentionem*. Alii rursum defluxionem dicunt 221
fluorem, sive ut *Græci*, rheumatismum, *parvi temporis, intestinorum, atque sessionis vel longanonis secundum viarum raritatem*. Sed superfluum est causas adjicere, cum passionem diffinimus, quibus fuerit confecta defluxio. Item alii defluxionem esse dixerunt *ventris turbationem celerem*, vel acutam, *quæ fit ex corruptione ciborum*. Sed etiam nunc habet quædam

a. recti intestini

Aliorum definitio.

dam superflua diffinitio. Dehinc etiam sine corruptione ciborum, aut simili causa posse defluxionem fieri, probe vi-
222 demus. Sequitur autem defluxione laborantem *sine ullo dolore effusio liquidorum per podicem*, hoc est, per anum, quæ corporis facit (*b*) *corruptionem*: aliquando etiam perseverando *intestinorum vulnerationem*, ex qua dysenteria sæpe sequitur. Utendum ægrotante commode locato, *silentio*, atque *abstinentia cibi*, & *vini*. Tunc etiam *cataplasmatibus* constrictivis, secundum clunes, atque ventrem, vel pubetenus admotis. *Alia* die, si *defluxio* cessaverit, cibus adhibendus constrictivus. *Tunc* etiam vinum atque lavacrum adhibendum, & cætera quæ resumptionibus convenire videntur.

Symptomata diarrhœæ.

b. colliquationem

Curatio.

OXEON LIBRI TERTII FINIS.

CÆLII AURELIANI SICCENSIS IN V. LIBROS MORBORUM CHRONICORUM

PRÆFATIO.

PRÆSCRIPTIS (*a*) celerum passionum libris, *tardarum* placet curationes ordinare, quæ solo (*b*) *supra-positionis* tempore superioribus sunt similes, in lenimento vero varia [1] *recorporatione* formantur, & peritis medicinæ claram æternamque gloriam (*c*) quærunt. Celeres enim, vel acutæ passiones etiam sponte solvuntur, & nunc fortuna, nunc natura favente. Quo fit ut ignari homines (*d*) elati, sæpe *medicos* fugiant, cum hos (*e*) proventus incantationibus novis ac (*f*) ligamentis adscribant, aut fortunæ; cum (*g*) quoties repentino nuntio læti aut territi ægrotantes, mutatione quadam corporis morbos excludunt; vel ea per [2] intemperantiam gerunt, quæ ratione occulta sibi profutura nescientes, duce desperatione committunt. In (*h*) utrumque enim faciles *celeres passiones* accipimus. Pelluntur enim aut fluore *sudoris*, aut *sanguinis* per nares, aut *ventris*. Chroniæ autem vel *tardæ passionis* morbi, qui jam præjudicio quodam corpora possederint, solius *medici peritiam* poscunt, cum neque natura, neque fortuna solvantur. *Podagram* denique, vel *Phthisin*, aut *Elephantiasin*, vel similes tarditate passiones resolvi, nulli sectarum principes meminerunt, sicut sæpe febres acutæ solvuntur. Hinc denique Græci *Asclepium* (*i*) nomen sumpsisse dixerunt, quod dura curando primus superaverit vitia. Scribentium igitur medicinam nullus ante *Themisonem* tardarum passionum curationes (*k*) principaliter ordinavit. Alii vero has omnino tacuerunt, tanquam impossibiles judicantes, vel (*l*) incurabilium passionum. Alii *Alyptarum* officio (*m*) tran-

a olim, vel antea scriptis.
b. exacerbationis per intervalla redeuntis τὴν ἐπιδόσεος.
c. parant
d. cursim, festinanter.
e. eventus
f. τοῖς περιάπτοις: amuletis.
g. aliquoties
h. lætum aut tristem exitum.
Morbi chronici soli arti cedunt.
i & Dei, & gloriosi medici.
Asclepius unde nomen invenerit.
k. aliqua methodo
l. inter incurabiles passiones.
m. committendas.

1 Quid sit Methodicorum *recorporatio* in notis ad passiones celeres diximus, Cæliusque in hisce *Chronionis* libris passim ipse indicabit.

2 Nil crebrius exemplis ægrorum, qui vescentes cibis a Medico prohibitis convaluerunt.

transmittendas crediderunt: Alii disperse atque de aliis passionibus (*n*) scribentes, ut podagra, sanguinis fluore, hydropismo, paralysi, alopecia, vel quartanis typis, ut *Erasistratus*, & *Asclepiades*. *Themison* autem tardarum passionum tres libros scripsit: item *Thessalus* secundo libro Regulari earum curationem ordinavit. Dehinc *Soranus* plenissime cunctarum diligentiam tradidit, atque speciale corpus scripturæ formavit, de passione capitis initia sumens, quod nos quoque faciendum assumimus.

n. sub. de chronicis tractaverunt

MORBORUM CHRONICORUM

LIBER I.

CAPUT PRIMUM.

4 *De capitis passione, quam Græci Cephalæan nominant.*

A PARTE corporis quæ patitur, passio *nomen* accepit. Nam κεφαλὴν *Græci* caput vocaverunt. Generatur autem sæpius *perfrictione* aut frigiditate, aut e contrario *solis exustione*, aut continuatione *vigiliarum*: sed vehementius *fœminas* tenet ob diligentiam [1] capillorum. Sequitur in passione constitutos dolor vehemens capitis *totius*, aut *dimidii*, quem consueto nomine *hemicraniam* vocant, vel cer-
5 te temporum, (*a*) quem dolorem crotaphon appellant. Occupat etiam *oculorum* radices, & *occipitium*, atque *colla*, tendens usque ad spinæ partes, ut cum sedere ægrotantes voluerint, *vertigine* adficiantur, atque oculorum caligine, cum *nausea*, & *fellis vomitu*. At si passio (*b*) vehementer cœperit, rubri atque prominentes *oculi* fiunt, dejectis & conclusis *palpebris* evitantes lumen, cum *lachrimarum* fluore, cibi etiam jugi *fastidio*, & obtusione visus, *aurium* tinnitu, & difficili auditu. Sequentur etiam *vigiliæ* juges, aut frequentes, *dentium* dolor, & accessionis initio *sanguinis* e naribus parvissimus guttarum fluor, nihil relevans. Erit igitur

Cephalæa nomen. Causa.

Fœminæ obnoxia cephalæa.

Signa & symptomata.

a. quæ κροτάφους

b. vehementescere, ut multis locis hujus operis.

1. Quos cum pectunt, comunt, tingunt, summittunt, caput sæpius lavant.

locandus ægrotans, si *totum* caput doluerit, *supinus*. Si autem 6
ex parte, ea parte quæ patitur. Mitigatur enim quodam blandimento straminum, pars in dolore constituta. *Pejorante* passione sequitur *vultus* depravatio, *pulsus* obscuritas, & omnes *sensus obtusione* afficiuntur. Hac passione *alii* celeriter atque cum febribus laborant, quem dolorem proprio nomine sectarum principes (*c*) *capitis* vocaverunt. *Alii* tarde, atque sine febribus, per intervalla temporum admoniti, & solo dolore capitis oppressi, quam passionem veteres *cephalæan* vocaverunt. Pati autem *aliqui* membranam cerebri dixerunt, *alii* eam quæ testam circuntegit, *alii* omnem cutem capitis, *alii* temporum atque buccarum musculos, quos [2] *siagonas* appellant. *Nos* vero *aliquando* istorum aliqua, se- 7
cundum quod se sensus doloris extendit: *aliquando* omnia, secundum quod (*d*) fomenta vel accessiones passionum ordinate se ingerunt: similiter etiam sicut dimissiones atque delinimenta convariant, & nunc longiores, & (*e*) puras, nunc angustas & sordidas accidentium malorum reliquias in accessionem reliquerint. *Item* secundum superpositionem tempore accessionis. *Item* secundum quod nunc (*f*) diurnas, nunc intercapedinatas exacerbationes interpositis diebus, uno, vel duobus, sicut quos *typicos*, aut *periodicos* circuitus appellamus, aut *hemitritaicos*, pro [3] responsione temporum habuerint variantes. Igitur de dolore capitis, in acutis febribus 8
accidenti, prius libro de febribus memoravimus. De illo vero qui sine febribus, atque tardus, & [*g*] suæ passionis est, nunc dicemus.

Cum itaque adhuc parvus fuerit (*h*) sensus, oportet ægrotantem jacere *loco mediocriter frigido*, atque *obscuro*, paulo levatius *capite* collocato, adhibito *silentio*, atque corporis & animi *requie*, cum abstinentia *cibi* usque ad primam diatritum. Adhibenda etiam *articulorum* levis fricatio, cum capitis *fomento* ex oleo frigido atque (*i*) viridi, vel succo quolibet admixto, qui sine repercussu valeat astringere, ut *polygoni*, (*k*) *arnoglossæ* herbarum, aut *intybi*, aut *portulacæ*, aut *rubi*, quem *Græci* βάτον appellant, aut (*l*) anulorum *vi-* 9
tis,

Qualis decubitus convenias.

Divisio.

c. cephalalgiam

Pars affecta.

d. causæ

e. omnis doloris vacuas, cujus antitheton sordidas, sed valde improprie

f. continuas

g. ipse morbus primarius

Curatio.

h. sub. doloris

i. omphacino ὀμφακίνῳ

k. plantaginis

l. capreolorum, clavicularum

2 Siagonitas, ut multis locis operis περὶ τῶν ὀξέων: quamvis in hoc libro passim Siagonas legamus.

3 Crediderim librarium aliquem vocem hanc ex non satis inspecta minusve intellecta nota abbreviata vocis *ratione*, male descripsisse.

tis, quos ἕλικας vocant, vel (*m*) *uvæ lupinæ*, aut *anagallidis*, vel *sideritis* herbæ, aut 4 *murtæ*. Hinc etiam *cataplasmata* adhibenda ex horum singulis, aut admixta polenta, vel compositum ex multis ejus virtutis medicamen fronti apponendum, ut est (*n*) *diatheton*: si vero vehementior fuerit dolor, erit locandus ægrotans *loco amplo* atque calido mediocriter, & neque plurimum lucido, ne nimius splendor officiat. Apponendæ etiam *lanæ* lenes ac tenues, & limpidæ iisdem partibus, cum jugi fomento ex *oleo* dulci atque cali-
10 do. Ac si coegerit dolor, (*o*) πτύγματα erunt vicissim & lanæ, æque mollia apponenda, ex oleo calido expressa, (*p*) temporibus sub buccarum musculis immota. Tunc etiam *vesicæ* semiplenæ ex oleo calido, vel *saccelli* ex pollinibus calidis conferti, manu etiam calida atque digitis, molli tactu loca dolentia contingenda, cum omni silentio ac requie ægrotantis. Si autem dolor ad *dentes* tetenderit, *mulsam* calidum vel *oleum* damus, quod in ore sine ullo motu contineat: nisi quis hoc horrescens in nauseam fuerit provocatus.

m. Solani. *vide lib. 2. c. 7.*

n. Diatheis, quod describitur a Gal. *κ. τόπος* & ab Aetio.

o. complicati panniculi

p. & sub temporibus buccarum musculis admovenda: tum

11 At si *vehementius* dolor convaluerit, & majora (*q*) exegerit, diu etiam permittentibus viribus in ipsa diatrito, vel ante ipsam, sanguis erit detrahendus, *phlebotomia* scilicet: sed totum caput dolentibus, ex eo brachio quod facilius fuerit, detractio facienda. At si *altera* pars capitis doluerit, ex ejus *contraria* detractionem faciemus, quo longius adjutorii commotio a parte patienti remota videatur. Tunc *os* colluere permittimus, & *aquæ* calidæ potum damus. In ipsa vero diatrito *unctionem* adhibemus ex oleo dulci atque cali-
12 do. Tunc facimus foveri *faciem* ex aqua scilicet calida. Dehinc potum atque cibum damus, ut est *panis* aquæ calidæ elutione purgatus, quo difficultate deposita (*r*) politus fiat. Vel certe (*s*) aliqua similiter (*t*) fiant, aut cum *mulsa* mediocriter cocta, (*v*) aut ex panis pulticula confecta, quam τορυνητὸν *Græci* vocant, cum parvissimo anetho, aqua, sale, & melle; item *ova* sorbilia. Quæ quidem cibatio erit *alternis* diebus adhibenda, donec dolores declinent. At si passio duraverit, erit *tondendus* æger usque ad cutem. Hinc etiam pa-

Quid faciendum dolore urgente.

q. exegerit remedia, etiam *In Hemicrania sanguis mittendus brachio opposito.*

r. remoto furfure suavior & jucundior fit.

s. alica

t. fiat

v. aut pulticula ex pane confecta.

4 In hoc exemplari sic perpetuo scribitur pro Myrti.

5 τορυνέειν est in olla coquere & elixare. τορυνητὸς pulticula in olla elixa, & inter coquendum rudicula vel cochlearis assidue & curiose agitata, ne uratur, aut nidorem oleat.

patientes partes levantur, cum ex alto *reflatio* quædam viarum nuditate permittitur, & localibus interea adjutoriis præparantur. Tunc *novacula* radendum caput, atque cataplas- 13
matibus, & levi *cucurbita* in accessione, cum scarificatione autem in dimissione relevandum, ex illis scilicet partibus quæ plus patiuntur, vel fortiore dolore vexantur. Atque ita *sanguisugæ* apponendæ, quas hirudines appellamus, & magis si locorum inæqualitas cucurbitæ non fuerit capax, quo inhærere minime possit. Tum *vaporationes* spongiarum ex aqua calida expressarum adhibendæ, vel calida & oleo, aut decoctione *hybisci*, quam althean vocant. Ac si *venter* non fecerit officium plurimis diebus, tunc (*vv*) calidæ, & oleo rutæ, admixto melle, erit injiciendus *clyster*: sic enim 14
& intestinorum fotus fit, & stercorum detractione caput relevatur, quorum motu, ac expirationis ascensu amplius gravabatur. Quapropter etiam pridem, si officium venter non agnoverat, oportuit adhibere clysterem, priusquam cucurbitæ usus accesserit: dehinc *cataplasmatum* genus nunc laxativum convenit, ut est ex lini & fœnugræci seminibus: atque polline, ex aqua & oleo, admixto melle concocto: vel ex panico diligenter emollito.

vv. ex calida.

Clysteris in Cephalæa utilitas

Declinante passione *cerotariis* atque malagmatis simplicibus 15
utendum, ut est (*x*) *diachylon*. Tunc *cibus varius* dandus, prædictæ simplicitati vicinus, ut est cerebrum porcinum, vel hœdinum, pisces teneri, turdi, columbarum pulli, vel domesticarum gallinarum: olera quoque cucurbitæ, malvæ, betæ, nunc ex aqua cum oleo atque garo curata, nunc concisa atque trita, & (*y*) interius condita: magis enim ex his facilis venter efficitur, quod sæpe etiam sanitatis tempore omnibus profuit, quibus unius diei ventris dilatio caput implevit. Ante cibum præterea erit adhibenda *gestatio*, (*z*) portatoria scilicet sella, sine vehementi motu, quo partes vehementer patientes releventur. Tunc etiam *deambulatione* 16
utendum, & post perunctionem capiti adhibendus *fotus*, cum (*a*) toto corpore supradicto motu laxatum, & spiramentis facilibus agitatum sit. Etenim *motu densa laxantur*, & *retenta tenuantur*. Dehinc cum declinatio (*b*) firmior esse cœperit, *lavacrum* adhibendum. Tunc in alia diatrito quiddam *vini* aquati offerendum. Ita cum capitis pausaverit dolor, longo tempore horæ solitarum accessionum erunt evitandæ, atque

Quid agendum morbo declinante.

x. διὰ χυλῶν

y. curiosius, ut paulo post

z. fertorium paulo post vocat

a. totum corpus

b. magis confirmata

Quomodo recidiva præcavenda.

atque e memoria ejiciendæ: quibusdam etiam temporibus in
17 requie servemus ægrotos. Declinandum etiam omne quod potest accessionem in (*c*) *commemorationem* reducere, ut est *adustio*, *indigestio*, *venus*, (*d*) *meratus potus*, vel plurima masticatio durioris cibi, aut curiose conditi, necnon etiam *vapores vehementes* atque (*e*) ignea lavacra, *exclamatio* vehemens, *iracundia*, vel *venter* nimis adstrictus, & magis post cibum, spiritus retentio, & ejus ad ilia (*f*) descensus. Sic enim oppressio quædam omne caput extendit.

18 Dein (*g*) tardante passione, & nunc *superpositionibus* exasperata, nunc *lenimentis* levigata; oportet in superpositione temporis animadversionem habere, iis denique quæ supra scripsimus, uti. Etenim quæ mitigant celeres vel acutas passiones, ea tardarum superpositioni conveniunt. In *lenimento* vero paulo audacius resumendi sunt ægrotantes, & non, ut nuper, timoris adjuncta cautione, tempore scilicet quo superpositionis asperitas declinabat. Adhibenda igitur *vectatio* pro viribus ægrotantis (*h*) fertorio, vel (*i*) sella procurata. Ac si purius occurrerit lenimentum, & neque æger fuerit viribus prævexatus, tunc hominum manibus, aut animalium actu (*k*) vehiculum adhibemus, æquali videlicet motu, sed pertecto, atque æquabili, lucido, & mediocriter ca-
19 lido loco. Ac si temperata, & sine flatu aeris fuerit qualitas, tunc etiam sub cœlo erit adhibenda gestatio. Sed necessario *longitudo* loci curanda, ne frequenti reversione vehiculi circulatus gressus *vertiginem* ingerat ægrotanti. Tunc etiam *deambulatio* adhibenda, sed primo tarda, dehinc medio tempore fortior, atque paulo [*l*] erectior extentis cruribus. Iis vero quibus caput fuerit plurimum relevatum, etiam *lectio* ante deambulationem erit adhibenda, si studiosi fuerit ægrotantes, sed levi exercenda voce: tum *exercitium*, atque *unctio*, quæ æqualiter corpus moveant atque curent, ut *vestitos* faciamus currere, *nudos* vero cum defricatione perungi.
20 Tunc manus suo motu [*m*] exerere, vel certe *luctationem* jugem facere, adhibito [*n*] *doctore*, cujus præceptis pareat, * adhibitis [*o*] sane iis rebus, quæ implere atque commovere caput valent, ut sunt ea quæ cum (*p*) objectione plurima corporis fieri jubentur: necnon etiam *circulatos* ductus atque [6] *retrogressus* cum saltibus. Tunc ora lavanda, atque arti-

c. ejus recidivam facere
d. meracus
e. calida & ferventia, tam naturalia quam arte parata
f. ex nimio ventrem exonerandi conatu
g. in morbum vere chronicum abeunte
h. fertoriam sellam posthac vocat cap. 5.
i. portatoria, ut supra
k. vectationem
Quid cavendum in vectatione.
l. concitatior
Lectio quando adhibenda.
m. exertere
n. aut Pœdotriba, aut gymnaste
* prohibitis
o. etiam
p. jactatione

6 Gal. lib. 2. tuendæ valet. id genus exercitationis ἐκπλοκίζειν vocat.

articuli fovendi, vel lavacrum per intervalla dierum adhibendum. Deposita autem corporis turbatione, erit *aqua* præpotandus ægrotus. Tum *cibum* sumere succi facilioris debet, id est, mediæ materiæ, quam μέσην ὕλην vocant Græci. Dandum etiam *vinum* tenue, parvum. Sed eo tempore 21
quo cibamus, adhibenda quoque *animi laxatio*, quam διάχυσιν vocant, quæ fiet aut ludicris rebus, aut jocularibus facetiis, quæ singula artis moderatione adhibita, *cyclorum* ductu augeri atque minui debent, (*q*) prædato initio, cui perfectio consummata respondeat.

q. præscripto

Quid sit cyclus resumptivus.

Est autem *resumptivi cycli* ordinatio formanda hoc modo. *Prima* die parvo cibo atque aqua nutritus ægrotans, vel si ferre valuerit, ab omni nutrimento abstentus, *alia* die levi motu erit exercendus, atque oleo perungendus: tunc & ci- 22
bo nutriendus, id est tertiam accipiat partem solitæ quantitatis, quam facile percipere atque digerere solebat. Sed *panem* dabimus limpidum, fermentatum: [7] *pulmentum* autem ova, vel holerum betas, aut cucurbitas, vel malvas, aut [r] lapathos, aut bulbos, vel pisces teneros, ut sunt scari, aselli, (*s*) julides: & aviculas, ut sunt turdi, ficedulæ: vel cerebrum porcinum aut hœdinum, in hac perseverantes qualitate, atque quantitate, *duobus* vel *tribus* diebus, juxta virium possibilitatem, quo neque parva dando debilitentur, neque adjectionibus perturbati opprimantur. *Tunc* detractæ 23
partis partem *tertiam* adjicientes, *pulmentum* damus turdorum, ficedularum, aut ex pullis columbarum, vel gallinarum. *Tum* rursum post *tres* vel *quatuor* dies aliam tertiam partem panis adjiciemus, & agrestia dabimus pulmenta, ut leporis, aut capreæ: atque ita æquali numero dierum peracto, ultimam partem panis addemus. *Pulmentum* dabimus porcinum, tenerum, ex aqua, vel non curiose conditum ex anetho & sale. *Præterea* simili modo erit etiam *vini* facienda partitio, atque per singulas pulmentorum mutationes adjectio: ac si plus ægrotans bibere, quam damus, voluerit, aquam sumat. Simili modo etiam *gestatio*, atque *exercitium*, 24
sive motus erit augendus aut minuendus, ad comparationem quantitatis ciborum.

r. Λάπαθον.

s. Vid. Aristot. Hist. anim. lib. IX

Κύκλος μετασυγκριτικὸς *seu recorporativus.*

Perfecto *resumptivo* cyclo erit *metasyncriticus* adhibendus, primo

7 Hac voce pulmenti Cælius intelligit varii generis cibos, μέσης ὕλης dictos, coctura & elixatione teneros.

primo ex parte, dehinc perfectus, est enim passio facilis in (*t*) motu, & natura caput injuriis aptissimum: siquidem non facile rerum repentinas perferat mutationes. *Prima* igitur die erit cibo abstinendus ægrotans: tum *alia* die parva adhibita gestatione, atque unctione corporis, vel si passio permiserit, lavacro, rursum *panis* dabimus *tertiam* partem solitæ quantitatis, quam ante initium curæ facile accipere
25 atque (*v*) perferre solebat. *Pulmentum* dabimus salsum, assum, vel (*vv*) coctum, dabimus etiam cappares sinapi madidatas, atque olivas ex viridi novitate messas, quas *colymbadas* vocant, præcaventes ea quæ facile caput implent atque gravant, ut est porrum, allium, cepe. Potum dabimus *vinum*, & si perferre voluerit æger, in iisdem *duobus* vel *tribus* perseverabimus diebus: sin minus, *secunda* die salsamentis admiscemus (*x*) cerebrum, vel piscem. Tunc *sequenti* die panis detracti partem *tertiam* addimus: *pulmentum* damus, holus, cerebrum, piscem tenerum, hoc *tribus* vel *quatuor* ser-
26 vantes diebus. *Tum* rursum aliam tertiam partem panis addentes, transimus ex mediæ qualitatis materia ad volantum qualitatem, atque in eadem simili dierum numero perseverantes, *ultimam* partem panis addemus: *pulmentum* dabimus porcinæ carnis. Sed si multas mutationes facere voluerimus, in *quatuor* partes medietatem panis dividimus, ut singulas singulis (*y*) mutationum pulmentis adjiciamus: hoc est, *unam* mediæ qualitatis materiæ applicantes, *aliam* volantum, *aliam* agrestium, *aliam* porcinæ carnis. Sed ne quid odiosum e quantitate multorum dierum fiat ægrotanti, hoc est, pulmentorum similis oblatio, erit in communi qualitate specierum diversitas varianda, ut quibus diebus (*z*) sal-
27 sum damus, Græci [8] *drimyphagian* appellant, ejusdem speciem variemus, nunc, exempli causa, dantes piscem, nunc sardam, nunc [9] cordulam: atque ita in usu mediæ materiæ, quam μέσης ὕλην appellant, nunc turdos, nunc ficedulas, sive quas [10] miliacas vocant, nunc columbarum pullos, ac gallinarum. Hoc denique etiam in aliis qualitatibus

t. facile revertitur

v. digerere, ut supra

vv. tostum

x. suillum, aut hœdinum: ut supra

y. pulmentorum mutationibus

z. salsamentum

8 Ejus modum & ordinem vide lib. 3. cap. 2.

9 Cordyla, thynnorum partus, qui fœtas in mare autumno redeuntes comitatur. Plin. H. N. lib. IX.

10 Vel milio pastas & saginatas: vel cenchridas a milio dictas, avium peculiare genus. Aves quidam esse volunt, quas ortolanos Itali vocant, quod mirum in modum & pinguescant, & delectentur milio.

pulmentorum, sive materiarum erit servandum, ut ejusdem virtutis pulmenta specierum mutatione varientur. Erit præterea *pomorum* quiddam adjungendum, quod inflare non valeat. Sed tempore quo *porcina* utemur, erunt etiam *olera* offerenda: solumque id servandum, ne modum quantitatis excedamus, sive qualitatem rerum datarum. Augetur enim 28
(z) oblatio non solum si plurima fuerint diversarum specierum, sed etiam si plus nutrire valuerint. In omni igitur *mutatione*, hoc est transitu ex qualitate ad quantitatem, prima die oportet curandum (a) *aqua* vivere, adhibita *perunctione*: In aliis vero diebus etiam *vinum* accipere, & *lavacro* corpus recurare, sed non omnibus necessario diebus: siquidem facile caput jugi lavatione ad passionis vestigia revocetur. Similiter autem oportet etiam *motus* corporis augeri atque minui.

Tunc isto *cyclo* perfecto, erit alius adhibendus solo ex 29
vomitu, detracta *drimyphagia*: In quo oportet *prima* die in parvo cibo, & aquæ potu ægrotantem servare: Tum *alia* die (b) levi deambulatione motum vomitum exagitari, ex radicibus *raphani*, vel iis similibus speciebus, si loci aut temporis causa defecerit radicum copia. Oportet igitur *radicis cortices* in frusta minui parvissima ad *libræ* pondus, quod excedere fas non est. Tunc infuso *mulso*, & *aceto* confecto simplici, vel *scillino* hauriendum, atque (c) mandenda dare ægrotanti, sed paulo prius quam cibum libero tempore accipere solet, ut neque (d) *supinus* adhuc stomachus, hoc est, cibi adpetitu non admonitus, sine ulla commotione revomat: neque rursum appetentia soliti temporis excitus (e) 30
digestioni incitet accepta. *Tum* tenuiter (f) *masticans*, & jugiter ex illo mulso ex aceto confecto sorbens, transvoret, atque cum omnem modum sumpserit, (g) levi deambulans motu, requiescat, donec ructante stomacho è retento spiritu mordicatione quadam, sive fervoris sensu sentiat altiora pulsari, quod quidem interposita hora (h) occurrere probamus. *Tum* aquæ tepidæ sumens cyathos duos, ne plurimo potu acrimoniam radicis obtundat, *immissis digitis* vomitum provocet, atque cum omnia reddiderit accepta, *aquam* superbibat plurimam, ut & stomachum lavet, reliquias fervoris extinguat: atque ita provocato vomitu rejecto potu rursum bibat. Hoc cum *tertio* aut *quarto* fecerit, & potum 31
(i) li-

z. sub. ciborum

Quid in quavis ciborum mutatione observandum

a. vid. initium hujus §.

Alia cycli species,

b. post lenis deambulationis.

Vomitorium ex raphano.

c. vid. paulo infra.

d. famis spicula nondum percipiens.

e. digestione coquat

f. radicem in frusta concisam.

g. leni

h. fieri observamus.

Aqua inter vomendum plurima bibenda.

(*i*) liquore limpido reddiderit, *capiti* levis fotus est adhibendus, atque *ora* aqua calida fovenda. Tum levi deambulatione movendus est, ob tranquillitatem [11] *capitis* faciendam, nisi sit solvendi (*k*) *torporis* ex nocumento vomitus illati causa, perungendus, hoc est, ex superioribus ad inferiora membratim deductis manibus defricandus. Sic enim capitis densitas quæ videbatur illata, solvetur, cum inspiratio facilis totum per corpus fuerit effecta. *Tum* epotis duobus cyathis aquæ calidæ, lecto recollocandus, & ab omni cibo vel potu abstinendus, summa cum requie animi atque
32 corporis. Dehinc laxata capitis strictura [12] *somno* dimittendus: quoniam prius quam densitas ex adjutorii commotione illata soluta est, qui in somnum facile devenerunt, non solum (*l*) suæ causa capitis gravationem servaverunt, sed etiam majorem fecerunt, cum nullo spatio interjecto somnum adjutorio jungentes densitatem (*m*) corporis junxerunt. Est igitur, ut dicimus, *cibo abstinendus*, ne sumpta corrumpat ex corporis remanente torpore, post agitationem vomitus, atque fervorem. Quippe cum sæpe manentibus in stomacho squamulis vel folliculis radicum, requie superaddita, atque cibo novo commixto, ejus necessario faciant corruptionem, ex qua consequenter caput impletum, etiam-
33 si sua passione prævexatum non fuerit, necessario constrictum gravescit, cum ex illa putredine (*n*) corruptionis exhalationes ascensu quodam caput (*o*) obsidunt. Sicut enim *Themison* ait, est natura *caput* carnibus (*p*) pauperum, & nervosum, & duris cutibus & capillis obtectum, & spiramentis difficilibus natura: tum (*q*) sensibus quoque universis (*r*) formatum, insidens corporibus, atque accipiens eorum cunctas exhalationes, cum spiritus naturaliter superna petens ex inferioribus trahit (*s*) corpora ea per arteriam atque stomachum, quæ sunt corporis veluti majora fumaria.
34 *Dehinc* alia die *lavacro* utemur, atque *pulmento* mediæ qualitatis. Tum post *duos* vel *tres* dies cæteras *cycli* partes adhibemus. Ac si *radices* loci aut temporis causa defuerint, adsectandus ordine supradicto vomitus ex granis *sinapis* madidati, vel ex liquido sinapi poto, aut *mulso* ex *aceto* & *pipere* confecto, vel (*t*) *cardamo*, aut *erucæ* semine, aut de-

i. liquorem limpidum
k. gravitatis capitis
Defricationis in capitis repletione usus.
l. sc. passionis
m. universi sc.
n. corruptæ
o. obsident
p. pauperum dixit pro carens
q. sensuum organis
r. foratum
s. vapores eos
Raphanorum succedaneum.
t. nasturtio

11 Quod vomitione turbatur & repletur.

12 Putabant Methodici somno corpus densari, laxari vigiliis.

coctione *thymi*, vel *origani*, aut *hyssopi*, aut salsamentis, & multis offis, cum aceto, vel mulso ex aceto. *Tunc* (*v*) profectu cedente, atque limpido linimento perspecto, resumpto etiam ægrotante & convalescente, ut perferre nunc *vomitum* possit, nunc *drimyphagian*, audemus integrum atque perfectum *cyclum metasyncriticum* adhibere, ut initium a vomitu sumentes, drimyphagian jungamus, ac deinde per cæteras cycli materias decurramus. 35

v. bene procedente curatione

Remedia externa pro Cephalæa.

Ordinantes præterea etiam *localia adjutoria*, quorum prima sunt adhibenda leviora, & quæ longe remotis partibus admota [*vv*] transmissa patientibus ingerunt curationem: tum etiam vehementiora. Erit igitur *radendum caput*, nunc [13] pro capillatura, nunc contra capillaturam, donec cutis *rubore* adficiatur: ac deinde in *balneo* nitri pulvere (*x*) aspergi, & confricari paulo antequam in solium descendat ægrotans. Tum etiam (*y*) παρόπτησιν adhibenda erit ex carbonibus æquali (*z*) vapore medentibus. *Alia* etiam die *cucurbitæ* infigendæ plurima cum flamma, & *primo*, dorso atque cervici, vel cæteris nervis, quos *tenontas* appellant, *tum* capiti, quæ quidem capiti erunt magno raptu detrahendæ. Dehinc *dropax* adhibendus, *primo* cruribus, *tum* thoraci, & dorso, (*a*) ex primo cervicis sphondylo usque ad clunes, vel earum ultimum sphondylum. Plurimi etenim *nervi* inferiora quæque communi natura [14] complexi iisdem paria faciunt superiora. *Tunc* (*b*) partium propungentibus pilis capitis, atque buccarum, vel temporum musculis, quos *siagonas* appellant, collo, & mento, cum subjectis gutturis, quæ (*c*) ante rumam vocant, *dropacem* apponemus. Sed ne cæteri corporis partes nudæ interea *perfrigescant*, erunt a duobus ministris mediocri *unctione* fricandæ, atque ita cum *dropacem* detraxerimus, totum perungi corpus oportebit, ipso quoque capite manu leviter pertractato, & *lavacro* dabimus ægrotantem. His itaque *adjutoriis* relaxatis, atque (*d*) lentescentibus capitis partibus, *vocis* quoque *exercitium* adhibemus, quod *Græci* ἀναφώνησιν vocant: tum frequentior *sinapismus*, ac deinde *ptarmicum* utile est. Plurimum denique prodest post deambulationem sinapi adhibi- 36 37 38

vv. transmissu

x. aspergendum, & confricandum

y. q.d. adassatio

z. calore ardentibus

a. a capite

b. prærasis prominentibus pilis, capiti

c. antherεωna sive rumam, ut inf.

d. relaxatis

13 Eodem genere locutionis utitur infra cap. 4. §. 98

14 In eas partes dispersi, veluti nexu quodam illas cum superioribus vinciunt, ac mutuum illarum consensum efficiunt.

hibitum in *gargarismum*, madidatum, prius quam lavacro æger utatur, vel aridum, ac masticatum: deinde *aqua calida* sumpta, & in ore paulisper retenta: vel piper cum melle. Non quidem hæc humoris, sive *phlegmatis* trahendi causa, *methodus* ordinavit, sed ut etiam oris interiora adjutoriorum *agitatione* capiti beneficium tradant: quippe cum dolor sæpe ipsas quoque partes afficiat. Ista igitur regula [*e*] consequenter etiam *betæ* nigræ, vel *cyclamini* herbæ succo, in cochlearis quantitate, reclinato capite ægrotantis, pollicis sinistræ manus impressione (*f*) inflatis narium ca-
39 vernis infuso uti possumus. Etenim fit (*g*) mucilenta humoris excussio, qua ægrotans relevatur, non ob *detractionem*, ut supra diximus, materiæ, sed quod adjuncta *agitationis* utilitas capiti beneficium tradat. Est etiam ex *localibus* [*h*] adjutoriis usura corporum, ut sunt ea quæ conficiuntur ex *euphorbio*, vel [15] *adarce*, *opobalsamo*, *aphronitro*, [*i*] *murra*, vel aliis similibus virtute rebus. Utendum etiam [16] *malagmatibus*, quæ valeant ex alto causas inductione propria (*k*) detergere, quæ *Græci* (*l*) μινυθικὰ vocaverunt.

Verus gargarismi usus.

e. juxta istam regulam
f. dilatatis
g. mucilenti
h. adjutoriis corporum usus acriorum
i. myrrha
k. resolvere, dissipare
l. alias diaphoretica

Meminerimus tamen non prius esse ab *adjutorio locali* ad aliud transeundum, quam *turbatio* corporis fuerit delinita, atque patientes partes aliam recte poscere (*m*) *commotionem*
40 adjutoriorum fuerint visæ. Quapropter si plurimum vexata corpora viderimus, sufficere intelligimus uno in *cyclo* unum locale adjutorium. In iisvero quæ minus vexata noscuntur, vel viribus medicamentorum (*n*) depurgata, etiam *secundo* uti licet. Singula igitur *adjutoria* adhibenda esse meminerimus sequenti die quam *mutatio* facta fuerit materiarum, hoc est, qualitatis pulmentorum in aliam transitus qualitatem, ut ex antecedenti *abstinentia* ductile atque aptum corpus adjutoriis fiat. Specialiter autem erit *dropax* adhibendus tempore quo mediæ qualitatis utimur materia. Παρόπτησις vero & *sinapismus*, & *ptarmicum*, quod [*o*] sternutamentum dicere poterimus, tempore quo volantum utimur *pulmentis*. Etenim neque adhuc corpus post usum *salsamenti* debile, neque rursum plurimum nutribili qualitate videtur esse (*p*) confertum.

Cautela in mutatione externorum
m. mutationem
n. puriora magisque sana reddita

Tempus dropacis adhibendi
o. Sternutatorium, *quamvis sic passim in hoc opere legatur*
p. immodice plenum, & sanguine abundans

15 Ἄδαρκις, salsugo est congelata palustribus nascens, & arundinibus adhærens, unde Græcis καλαμόχνους. vide Hermolaum in Plinium.

16 Malagmata sunt emplastri species, quæ in integram cutem injiciuntur.

tum. Cavenda etenim vehementer est *capitis commotio*; quæ 41
(*q*) sæpe corporis *plenitudine* fit, quippe cum sanos homi-
nes plerumque vinolentia, vel indigestione confusos, capi-
tis motu vexatos in *catarrhum* atque coryzam venire videa-
mus. Solo igitur tempore, quo *drimyphagia* utemur, omne
erit locale adjutorium prohibendum: vel si quisquam omni
ex parte fuerit viribus plenus, leve quiddam (*r*) addiderit.
(*s*) Sufficiens quippe cum *drimyphagiæ vehementia* atque re- 42
corporatio *altiorum* eo tempore totum pene habitum mutare
videatur, & si (*t*) *timoris*, ita corpus adjutoriis exercere,
ut eodem tempore *superficies* cum altioribus agitetur. Uten-
dum etiam *fomentis*, sive vehementioribus illisionibus aqua-
rum, *Græci* cataclysmos appellant, & primo calidarum,
deinde frigidarum. Ordinandæ etiam mutationes earum ad
usus (*v*) *naturalium aquarum*, scilicet earum quæ non odo-
re percutiunt. *Natationes* vero sub divo fieri reprobamus.
Cæteris enim corporis partibus aqua (*vv*) complexis, so-
lum (*x*) supernatans remanet caput, quod necessario per-
frigescens [17] *inæqualitatem* corporis facit. At si minus cede- 43
re *passionem* viderimus, & post frequentiam ejusdem, itera-
taque curatione, & fortificato corpore, ægrotantis queri-
monia permanserit, *hellebori* usus adhibendus: sed primo ex
ejus insertatione [18] radicibus penetratis, (*y*) vel mulso ex
aceto confecto infusis. Dehinc etiam coquis utendum est,
atque diversis ciborum pulmentis, quod quidem latius ter-
tio *Responsionum* libro jamdudum docuimus. Vehementi e-
nim motu corpus apertum (*z*) despuit, ut ita dixerim, (*a*)
passionis carnem, qua depulsa, (*b*) *naturalis* atque nova suc-
cedit. Dehinc etiam his gestis, *passio* permanens erit, *se-*
cundo vel *tertio* utendum helleboro, sed (*c*) præsumptis vi-
ribus ex *corporis* refectione. *Tunc* etiam naturalibus *aquis* u- 44
tendum, vel siccis *vaporationibus*, & longa per maria *navi-*
gatione. Etenim fluminales vel portuosæ, atque stagni navi-
gationes incongruæ judicantur, quoniam humectantes caput
infrigidant exhalatione terrena: *maritimæ* vero latenter at-
que sensim corpus aperiunt, & salsæ proprietatis causa cor-
pus adurunt, atque ejus habitum quadam mutatione (*d*)
reficiunt. Affectandus etiam in *aeres* (*e*) *teneros* atque *aqui-*
lonios

q. super. *i.* cum

Quid in Drimyphagia cavendum.

r. applicare poterit

s. quippe cum sufficiens

t. sub. res plena

Καταχλυσμὸς

v. mineralium

vv. opertis, contectis, demersis

x. superextans

Helleborus quomodo adhibendus.

y ac

Libri responsionum Galii.

z. depellit, emungit

a. morbosam

b. sana

c. ante resumptis.

Maritima navigatio.

d. renovant

e. subtiles

17 Æquilibrium corporis partium tollit.
18 Fibris hellebori raphano infixis.

lonios transitus, vel contrarios iis qui passionem asperare valent. Adhibenda præterea *animi laxatio*, & magis post cibum. Omnis enim mentis intentio caput implet. Hæc est secundum *Methodicos* ordinata curatio.

45 Plurimi autem diversarum *sectarum* principes *fomenta* probaverunt ex oleo rosaceo, atque aceto, & ruta, & herpyllo, peucedano, castoreo, sylphio, atque semine herbæ quam ἄγνον appellant, [19] samsuco, hederarum coma: ex quibus in accessione *caput impletum* augmentis asperrimis agitatum, atque gravatum, totius passionis duplicat modum. Est enim supradictarum materiarum (*f*) *repercussibilis* usus, eo adhibitus tempore, quo *mitigatio* convenire perspicitur. Utuntur etiam purgativis medicaminibus, quæ καθαρτικὰ vocaverunt, hoc est, ventrem deducentibus, ex quibus *stomachus* (*g*) inficitur, & omnis *nervositas* (*h*) vitiatur. Item *arteriotomiam* probant, & *usturam* ex cauteriis (*i*) ferratis duo-
46 rum digitorum spatio super ipsas venulas effectam. Tunc (*k*) longo tempore vulnerationis servata qua (*l*) ferri *materia purulenta* ex alto [*m*] atque superficie passionem (*n*) relevare promittunt, quod nos in *accessione* noxium atque *exitiale* judicamus, ob vehementiam motus: in *lenimento* vero inutile, atque adjutoriorum medelæ contrarium, siquidem prohibet eorum beneficia penetrare. Non enim *fricationes*, vel *cucurbitæ*, vel *dropaces*, aut *sinapismi*, aut *ptarmica*, aut *cataclysmi*, quos nos aquarum illisiones appellamus, vulneratis locis adhiberi, aut (*o*) perferri aptissime possunt.
47 Utuntur etiam frigido lavacro *Græci* ψυχρολουσίαν appellant, quod necessario *nervos* indurat, ac congelare consuevit, ob densationem cutis, ac totius corporis. Utuntur etiam *locali venarum divisura*, ex qua patientes partes implentur. Dant quoque *mastichen* masticandam, ex quo in passione (*p*) constituta densatus constrictivæ virtutis cassatur. *Themison* primo libro tardarum passionum, quas chronias vocant, phlebotomat, atque *constrictivis* fomentis utitur (*q*) ad *laxamentum* phlebotomiæ, frustratus, errore sequenti ex fomentis incon-
48 gruis. Item imminente *augmento*, duas præcavens horas, *unctiones* adhibet acerrimas, & durissimam *fricationem*, atque constrictionem articulorum, & tum *sinapismum* adhibet ultimis membrorum partibus, sive summitatibus articulorum, ob

Aliorum Medicorum sententiæ perstringuntur.

f. vi quadam percutiendi nocens

g. male afficitur.

h. vexatur

i. ferreis

k. vulnere diu aperto relicto

l. duci

m. in superficiem atque

n. relevari

o. ab ægro

p. constitutus potentia constrictivæ virtutis densatus quassatur.

q. post

19 sampsuco: quamvis in hoc toto opere sic legatur.

ob avertendam materiam: plurimas etiam fronti *sanguisugas* apponit, atque humeris, & temporibus capitis, quod est contra (*r*) sectæ rigorem. Affectandam igitur corporis laxationem, non aversionem materiæ ejus dicimus. Quippe cum non (*s*) concurrat, neque conveniat quod faciendum putat, ut eodem tempore articulorum *constrictione*, & *sanguisugarum* appositione [20] utamur, præservatis horis duabus, antequam passionis (*t*) implicent augmenta, cum illo tempore sit *requies* adhibenda, & sæpe contingat, ut (*v*) præveniens corpori jam (*vv*) occupato querela, & accessionem denuntians, ipsum quoque tempus quod elegisse videtur, turbare noscatur, sitque nocens appositio *sanguisugarum*, ex quibus [21] perfricatio, atque commotio, vel ex earum morsibus [22] amentia, aut si aliquo sanguinem detrahunt, gravis ægros vexatio consequitur. Probat etiam apponenda *malagmata* dolori contraria, quæ anodyna vocantur, vel castoreum, aut rutam; aut spondylion herbam, cum *cerotario* ex oleo rosaceo, atque pice liquida confecto. Ex iisdem jugiter jubet *odorem* capere ægrotantem, omnifariam caput implens. Atque ita si *dolores*, inquit, mitigati non fuerint ex *calidis* rebus, (*x*) *frigidæ spongiæ* apponendæ, ad *empiricorum* consilia devolutus, qui ex contrariis ad contraria transeundum, causis (*y*) resistentibus, probaverunt. Utitur etiam *escharoticis*, hoc est, quæ cutem (*z*) extendere vel corrumpere valeant: & cessante accessione, imperat *fricationem* adhiberi, atque *fomenta*, quorum item usus non declinantis est accessionis, sed in toto recedentis. Denique peccatis indulgendum methodicorum princeps *Soranus* (*a*) dignissime judicavit. Adhuc enim, inquit Themison, *Asclepiadis* erroribus, & (*b*) rudimento temporis *methodici* fallebantur.

r. sc. Methodicorum
s. congruat.
t. ingruat paroxysmus
v. solito citius veniens
vv. in exacerbationem prono
Μαλάγματα ἀνώδυνα.
x. aqua frigida imbutæ
y. contumacibus
z. urere
a. æquissime
b. rudioris sæculi ignorantia

CAPUT II.

De (*a*) *Scotomaticis*.

a. Vertiginosis
Σκότωμα, ἢ σκοτωμία, ἢ σκοτωματικὸν πάθος

SCotomatica *passio* ab accidenti nomen sumpsit, quod repentinas oculis ingera *tenebras*. Afficit frequenter *vacuos* homi- 51

20 Illud enim stringit, hoc laxat.

21 Ante enim quam sanguisugæ applicantur, pars ad rubedinem fricatur, quo venæ magis replentur.

22 Crediderim Cælium hic Græcum ἀψυχία, quod Hippocr. sæpius pro animi deliquio usurpat, per *amentia* vertisse.

homines, hoc est, sine aliquo exercitio vitam ducentes, & *vinolentos*, vel consuetos *ventrem* purgare medicaminibus potis, & ab eorum usu repente desistentes: item *hæmorrhoides* longo tempore affectos, & post earum amputationem nulla *recorporatione* curatos. Vehementescit autem hæc passio *hyeme*, vel *verni* temporis initio: præterea sæpe futuram denuntiat *epilepsiam*. Veteres denique parvam epilepsiam vocaverunt. Nam in passione constitutos repentina visus (*b*) *tenebratio*, atque nebula, cum capitis (*c*) *vertigine* consequi-
52 tur, ut omnia secum moveri existiment. Item ante oculos quosdam sentiunt *marmorum maculis* similes tractus, quos *σκοτόδινος* *Græci* vocaverunt, cum tamen conversis oculis omni ex parte non (*d*) deserant visum: Item capitis atque oculorum *gravatio*, & sedere volentibus, *timor*: siquidem secum omnia putant impelli, vel cadere: aurium *tinnitus*: superiorum corporis *sudor*: aut repentinus casus cum celerrima surrectione. Asperatur præterea passio si ex alto aspexerint ægrotantes *meatum fluminis*, aut rotæ *vertiginem*, sive ignis, item si proni quicquam gesserint, vel majorem vo-
53 cem auribus acceperint. Discernitur ab *epilepsia* hæc passio, siquidem neque sensibus privat ægrotantes, neque spasmo, id est diverso raptu adficit: item a capitis passione, quam *cephalæan* vocant, discernitur, quod dolorem non faciat. Separare autem ab ista passione *vertiginem*, sive obscuritatem necessarium non est. Siquidem ex his veluti partibus *scotomatica* passio confecta esse videatur. Est denique istius passionis affectio saluti *innoxia*, hoc est sine ullo periculo, nisi quis maretenus, aut ex alto cadens, ratione casus potius, quam passionis violentia, perire videatur. *Curationem* vero eandem adhiberi convenit, quæ nuper passioni capitis est ordinata, non solum *generali*, sed etiam *speciali* ratione.

Vertigini maximè obnoxii.

tempus.

signa.

b. hic affectus σκότωμα est

c. hic affectus σκοτόδινος vocatur

d. amittant

Quomodo differat a morbis vicinis

Prognosticum.

Curatio.

CAPUT III.

De Incubone.

54 I*Ncubonem* aliqui ab hominis forma vel similitudine nomen ducere dixerunt: aliqui a *phantasia* qua patientes

Incubi etymologia.

 affi-

1 In hoc toto opere Hæmorroidas primæ declinationis, & hæmorrhoidarum legitur.

afficiuntur: siquidem veluti ascendere atque insidere suo pectori sentiunt quicquam. *Themison* secundo epistolarum libro Πνιγαλίωνα vocavit, siquidem præfocat ægrotantes. Quidam veteres ἐφιάλτην vocaverunt, alii ἐπιβολὴν, quod (*a*) utilis patientibus perhibeatur. Afficit *crapula* vel *indigestione* jugi vexatos. Accidens igitur semel, ita ut nullam vigilantibus querelam, aut [2] displicentem sanitatem faciat, sed solius somni turbatio [*b*] noscatur, minime passio dici potest, sicut neque semel effectus per somnum *seminis lapsus*, quem *Græci* ὀνειρόγονον appellant, passio nuncupatur, nisi jugiter, 55
atque cum corporis incommoditate fuerit effectus. Est autem supradicta passio *epilepsiæ* (*c*) tentatio. Nam quod neque *deus*, neque *semideus*, neque *Cupido* sit, libris causarum quos αἰτιολογουμένους appellavit, plenissime *Soranus* explicavit. Ista igitur *passione* possessos sequitur corporis tardissimus motus, atque torpor, & magis per *somnium gravedo*, atque pressura, & veluti *præfocatio*, qua sibi quenquam irruisse repente existimant, qui sensibus oppressis, corpus exanimet, neque clamare permittat. Quo fit ut sæpe erumpentes non articulata, sed confusa voce exclament. Quidam denique ita 56
inanibus adficiuntur visis, ut & se videre credant irruentem sibi, & usum *turpissimæ libidinis* persuadentem: cujus si digitos apprehendere nixi fuerint (*d*) fugatum existiment. Tunc autem cum *somno* surrexerint, faciem atque transforationis (*e*) partes uvidas & humectas sentiunt, attestante gravedine *cervicis*, cum *tussicula* (*f*) levi, molli stimulatione commota. [*g*] Plurimum autem possessis accidit *pallor*, & corporis *tenuitas*, quippe cum somnum, timendo, non capiant. Apparet igitur *strictura* passio ex gravedine, *tarda* autem ex temporis [*h*] tractu, & non semper sine periculo salutis. Cum enim vehementer impresserit *præfocatio*, quosdam interficit. Memorat denique *Silimachus* Hippocra- 57
tis sectator, contagione quadam, plurimos ex ista passione, veluti *lue*, apud urbem [3] *Romam* confectos. Quapropter curandos oportet jacere *loco* lucido, atque mediocriter calido, adhibita *requie* animi, & corporis, *abstinentia* usque ad tertium diem, quem *Græci diatriton* vocaverunt. Tum *colla*

Synonima, *a*. aut talis *b*. percipiatur *Est Epilepsiæ species*. *c*. prænuntius quidam & quasi principium *Ejus signa*. *d*. fugientem. *e*. oculos: nares: aures: anum. *f*. leni *g*. diu morbo laborantibus *h*. diuturnitate *Curatio*.

tegen-

2 Δυσαρέσκειαν significat, quam alibi *displicentiam* vertit. *caput alt. lib.* 5.

3 Populari & pestilenti huic incubo *sudor Anglicus* non dissimilis est.

tegenda, atque *caput*, *stomacho* lanis limpidis ex oleo calido præcincto: adhibenda etiam *oris* collutio ex potu aquæ calidæ. Ac si plurima stomachi, vel capitis, vel colli fuerit querela, adhibenda *phlebotomia*, & post (*i*) detractionem
58 *perunctio* ex oleo calido. Tum *ora* fovenda: *cibus* dandus simplex, succi facilioris, parvus, sorbilis: & si passio perseveraverit, *cataplasmata* adhibenda: *cucurbita* quoque, nunc simplex, nunc adjuncta scarificatione, ex utraque parte gutturis, quam *Græci* ἀνθρεῶνα vocant, nos *rumam*. Tunc *vaporatione* utendum, & alternis diebus cibus dandus. Illa vero adjutoria quæ adhibenda, (*k*) diurnis erunt diebus adhibenda, sed longe remotius a nocturno tempore. Tunc etiam *gestatio*, atque *varius cibus*, & *lavacrum*, & aquatum *vinum*. Illis vero partibus quas curamus, erunt primo *cerotaria* apponenda: tum *malagmata*, ut Diachylon, aut [4] Dia-
59 melilotum, aut Diamsucum. *Fricatio* etiam capitis, & densi pectinis capillorum decursio: suspiciones etiam sive metus imminentium somniorum avertendi procul, fabularum lenitate robore adjecto. Plerique enim sibi fingentes vel formantes futura, voluntarios pene causarum motus efficiunt. Ac si *passio* tardaverit levioribus (*l*) admonita monitis, convenit etiam radicum *vomitus*, atque *drimyphagia*: capitis quoque *detonsio*: ac (*m*) corporum usus acriorum: item *dropax*. Sic enim aut ex supradictis adjutoriis ægritudo solvetur, aut si pejoraverit, *epilepsia* necessario sequetur.

i. nimirum sanguinis

k. continuis

Vis imaginationis.

l. curata medicamentis

m. ciborum; *quamvis iisdem verbis §. 39. legitur* corporum.

CAPUT IV.

De Epilepsia.

60 E*Pilepsia* vocabulum sumpsit, quod sensum atque mentem pariter apprehendat. Appellatur etiam *puerilis* passio, siquidem in (*a*) ipsis abundat ætatibus: & *sacra*, sive quod divinitus putetur immissa, sive quod sacram contaminet animam, sive quod in capite fiat, quod multorum *philosophorum* judicio sacrum templum est partis animæ in corpore natæ: sive ob magnitudinem passionis: *majora* enim *vulgus sacra vocavit*. Inde sacrum dictum mare & sacra domus, velut tragicus poeta sacram noctem, hoc est magnam appel-

Ἐπιλεψίας *etymologia. Synonyma.*

a. ipsorum

4 Malim legere *Dia Melilotu*; *Dia Sampsucu*; cæterum toto opere nominandi casu hæc leguntur.

Causa. appellavit. Fit plerunque vel nascitur ex *vinolentia*, aut *in-* 61
digestione, aut *contusione*, vel ut *Asclepiades*, percussu atque
b. membranarum *species duæ.* divisura, (*b*) *membrorum* quæ cerebrum tegunt, aut nimio
timore. Sed ejus passionis *species duæ* esse probantur: *alia*
quæ somno similis altissimo videtur: *alia* quæ diverso raptu
c. Harum corpus afficit. (*c*) Quarum *prima* gravior judicatur: siqui-
dem est similis *apoplexiæ*. Earum quidem commixtio *tertiam*
facere speciem potest. Plerique enim *raptu* atque contractu
d. exinde corporis adfecti, vel adprehensi, (*d*) secundo in altissimum
soporem devenerunt. Sed horum differentia generaliter inu-
tilis curationi invenitur. *Pronos* autem seu declives, aut 62
Signa Epilepsiæ futuræ: venturos in ipsam passionem sequuntur communia acciden-
tia etiam cæterarum passionum, quæ ex membrana cerebri
oriuntur, ut *gravedo*, atque *vertigo* capitis, & interior so-
nitus, consensus etiam *occipitii*, oculorum [1] intentio, au-
rium *tinnitus*, aut difficilis auditus, & cum vertigine *visus*
e. prosplendentia obtusio, vel quædam præ oculis quasi (*e*) propendentia,
macularum marmoris similia, quæ Græci *marmarygmata*, si-
ve *marmarygas* vocant, vel araneorum cassibus, aut nubibus
tenuissimis similia, aut parvulis volantum animalibus, ut
sunt culices. Item velut *scintillarum* micas, aut circulos *igneos* 63
circunferri præ oculis sentiunt ægrotantes. *Linguam* quoque
inflexibilem, cum *saltu* musculorum, & *dolorem* a tergo in-
ter scapulas. Sequitur etiam *gutturis* durities, atque *præcor-*
diorum jugis inflatio, cum *oscitatione*, *sternutamento*, & *sali-*
varum fluore, & cibi *fastidio*, aut immodico *appetitu*: *vigi-*
f. qui ad valetudinem nihil conferat *liæ* juges, aut plurimus (*f*) inanis *somnus*, *insomnia* turbata,
& ciborum difficilis egestio, vel nulla: & sine manifesta
causa *veretri* tentigo: & frequens Veneris delectatio. Ali-
quando etiam per somnum *seminis lapsus*, quem *Græci* ὀνειρόγονον
vocaverunt: mens suspensa cum *anxietate*, & nullis 64
ex majoribus causis facilis *iracundia*, atque paulo ante ge-
storum *oblivio*, & eorum quæ caliginem facere valent, fa-
Præsentis. cilis sensus. Obtinente passione, & jam occupato corpore,
sensuum privatio: accessione dominante, sequitur & quibus-
dam *immobilitas* perfecta, cum *ore* demisso, attestante *pallo-*
re, cum *aspiratione* tarda, & *pulsu* magno, atque alti sopo-
ris simili oppressione. *Alios* vero raptos, diversa membro-
rum *diductio*, atque *saltus*, & *vultus* contortio, vel *oculorum*
sequi-

[1] Veluti defixus visus, rigentibus oculorum musculis.

sequitur, quæ sæpe perseverans, etiam post accessionem *strabos* (*g*) fingit ægrotantes: at contrario quibus (*h*) tarda fuerit correptio, naturalis visus simulat æquitatem. Se-
65 quitur etiam *gutturis* stridor, & *singultus*, cum rubore *vultus*, & *venarum* inflatione, & aliquando pulsus atque spirationis *cessatio*: tum per intervalla *resumptio*: palpebrarum quoque suspensa positio: & illisio *dentium* atque stridor, & *linguæ* prolapsio, quæ sæpe (*i*) quassatione, sæpe incisura vexatur. Sequitur etiam *præcordiorum* ad superiora raptus, vel *stercorum* & *urinæ* involuntaria emissio, *sudor* roscidus rigenti corpore. Aliquibus etiam confusæ *vocis* emissio, & ante dimissionem per os atque nares *spumarum* fluor. Accessione *cessante*, omnium gestorum *ignorantia*, atque corporis dimissa volutatio, cum *mœstitia* vultus ægrotantis. Se-
66 quitur tunc *oscitatio* & (*k*) *distentio* corporis veluti voluntaria, & insolitus (*l*) visus. Piger motus & totius corporis marcor: oculorum etiam permanens turbatio, atque venarum frontis extantia. Aliquibus etiam *mentis* alienatio, & nulla notorum *agnitio*. Alio autem tempore plurima ex antecedentibus consequuntur, quæ supra memoravimus: hoc est, tenebratio, vel *caligo*, cum proni quicquam gesserint, ægrotantes, aut navem, aut rotam figuli celeri motu ferri conspexerint: aut aquam fluentem, vel magnam loci altitudinem, aut rupem viderint, aut strepitum vel *clamorem* audierint, aut vehementer *refrixerint*, vel (*m*) igneis *lava-*
67 *cris* usi fuerint, aut *odoribus* nimium bonis vel malis adfecti, ut [*n*] storacis incensi, aut thuris, aut bdellii, aut gagatis lapidis, vel bituminis, aut cervini cornu. Præterea accessionum motus nunc *ordinatos*, nunc *inordinatos* ægrotantes accipiunt: & nunc intervallis *longioribus*, ut mensium duodecim, nunc *angustioribus* plurimum, vel parum, ut eodem mense, vel die, frequenter agitentur. Noctibus quidam inquietati, antecedentibus signis *accessionem* fore denuntiant: quidam sine ullo denuntiativo motu corripiuntur, quo fit ut magis pe-
68 riclitentur. *Alii* enim prænoscentes *futura*, motibus solitis admoniti, in domibus se continendo tutantur, accessionem prævenientes: quam cum sentiunt propinquare, eligunt locos, quibus tuto, ac sine ulla turpitudine jactentur. *Alii* vero istorum *ignari*, publicis in locis cadendo fœdantur, adjunctis etiam externis *periculis*, quæ passionis non esse

g. efficit
h. lenis, parva
i. quæ sæpe dentibus illisa contunditur: sæpe dentibus præciditur
Cessantis.
k. pandiculatio
l. nisus, pandiculandi conatus
Morbi reliquiæ.
m. nimis calidis
n. styracis
Intervalla paroxysmorum.
Alii præsentiunt morbum.
Alii non.

videntur, loci causa præcipites dati, aut in flumina vel mare cadentes, aut in balneis (*o*) ventris solutione coacti. *Signa* autem sunt post lenimentum *futuræ* rursus accessionis, ex quibus affici in passionem venturos memoravimus, *somnus* turbatus, vel cibi *corruptio* sine ulla manifesta causa. Item *veneris* sine ratione tentigo, & Veneris appetentia, vel *seminis* per somnum jactus, quem ὀνειρόγονον *Græci* vocant: *iracundia*, *mœstitudo*, & cætera quæ nuper posuimus.

o ventrem solvere.

Item *segnities* cum pigro motu in officia solita, & gravatio 69
cum quodam somnifico *mœrore* vultus, decolor atque (*p*) major (*q*) *inflatio*, [*r*] *oculorum* quoque veluti depravatio, cum dejecto quodam visu. Nam suspicere difficile est ægrotanti, hoc est in aerem supernum (*s*) attendere. Quod si tentaverint, facile rursum abducti [*t*] vicinas eousque oculorum (*v*) partes ad inferiora convertunt: ac si *repentino motu* caput in alteram converterint partem, *vertiginem* sentiunt cum *tremore* atque torpore, cum *digitorum* contractu, vel dolore, aut *crurum* gravedine, & (*vv*) summitate manuum vel pedum. Ex quibus multis vel cunctis interroga- 70
tione acceptis passionem dicere poterimus, nisi præsentibus in accessione facilius nobis cognitio fuerit declarata, vel ætatis, aut aliqualibet causa æger sua narrare non poterit accidentia, quæ supradicta ratione apprehendere poterimus, & accessionem futuram prænoscere: conjicientes etiam temporum (*x*) responsionem, (*y*) quanquam, summatim, accessionum ordo sæpe servatur. Communiter autem hæc *passio* frequens est in *pueris*, & magis tempore quo (*z*) *dentium* nativitates habentur. Accidit etiam *primævis*, atque *mediis* 71
ætatibus: *senibus* vero difficile: nam vehementius afficit proximos nativitati infantes, quam pueros, aut vergenti ætate atque seniores: siquidem [2] viribus invalidi passionum impetum tolerare non possunt. Solet denique hæc passio [*a*] *pubertatis* tempore, sive novæ [*b*] *purgationis* in fœminis, aut *primi partus*, quadam naturali (*c*) *novitate* facile detergeri corporis mutatione suffecta; quod si minime venerit, plerunque patienti consenescit, nisi aut longo tempore (*d*) *natura* pugnante, aut *medicinæ* diligentia fuerit superata. Irruit autem omni tempore corporibus, sed magis (*e*) *verno*. Frequen-

p. *sc.* solito
q. *sub.* vultus
r. visus
s. oculos intendere
t. victas
v. pupillas
vv. summitatis
x. solita paroxysmorũ intervalla
y. quoniam
Quæ ætas magis sit Epilepsiæ obnoxia;
z. Aphor. 25 lib. 3.
a. Aphor. 45 lib. 2 & 7. li. 5
b. *i.* menstruæ
c. temperamenti mutatione
d. naturæ pugna
& quo tempore.
e. Aphor. 20 lib. 3.

2 Hæc ratio non probat magis affici pueros, sed gravius, & cum majore periculo.

quenter simile pati epilepticis, & a *matrice præfocatæ* mulie-
72 res inveniuntur: siquidem non aliter sensibus privantur, sed discernuntur quod in ultima accessionis parte, per os atque nares, *spumarum* fluore non afficiantur. Hæc est passionis cuncta specialis significatio.

Differentia Epilepsiæ ab uteri suffocatione.

Curationis autem adhibendæ causa erit necessario (*f*) adhibendum genus, quod sit passio *strictura*, atque vehemens, & (*g*) difficulter frequentans, *tarda*, superpositionibus atque lenimentis variata: [3] cujus quidem superpositiones nunc plurimis tempora temporibus accessionis generalia superpositionis occurrerunt. Sed quæ forte *superpositiones* plurimis ex accessionibus fuerint confectæ, nunc quotidianos, nunc ter-
73 tianos, nunc hemitritaicos faciunt typos. Difficile est enim hanc passionem in continuationem venire: siquidem præventu mortis interveniente, minime continuatio intelligi potest, & est impossibile, jugibus diebus aut *sensibus* privatum, aut *motu* carentem, aut diverso *raptu* affectum in vita manere. Item *lenimentorum* aliqua *pura* ac limpida, aliqua *turbata* (*h*) concurrunt: & aliqua latiora, aliqua angusta, aliqua horum mediocria. Patitur enim communiter omnis *nervositas*, sed principaliter *caput*, sicut ex antecedentibus conjicere poterimus, & ex iis quæ post accessionem remanere videntur. Curandum autem oportet, primo, cum tenebricositate vel *vertigine* vexatur, jacere *loco* lucido, atque mediocriter calido, altioribus *stramentis* capite sublevato: &
74 si (*i*) *raptus* fuerit consecutus, digitis erunt *palpebræ* [*k*] differendæ, atque jugiter ab omni motu servandus ob spasmi passionem. Jubendum etiam *ministris* manibus calidis nunc caput atque frontem cum blanda *fricatione*, nunc collum atque gutturis partem, quam αἰθερεῶνα vocant, contingere: aliis etiam manuum summitatem atque pedum tenere jubemus. Præterea *frigescentia* corporis vaporari, [*l*] corrigi etiam ea quæ forti raptu torquentur: ac si minime (*m*) consenserint, erunt in eodem schemate servanda, ne ulterius torqueantur. Tum quodam *laxamento* captato corrigenda, ne nimio (*n*) occurrentia certamine superare cupien-
75 tes, *nervorum* quassationes faciamus. *Linguam* quoque (*o*) re-

Cujus generis sit morbus.

f. considerandum

g. cum maxima molestia frequenter revertens.

h. occurrunt

Quis locus affectus.

Ejus curatio.

i. motus epilepticus

k. disparandæ

l. in situm naturalem reponi

m. se reponi ob rigiditatem patiantur.

n. resistentia

o. exertam in os ultra dentes reducere

3 Cujus superpositione, accessionis temporibus plurimis, superpositionis alius tempora occurrerunt. priusquam desierit paroxysmus, invadit alter.

locare curabimus, aut *mentum* corrigere, vel coæquare: tum calidis pannis *thoracem* vaporare, atque inter *scapulas*, *Græci* μετάφρενον vocant. Laxatis enim *diaphragmatis* partibus quod nos thoracis atque ventris discrimen dixerimus, laxato etiam [p] *hypodymate*, sive membrana quæ latera ex interioribus contegit, sine ullo periculo poterit collectus spiritus exhalari. Apponenda etiam *vesica* oleo calido semiplena *pubetenus*, atque vesicæ partibus, ut ipsæ quoque mitigatæ conquiescant: ac si *dentes* [q] conciderint, ut præfocationis excitent metum, immissione digitorum [r] sinistram compaginem, quam *Græci* χαλινὸν vocant, (s) hiscentes dimittemus, ne *spumarum* emissio tardetur. Tum per intervalla 76
ægrotantem *inclamantes* excitamus, & ejus ora *spongia* ex aqua calida expressa detergemus, dehinc *caput* fovemus jugiter. Cum *statum* sumpserit accessio, plurimo atque dulci *oleo* calido & lanis mollioribus infuso omnia contegimus: magis autem *occipitium*, & majores *nervos*, quos τένοντας appellant, tum *gutturis* atque *rumæ* partes, quas ἀντερεῶνα appellant, cum *temporibus*, & *buccarum* musculis, quos σιαγόνας appellant. *Sudores* etiam si fuerint ingruentes, raptim detergemus, ne corpora perfrigescant: tum collectum (t) *humorem* detrahimus appositione digiti, aut lanæ, aut spongiæ (v) melotæ involutæ. Perseverans enim longioris tempo- 77
ris facit accessionem: ac si minime se resumentem viderimus, erunt *cucurbitæ* leves apponendæ, quas *Græci* σικύας appellant, stomacho atque thoraci, & interscapulis, atque præcordiis. Sed si *infans* ætas fuerit patientis, erunt (vv) majora prohibenda ob debilitatem virium: sed cum *nutrix* amictu contegens, oleo fovens, conclusu corporis corrigere meditetur: aut si *spumarum* quicquam comparuerit, quod in ore teneatur, *mulsum* tenue destillet paulatim, & neque jugiter, quo (x) commorationem faciat spirandi: Tunc [4] *lac* caprinum offerat dimissione perfecta, siquidem est crassius, atque *majoris nutrimenti*. Dehinc cum forte potuerit post ac- 78
cessionem *mammam* sumere, erit melle papilla linienda; quo facilior sumptio fiat, atque (y) *nervorum* laxatio celebretur: corpus quoque alimento necessario nutriatur: (z) tenuatur præterea etiam liquidorum *crassitudo*, & *venter* (a) molli-
tur,

p. pleura & mediastino
q. conciderint
r. alterutram
s. ut hiscant diducemus
t. in ore & faucibus
v. μηλωτὴ est ovilla pellis
vv. sc. remedia
x. commoditatem
y. distentione & raptu adhuc rigentium
z. tenuetur
a. molliatur,

4 Nam ob recentem convulsionem musculis buccarum & linguæ adhuc fessis, infans ex ubere nutricis lac sugere non potest.

tur, (*b*) conjicientes etiam singula passioni accidentia, quæ ita corrigere debemus, ut a generali regula nihil dissentire videamur. Tunc etiam curationis diligentiam per *nutricem* ægrotanti præstare tentabimus, jubentes eam a *lavacro* abstinere, atque sine *vino* atque *carnis* esu perseverare, tum deambulationibus atque *exercitio* levi (*c*) gestari, quo humeros magis exerceat, ut est *sphæræ* ludus, vel exultationis cujuspiam. Item jubendum *cibum* sumere succi facilioris, vel
79 interea mulsum. Ac si forte ipsam quoque hac passione vexari viderimus, erit ab officio removenda: non aliter etiam si qualibet passione affecta (*d*) malo *succo* atque *corpore* habituari videatur: hoc *Græci* κακεξίαν vocaverunt. Erunt igitur his (*e*) præfectis *alæ nutrices* exhibendæ, ex quarum sano lacte infans nutriatur. Quomodo autem *sanum lac*, vel communiter nutrices bonæ probentur, *muliebribus libris*, quos *Græci* γυναικείων vocant, docebimus. Interea ipse quoque *infans* erit a *lavacro* servandus: tum post tertium diem in (*f*) *domo* lucida, & mediocriter calida locandus, & pri-
80 mo *oleo* calido, tum oleo & aqua calida fovendus. Vitanda præterea quorum *timore* infantes afficiuntur, ut sæpe *fictæ formidines*. In ætatibus vero quæ ferre majora adjutoria possint, accessione transacta erit *phlebotomia* adhibenda.

Aliqui enim *Medici* statim phlebotomandos probant, sicut etiam *Thessalus* se velle demonstrat. *Aliqui* (*g*) prima *diatrito* servandum existimant, quo speculentur utrum post unam accessionem passio soluta recessisse videatur, (*h*) sit præterea non solum inane, verumetiam noxium phlebotomiam adhibere. Quippe cum prædicendum [*i*] probent ex accessione *secunda*, utrum passio augeatur, & hoc *phlebotomiæ* exigat adjutorium, & phlebotomatus cibi refectione
81 (*k*) toleretur. Alii vero [*l*] *discernenter* ajunt hoc adjutorii genus sic adhibendum, ut qui forte jam *consueti* passione afficiuntur, servato ordine lenimentorum, statim accessione facta phlebotomentur, ii autem qui in *prima* incursione passionem accipiunt, in tertium diem, sive ut *Græci* vocant, *diatriton* differantur, siquidem sit incerta accessionis recursio. Nos vero, ut *Soranus* docuit, neque omnes intra *diatriton* phlebotomamus, & magis eos qui primo incursu passionis afficiuntur. Plurimi ægrotantes *corrupto cibo* admonentur, & est præcavendum (*m*) *indigestione* sauciatos phle-

b. ponderantes
c. agitari
d. pravi habitus esse tam quo ad liquores, tam quoad carnes
e. ante curatis
Γυναικείων *Calii libri*.
f. cubili
Aliorum Medicorum sententia.
g. Primam diatriton servandam
h an sit
i. credant, putent
k. sustineatur
l. cum distinctione
m. i. ne præcedente indigestione jam debilibus, insuper sanguinem detrahamus

n. objecto: *alii*, suggesto *V.Sect.necessitas*.

botomare: neque rursum omnes in tertium diem probamus 82
reservandos. Cogente enim passione, nullo (*n*) subjecto *indigestionis* obstaculo, erit arripienda *phlebotomiæ* commoditas, non solum in iis qui jam sæpe admoniti passione videntur, sed etiam in illis qui primo invasu afficiuntur. Cessante etenim accessione inesse [5] *passionem* conjicimus, siquidem generaliter est *maligna*, & frequentius *tarda* quam celer, nisi adjutoriis medicinalibus destructa a corpore depellatur, aut ullo *naturæ*, aut [6] *fortunæ* beneficio, nisi tardando sic corpus tenuerit ut solius [7] *medicinæ* diligentiam poscat. Judi- 83
care etiam est *incertum*, utrum passio post accessionem primam inesse corpori, an soluta videatur, siquidem ex occulta venit apprehensione causarum, & oportet *methodicum* sine ulla falsitate regulas intendere curationum. Videmus denique (*o*) phlebotomiæ convenire. Nam passionales [8] *κοινοτήτες* argui videbuntur, si utrum passioni conveniat fuerit [9] dubitatum. Sed quia sola temporum quæstio flagitari præspicitur, erit conjiciendum ante *secundam* passionem adhiberi posse *phlebotomiam*: si quidem initium, vehementiæ atque magnitudinis causa, passio transcendat, ut sæpe *contusio* corporis, aut ossium *fractura*, vel ignis *ustura*, phlebotomiam poscunt: stare autem, (*p*) nec declinare [*q*] poterit passio. Horum enim difficilium morborum proprium est sine 84
ullo (*r*) *destructivo* adjutorio [10] non celeriter temporum (*s*) nequitia transire, hoc est accessionis augmentum. Sed neque propter *abstinentiam* cibi, quam necesse est post phlebotomiam adhibere, erit hoc adjutorium declinandum, quando corporis vires ferre valuerint, hoc est, ut & *sanguinis* de-

o. phlebotomiam

p. sed non *q.* primi Paroxysmi circuitu, & insultu *r.* valido & eradicante *s.* nequitiam

5 Ejus causam in corpore delitescentem, quæ uno paroxysmo exhausta non sit.

6 Ut loci mutatione, cum invitus æger in locum sicciorem & salubriorem abducitur. Aphor. 45. l. 2

7 Nam passio hæc diuturna, & obfirmata, nec fortuito casu, nec solius naturæ beneficio curatur, sed medicinæ remediis tantum cedit.

8 Κοινοτήτες sunt morborum ἀναλογίαι & indicationes communes stricturæ, & solutionis.

9 De hac quæstione sic statuebant Methodici, sanguinis missionem commode fieri principio & augmento morborum, in quibus convenit; minus commode, sed tamen utiliter, in statu: supervacuam esse in declinatione. Cum ergo, ut morbus comitialis futurus sit brevissimus, vix ad statum secundo paroxismo veniat, nunquam vero ad declinationem, a prima statim accesione venam secari oportere.

10 Sensim enim sæpiusque repetitis paroxysmis, tales morbi in pejus ruunt, & ad statum veniunt.

detractionem, & [11] *abstinentiæ* tolerent. Denique etiam aliis passionibus affectos, ut exempli causa, *synanchicos* sine ulla (*t*) ratione phlebotomamus. Quare, sicut superius diximus, post casum (*v*) rectos epilepticos, cessante accessione, parvo tempore *phlebotomiam* differimus, quo *turbore* spiritus, atque liquidarum materiarum deposito tranquillentur. Erit (*vv*) enim speculandum, ne qua *indigestio* sive corruptio cibi subesse videatur, quod ita intelligere poterimus, si nauseantem vel ructantem *fumosas exhalationes* ægrum viderimus, attestante mordicatione, atque tormentis, intestinorumque inflatione: quæ si non fuerint, perfecte digestum cibum judicabimus; quippe cum forsitan præoccupato corpore jandudum futuræ accessionis causa aut parvum sumpserit cibum, aut in totum abstinuerit. Sed si, ut supra dictum est, corruptus extiterit cibus, erit phlebotomia in tertium diem differenda, fovendumque caput cum cæteris partibus, oris adhibita collutione, cum vini abstinentia. Tum erunt *somno* dimittendi, atque a cibo servandi usque ad primum diem. Sed si quicquam corruptionis ex indigestione superare viderimus, erit per *vomitum* depurgandum, ac si nulla fuerit corruptionis vel indigestionis suspicio, erit statim adhibenda *phlebotomia*, moderata detractione, ex brachio scilicet, sed cum præcautione animi defectus, quem *Græci* λιποθυμίαν vocant, siquidem facile passionis accessionem imitetur.

Quid in ea cavendum.

t. dubitatione

v. erectis epilepticis

vv. etiam

Tunc post phlebotomiam erit adhibendus *fotus*, atque oris *collutio*, cum parvissimo *potu*, & *somno* abstinendus. Ac si accessio in *secundum* diem duraverit, prædicto *periculo* ejus propinquis, vel ministris, atque *adjutoriorum* ex ratione venientium (*x*) exitum incertum, ne nobis quicquam male gestum imputetur, si forsitan vi passionis superatus *ægrotans* vitam finierit, & intemporaliter nos quisquam adjutorium adhibuisse arguat, *phlebotomiam* adhibemus, tanquam in continuationibus parvam indulgentiam pro dimissione accipientes, ut si *exempli* causa parum requievisse *agitatione* (*y*) seposita ægrum viderimus, ut nullo *raptu* tentetur, vel contrario, si forte oppressis sensibus, cum motu caruerit, aliquas partes corporis movere videatur, ut palpebras, quæ jamdudum (*z*) motus similitudine possessæ siluerant. Dehinc post detra-

Quid postea sit agendum.

x. exitu incerto

y. intermissa

z. mortis similitudine oppressæ

11 Abstinentiam necessariam instituendis Cyclis, & resumptivis, & recorporativis, *sup.* §. 24. *&c.*

detractionem ſanguinis (*a*) procurata *facie*, ex ſpongia calida erit [12] *mulſum* in os ægrotantis diſtillandum: tunc *ſecunda* die dandi mulſi *cyathi* duo, vel tres: *Tertia* vero die ante horam ſolitam erit *perungendus* oleo calido, atque dulci, toto corpore ſub (*b*) ſtramentis. *Tunc* detectus aqua calida *ora* foveat, & poſt (*c*) *æquatum* corpus accipiat (*d*) *ſuccum* parvum, ſucculentum, mollem, lenem, calidum, digeſtibilem, ut eſt *panis*, vel *alica* ex aqua confecta, aut *pulticula* ex pane, quam (*e*) *torſiniton* vocant, ex oleo, aqua, ſale, vel melle condita, ex prima diatrito uſque ad declinationis tempus: quod (*f*) probare poterimus ex minutione acceſſionum, ſive accidentium. *Alternis* diebus cibum ſumat, ne paſſione affecta *nervoſitas* etiam illatione cibi gravata digeſtionis officium vix ſuſtineat, ſed magis laxamentum ex abſtinentia conſequatur. Tum ſi *venter* non fecerit ſuum officium, aut non impleverit, ob detractionem gravatum corpus quo relevetur, erit (*g*) injiciendus calidæ & oleo per *clyſterem*. Tunc * præſentato ventris officio, erit (*h*) *tondendus*, atque novacula omnis capillatura radenda. [*i*]Ita in alia diatrito *cucurbita* occipitio apponenda, collo, vertici, & temporibus capitis, cum *ſcarificatione*: & communibus *cataplaſmatibus* utendum, quibus omne caput cum nervis majoribus, quos tenontas appellant, contegamus, tum buccarum muſculos, quos ſiagonas appellant, atque omnes interſcapulas partes, cum ſtomacho, uſque ad locum quo diſcernitur venter, quem *diaphragma* vocant: ac deinde præcordia, atque veſicam ſimili curatione laxamus. Singula etenim paſſione raptus vexata acceſſionis tempore (*k*) accipimus: ac ſi aliqua in parte corporis *querela* extiterit, cucurbita imponenda. Sed neque *coacervatim*, neque uno tempore omnes erunt partes curandæ, ſed *partiliter*, atque diverſo, ut nunc ſtomachus, nunc veſica, nunc interſcapulæ releventur, quo neceſſario caput relaxatum adquieſcat. Tunc ſpongiæ *evaporationibus*, [*l*] qui curationem labori ſuſtinuerunt recuramus, atque *ungentes* oleo communi, ſive quia jam licitum eſt, cyprino, vel irino, tum *cerota-*

a. directis, compoſitis, & conformatis partibus, quas in ea morbi vis diſtorſerat
b. ſtragulis
c. omni ſtrictura ſoluta
d. cremorem aliquem τὸν χυλὸν
e. toryniton vide ſupra §. 12.
f. deprehendere
g. injicienda calida cum * prætentato
h. tondendum caput
i. item
k. judicamus
l. eos qui curationis laborem

89

90

91

12 Non dubito quin Cælius ſemigræcus hic reſpiciat ad græcum ὕδωρ, & intelligat ὑδρόμελι: mulſum enim Latinorum eſt οἰνόμελι, cum tamen paulo antea Cælius vino interdixerit.

13 Nervoſum ventriculi corpus, cujus morbos facile nervi ſentiunt.

rotariis mollibus, ac deinde scarificatis locis inducta apponimus cerotaria. Convenit etiam *embasin* adhibere, de qua *Adjutoriorum* libris docuimus. Dabimus etiam tum *cibum* plurimum atque (*m*) panosum. Si aliqua in parte capitis *gravedo*, vel *dolor*, aut punctio, aut torpor occurrerit, erunt *sanguisugæ* circulatim apponendæ: quæ si sufficientem fecerint detractionem, adjutoriorum modum dabunt: sin minus, his detractis *cucurbitas* infigemus, ut per earum vulnera detractio procuretur. Tunc rursum *cataplasmatibus* utemur, atque *vaporationibus* spongiarum, dehinc *cerotario partes* contegimus.

Libri Adjutoriorum Cœlii.

m. ex pane arido; vel succo aliquo liquido condito: vel jure

92 Profectu accedente dabimus olera non acriora, atque ita *gestationem* (*n*) adhibemus (*o*) sellarem. Etenim vehiculi motus *rotarum* vertiginem caliginemque facit ægrotanti, quæ passionis imaginem ferat. Tunc *deambulatione* movendus pro (*p*) temporis aere, atque loco lucido, & longo ductu, ne jugi conversione vertiginem sentiat. Dehinc si ferre valuerit, etiam *vocis* atque *corporis* exercitio utemur, monentes ut neque spiritum retineat, neque pronus vel circunflexus, aut sæpe conversus aliquid gerat, sed pingui unctione defricatus (*q*) stanti
93 exercitio moveatur. Tunc, cum facilitas corporis fuerit accepta, *lavacrum* adhibemus, caput foventes sine ullo (*r*) *percussu* manibus subterpositis: implet enim (*s*) sensum ejus *demersio*. Tunc etiam in aqua calida, quam [14] *pygolithon* vocant, deponendi sunt ægrotantes: ne percussu frigoris *nervositas* afficiatur. Post lavacrum vero parum (*t*) differentes, quo fervor ex capite relevetur, dabimus *aquam* præbibendam: Tum *cibum* varium, simplicem ex media qualitate confectum. Et post *primam* vel *secundam* diatriton dabimus quædam in cibo quæ *vinosæ* sint qualitatis, ut sunt poma, quo corpus,
94 vinum daturi, prætentemus, ut tuto dare possimus. Atque ita (*v*) servandum, ne his gestis *somnus* suspensus, vel concisus, aut adjuncta phantasia sequatur, & *insomnia* faciat turbulenta, quod ex relatione patientis discere poterimus. *Item* si gravedo vel torpor in aliqua parte corporis fuerit, aut dolor, aut punctio, vel saltus, erit in aqua calida perseverandum, atque illa prohibenda, quæ vinosæ qualitatis danda præcepimus. Sin vero ex his nulla fuerint (*vv*) prosecuta, dabi-

Quomodo æger reconvalescens sit curandus.

n. adhibebimus

o. in fertorio, aut sella portoria: ut supra §. 18.

p. i. vel sub dio, vel sub tecto pro aeris temperie

q. pro stataria

r. aquæ collisu

s. sensuales vias

t. quiescentes

v. cavendum

vv. consecuta

14 Rhigolethron, quasi rigoris exitium, quod rigores & perfrictiones corporis profliget, & abigat. Alii Rhigoliton.

dabimus lavacro remoto, mediocriter *vinum* lene, parvum: ut exempli causa, semunciam, vel unciam, medio scilicet cibo, *aquatissime* temperatum: tum in alia *diatrito* lavacro vinum jungemus. Sed præ cæteris erit *animi laxatio* procu- 95
randa, quo corpus consentiens nullis obstantibus curis facile sanitatis (*x*) repetat qualitatem. Ac si *resumptio* (*y*) recurrens nihil [15] virium perficere permiserit, quo etiam (*z*) carnatum corpus ostendat, bono attestante colore, erit *consuetudini* dimittendus ægrotans. Eadem sane curatione utendum etiam in iis qui cum nondum sunt *epileptici*, eo tamen ferri videntur. Hoc enim solum servabimus, quum signis passionem minantibus fuerint (*b*) absoluti ut eos (*c*) consuetudini revocemus. Facilius est enim *imminentium* aversionem, quam *præsentium* depulsionem facere.

x. recipiat
y. repetita
z. εὔσαρκον
a. diætæ sibi familiari
b. liberi
c. ad consuetudinem

Quomodo sit curanda Epilepsia chronica.

Sin vero *passio* tardaverit, & propterea plurimis fuerit ac- 96
cessionibus variata, erit partienda *curatio* secundum superpositionem & lenimentum, ita ut *superpositionis* tempore iisdem utamur adjutoriis quibus acutas passiones curari perscripsimus. Neque enim (*d*) *phlebotomum* reprobamus, permittentibus viribus, si quidem longo interstitio superpositiones occurrere videantur. In *lenimento* vero resumendos dicimus ægrotantes & cum *recorporativa* curatione dirigendos, justa *cyclorum* regula, sicut latius, cum de (*d*) *capitis passione* diceremus, scripsimus. Quapropter ob resumendum corpus adhibenda *gestatio*, sella, vel cathedra, aut *deambulatio*, aut *vocis* exercitatio. Item *lectionem* & perunctionem 97
aliptarum præceptis ordinatam, sine ulla capitis (*e*) inflatione geramus, ne immodico labore affectum (*f*) corpus vexare potius, quam reficere videamur. Tunc *lavacrum* langorum intervallis adhibendum: *varius* dandus cibus & panis limpidus, atque studiose elaboratus. *Pulmentum* vero ex mediæ qualitatis materia, ut ova, pultes, olera, quæ non sunt accerrimæ virtutis. Item volantum leviora, & piscium teneriora. Dehinc post resumptivum cyclum adhibendi *recorporativi*, & primo *ex parte*, tum *perfecti*, in quibus esse *vomitus* ex radicibus debet, vel (*g*) similibus materiarum rebus, ut nuper (*h*) docuimus: atque ita *drimyphagiam*, exinde (*i*) contiguas sibi pulmentorum materias ordinamus: item

d. phlebotomiam
d. spu. cap. 1.
e. fricatione imperamus.
f. caput
g. similium
h. sup. §. 13.
i. congruas

15. Id est, si vires ex modo cibandi antea descripto, nondum fuerint refectæ, & tamen corporis habitus sit probe carnosus, & boni coloris &c.

item adjutoria *localia*, ut exempli causa, primo *capillos* decurramus (*k*) ex pectione, nunc pro (*l*) capillatura, nunc contra capillaturam: tum *tonsuram* adhibentes, dehinc novacula caput radentes, *cucurbitas* aliis atque aliis capitis partibus (*m*) *recorporativas* imponimus: tum *dropacis* raptum adhibemus: sed primo longe remotis partibus, tum vicinis, dehinc patientibus, dantes etiam *masticandum* sinapi, vet piper, aut staphysagriam. Item *sternutamentum* ex helleboro, vel (*n*) astrutio, & pipere, & castoreo, vel his similibus adhibemus naribus, *apophlegmatismum* quoque adjicientes, atque (*o*) *fricatione* balnearum nitri pulveris, & ceteris (*p*)
99 *sympasmatibus*, quæ ruborem facere valeant, ut sunt ex pyretro, staphysagria, adarce, euphorbio, pipere, calcis gleba, & pumice: tum *cataplasma* ex sinapi, atque malagmata, quæ detergere & papulis afficere corpus valeant: item [16] *acopa* acriora, seu quæ tetri odoris non sint, toto corpore illinienda, magis tamen capiti, atque ori, conclusis palpebris: immittenda sunt etiam hæc *aurium* cavernis: *gargarizandum* sinapi: adhibenda etiam *aquarum illisio*, qua patientes partes percussæ mutari cogantur, quod Græci *cataclysmum* appellant. His deinde perfectis *cyclis*, resumpto corpore, *helleborum* adhibemus, sed longe superpositionis ser-
100 vantes occursum, quod in omnibus quidem adjutoriis (*p*) *exercitioribus* adhibendis, tum magis in helleboro monemus præcavendum. Denique si nullam accessionem denuntiaverint signa, iis qui ordine servato admonentur, ante *decem* vel *duodecim* dies, vel generaliter pro longitudine lenimenti, (*q*) porrectius erit adjutoriorum regula dirigenda. In iis vero qui *ordinate* admonentur, eo tempore adhibenda curatio, quo conjicere possumus *medium* præteritæ atque futuræ accessionis. Sic igitur hoc genus diligentiæ instituendum, ut cum *æger* somnum decusserit, primo requiescat paululum jacens, non solum suspicans indigestionem cibi, verumeti-
101 am donec (*r*) persecutione quadam (*s*) propria corporis fuerit facta [17] digestio, ne ex *vigilatione* sequenti, atque laxamento membrorum, & (*t*) tenuitate, vel purgatione humorum

k. denso pectine ut c. 3. §. 35.
l. eodem genere locutionis utitur cap. 3. §. 35.
m. cum plurima flamma admotas, & ut ait ib. §. 36. detractas magno raptu
n. imperatoria
o. fricationem in balneis
p. pulveribus qui corpori inspergunturAcopa.
Hellebori sumendi cautio.
p. vehementioribus δρα. ϛικοῖς.
q. an correctius?
r. perfectione
s. in alimentum abierit
t. tenuatione

16 Ἄκοπα sunt linimenti genus, cujus antiquis in demulcenda membrorum ex vehementi aliquo exercitio lassitudine familiaris & curiosus usus erat.

17 Nam Methodicis somnus adstringit: vigiliæ vero laxant, crassa tenuant, excrementa purgant.

rum ſpiritus jamdudum ſomno turbati craſſi fiant, quo etiam ſæpe officia impediri noſcuntur, cum (*v*) nondum totum reccurrens occupaverit corpus. Unde ſæpe factum eſt, ut (*vv*) experrectis iis quæ illico intueantur fallant, niſi (*x*) perfricatis oculis intenderint. Neque clamare vel currere facile poſſunt; ſiquidem vi quadam ſomni tunc *arteria*, hoc eſt gutturis via, aſperatur, & raucos facit: ac fatigata corpora (*y*) *denſitate* nervorum, irruente ſpiritu craſſiore, afficiat percuſſione vel quaſſationi ſimiles plagas ingerendo. Has igitur 102
ob cauſas æger plurimo tempore ſomno depoſito tardare debet, præcavens *luci* (*z*) *auctoritatem*, quam mox diſcuſſo ſomno intueri minime poteſt, ne repentino ejus occurſu percutiatur viſus. Item *diſputationibus* vehementibus animum exercere declinet. Tunc reſumptus atque relevatus ſomni plenitudine, ſub ſtramentis leni *unctione* tangatur ſemel, ſecundum corporis ſingulas partes laxamenti mediocris cauſa, (*a*) atque frigoris cautione levem & delectabilem *geſtationem* adhibeat ut fertoria ſella, vel cathedra. Sed prohibenda erit *exclamatio*, ſiquidem vehementer movet partes patientes. Tunc 103
depoſito turbore motus *unctione* olei fricetur, conductis & extentis brachiis, flexo atque extento *motu* relevans ſingula crura commoveat, quo fortioribus motibus faciat aptiora. Fovenda etiam *ora* aqua calida: nunc enim erit lavacrum prohibendum: atque ita poſt perunctionem *cibum* accipiat parvum, ſucculentum, & levem, ut ova, pultes, piſces teneri, quæque ex volantibus parvę ætatis atque formæ, ut ficedulæ, turdi; declinans omne quod fuerit acrioris virtutis, ſive inflare valentis, aut carnoſæ, vel gravis. Quapropter etiam a *vino* erit abſtinendus, ac per intervalla ab omni cibo ſervandus. Relevatur enim hoc [*b*] genere corpus jejunitate (*c*) reflatum. Sin vero aliqua *ſigna* acceſſio- 104
nis *futuræ* apparuerint, ut ſomnus trubatus, vel cibi corruptio, vel iracundia inanis ac ſine ratione, item mœſtitudo vel ſternutamentum, aut aurium tinnitus, vel præ oculis ſcintillarum fingibilis viſus, aut inflatio præcordiorum, & per ſomnum ſeminis involuntarius jactus, quem ὀνειρόγονον vocant, & horum ſimilia, non ſolum ad hanc *vitæ* (*d*) *regulam* tranſeundum eſt, verumetiam initium ex abſtinentia ſumendum. Tunc levis adhibendus *motus*, atque *perunctio*, & *cibus*, quo corpus (*e*) ſalutaribus officiis non deſeratur. Ut enim iiſdem 105
cibo-

v. ſub. alimentum
vv. experrectos eos
x. perfricatos oculos
y. quæ per ſomnum accidit
z. claritatem
a ac cum
b. hac ratione
c. ab inflationibus liberatum: plenitudine exoneratum
d. reſumptivam
e. neceſſariis viribus non exhauriatur

ciborum regulis perseverare tutum non est, sic e contrario jugis mobilitas, atque cibi abstinentia vacuato corpore solitis nutrimentis, vires extinguit futuris temporibus necessarias. *Quæsitum* etiam utrum (*f*) contradicentibus signis, accessionem fore, an præsentem sive factam [18] judicemus. Sed tunc erit *accessio* judicanda, quoties ceciderint in ea ægrotantes: quo discere poterimus, quo tempore *diatriti* tempus sit numerandum, ut recte possint curationes suis reddi temporibus: Nam [19] *denuntiata signa* jam præsentia accessionis esse contendit. Nos vero prætangi *nervositatem*, atque in accessionem urgeri recte probamus, ut augmenti indicia tanquam prĕludere videantur, ut sunt in *hemitritaicis* febribus frequenter accessione imminente corpora præoccupata, cum noctis
106 anxietate pulsata, diei fore asperitatem significant. Ita igitur, vel simili ratione, præmonitus *epilepticus*, tanquam si accessione vexaretur, erit usque ad primam diem (*g*) abstinendus, & neque similiter (*h*) agendus, ut pridie, cum (*i*) fuisset in lenimento purissimo. Quapropter *abstentus* una die, sequentibus levi *motu* agitetur antecedente *unctione*, atque parvo *cibo* nutriatur: *aquam* bibat. Tunc si rectius habuerit, ut laudabilior sanitas appareat, augenda oblatio cibi, alternis scilicet diebus, nunc qualitate, nunc quantitate. Tunc nisi ex omni parte *signa* supradicta (*k*) erit rursum abstinendus una die. Sin vero fuerint expulsa, vel depugnata, non erit illico reddenda ægrotanti consuetudo, tanquam
107 nihil sit quod sollicitudini remansisse videatur: neque rursum inani suspicione, tanquam jam imminentis superpositionis metuentes adventum, in tenui vitæ regula retinere debemus patientem. Ut enim opportunitas adhibita *abstinentiæ* futuras amputat superpositiones, atque earum occasiones detrahit, sic *importune* adhibita corpus vexat, atque fatigatione affectum tarde surgere facit in solitas vires. Quapropter cum summa *cautione*, & sine ulla nimietate servati, blanda regula resumendi sunt ægrotantes, quo asperatas accessio-

f. ex præcedentibus his signis. *Alii* ex prædicentibus

g. ab omnibus huic morbo contrariis

h. regendus

i. foret

k. cessaverint, erit

18 An statim atque visa fuerint hæc signa quæ paroxysmum minantur, de illo tanquam præsente faciundum sit judicium, ut tum inedia diatritos præscribatur, en expectandum, donec paroxysmus invadat.

19 Denuntiantia signa præsentiam accessionis ostendunt. Denuntiantia vocat præsentem morbum indicantia: Præcedentia vero, sive prædicentia, quæ futurum: hæc *Gal.* in *Definit.* vocat *Prognostica*: illa *Pathognomonica*.

siones fore non metuamus. *Tutius* autem esse probamus, ut
l. sup. §. 97. (*l*) supradictum est, longe ante futuram accessionem ad *bel-*
lebori usum accedere: quo accepto si irruerit accessio, erunt 108
omnia mitigativa adhibenda, quæ accessionem valeant tem-
m. occultis, & in profundo sitis visceribus perare. In *strictura* enim constitutis (*m*) altioribus, hoc est *stomacho* & *ventre*, mitigativa laxatio adhibita etiam medicamini excludendo præparat viam, & præfocationis amputat metum. Sin vero nullum periculum subierit *præfocationis* post purgationem causa refectionis adhibenda resumptio est, cum iis quæ valeant accessionem temperare, ut *odoramenta* sine
n. quæ caput nec implent, nec gravant ullo (*n*) percussu medentia: atque *nutribilia*, ut est panis calidus, melo, cucumis, & his similia. (*o*) Destillan-
o instillandus dus [20] etiam [21] *helleborismus*, sed ex melle decocto. Ac si 109
p. sub. Epilepticus initio *vomitus* ex accessione (*p*) emerserit, *cucurbita* multa cum flamma supposita *ori ventris* infigenda, tunc (*q*) se-
q. intestinorum ductui quenti parti, secundum quod medicamen ad inferiora (*r*)
r. trahitur teneatur, donec accessio levigetur temperamentis supradictæ rationis, ne *concursus* passionis & adjutorii præfocet ægrotantem. Erit igitur sustollendus *ægrotans* subjectione manuum ex utraque alarum parte, cum capitis sustentatione, atque leviter inclinandus. Tunc si medicamen ad *superiora* cucur-
s. fauces & œsophagum rerit, & [*s*] transvorationis ceperit partes, quo (*t*) *spi-*
t. guttur & laryngem *ramenta* obstruere videatur, illisis dentibus, atque ore clau-
v. nasi in fauces hiatum so, vel erumpens per (*v*) *naturales vias*, quę ad fauces de 110
capite feruntur, in nares defluxerit, ac rursum decurrens gutturis meatum clauserit, præsens præfocatio metuenda. Quapropter immissis digitis, ex utraque parte buccarum circa majores dentes, oris facienda *distantia*. Tunc imponen-
vv complicati panniculi da (*vv*) *ptygmata* multiplicia, quæ si forte defucrint, *cu-*
x. immittere, intrudere *neos* ex ferulis scissis * mittere poterimus, quo (*y*) scien-
y. certe tes ægrotantem servemus, atque medicamen ad faucium
z. observanda partes veniens spatio quodam exceptum facilius excludatur. (*z*) Servanda etiam *tempora*, quibus medicamen faucibus occurrit, adjuvantes ejus exclusionem, in faciem inclinantes ægrotantem, atque ejus ora calida spongia detergentes, distillantes etiam in os [22] *mulsum*. Sic enim veluti des-

20 Id est, si non sufficiens fuerit hellebori prius dati agitatio, ut paulo infra.

21 Helleborismum ex decocto melle Aetius vocat *hellebori decoctum*, ejusque compositionem docet pag. 155, ac si helleboro sumpto urgeat suffocatio, cremoris bibendos tres cyathos ait, qui utcunque a decocto diversus est.

despumans (*a*) resumit, aut deponit *accessionis pressuram* relevatus ægrotans. At si non sufficiens *hellebori* fuerit agitatio, quam *Græci* (*b*) σπαραγμὸν vocant, & parvo (*c*) eventu successerit, perseverante passione, erit etiam *secundo*, vel *tertio* hellebori usus adhibendus, sed (*d*) præsumpto viribus ægro: quippe cum non iisdem uti omnibus necesse sit, & destruendæ passionis causa *una sola* sufficiens & (*e*) perseverans exhibitio non approbetur. Utendum etiam *aquis naturalibus*, hoc est, naturali virtute medentibus, sed quæ nul-
112 la odoris vexatione adficiant ægrotantem. Adhibenda igitur (*f*) *natatio*, & *sole* corpus torrendum, quod *Græci* ἡλίωσιν vocant, sed prætecto capite. Utendum etiam *potabilibus* medicaminibus, vel *electariis* ex hyssopo, & origano, & thymo confectis. Principaliter enim corpus mutant, *recorporationem* faciendo ob acrimoniam: dehinc etiam corpus, & succorum naturalium (*g*) tenuant qualitate. Emolliendus nanque venter, & *peregrinatio* imperanda terrena atque maritima, si ferre navigationem potuerint patientes. Tunc etiam *exercitia* vehementiora, quæ labore corpus afficiant, affectanda, quo magis (*h*) fortitudo, quam corporis (*l*) ro-
113 bur augeatur. *Est* enim *semper gravabilis* (*k*) *carnatio & magis si tenuibus fuerit imposita viribus, & in iis passionibus quæ in nervis esse noscuntur*.

Unde neque facile curationis est credendus effectus, quo depulsam passionem judicemus, nisi legitima *accessionum tempora* soliti concursus, sine ulla inquietudine, atque plurima transierint ægrotantes: *somnos* quoque sine ullo impedimento duxerint, & *vigilias* placidas, ac liquida sanitate moderatas, nulla etiam difficultate officiorum *animæ* vel *corporis* impeditas, attestante cibi sufficienti *appetitu*, cum *digestione* congrua, & corporis *nutrimento* mediocri, vel *egestionum* naturalium moderato exitu, bono attestante, vel (*l*) immu-
114 tato *colore*. (*m*) Servanda præterea multo tempore omnis *nimietas*, ut frigus, ustio, indigestio, vinolentia, *libido*, lavatio, & magis ea quæ specialiter passionem in commemorationem ducunt, ut *odores* percussibiles aut splendor nimiæ lucis, aut (*n*) resultantium materiarum: item strepitus, clamatio, circulatus cursus, [*o*] extentio, aut ex alto des-

a. resumitur
b. inanem cum magna anxietate conatum
c. ægri bono
d. resumpto epersanaus
f. in aquis medicatis & natnralibus
g. attenuant qualitates
h. laboris tolerantia
i. moles
k. obesitas, & carnosior habitus
Non fidendum subita sanitati.
Signa curata Epilepsia.
l. in melius mutato
m. cavenda, vitanda
n. lumen fortiter repercutientium

22 Mulsum enim imbecillas vires reficit, spiritus instaurat, inflationem discutit, pituitam lentore adhærescentem abstergit & educit.

pectio, sive fluminum celerrimus fluor. Ut enim *ulcerum* recentes *cicatrices* facili occasione solvuntur, non aliter hæc *passio*, vel alia quæque similis [*p*] nequitia, parvo impulsu repetit corpus, quod proxime dimisisse videbatur. Ac si forte 115
neque ita fuerit æger ab *epilepsia* liberatus, nihil minus adhibendum, sed magis perseverandum in curatione probamus. Dabit enim hæc *diligentia* vel ex parte beneficium, quo neque frequentius admoneatur ægrotans, neque longioribus accessionibus opprimatur, neque turpiter in [*q*] furore, vel publicis locis apprehensus, etiam post passionis impetum *animi* [*r*] *luctatione* vexetur. Quibus enim *prima* (*f*) vel optata non proveniunt, [*t*] erit *secunda* mitigationis causa capienda. Hæc est secundum ordinem *methodica epilepticorum curatio*.

p. πονηρία, malignitate
q. foro
r. dolore, molestia
s. & *t.* erunt

Aliarum vero *sectarum* principes varia rerum temperatione, 116
sive *experimento curationis* adjutoria cumularunt, caput *foventes* aceto atque oleo rosaceo puro, vel immixto *castoreo*, in accessione frigidis utentes: articulos quoque omnes *ligatione* constringentes, *sternutamento* commoto ex aceto, naribus interius flato, cum sinapi: vel castoreo oleo irino infuso, cum *calchanto*: vel *sulphure* vivo, aut (*v*) *astrutio*-incenso, vel iis quæ ad matricis præfocationes incendenda posuerunt: item hyssopo & origano, & thymo: vel *ignis* flammam oculis offerentes, cum *titilatu* quodam, & [*vv*) *oppressione* præcordiorum ad inferiores partes. Jubent præterea 117
motum corporis adhibere, gestatione vel deambulatione, aut supra sindonem volutari: *sinapisandas* etiam manus ægrotantium, atque pedes: & ante accessionem perungi *thapsia* caput, & spiritum continere. Alio vero tempore, hoc est dimissionis, *vini* atque *carnis* imperant abstinentiam, & magis porcinæ, vel bubulæ, & caprinæ. Prohibent præterea supra pellem caprinam dormire, sive jacere ægrotantem: siquidem passionis facit motum. Adhibent etiam *clysterem* jugem atque accerrimæ virtutis, & medicamina *urinalia*, quæ diuretica vocant, atque *purgativa* per ventrem, quæ cathartica vocant, & horum magis cui nomen est *hiera*, quæ non erunt, inquiunt, (*x*) tertio minus singulis mensibus offerenda: tum capitis (*y*) *divisuram* accuratam, quam χιασμὸν vo- 118
cant: dehinc (*z*) *scarosin* medicamine, sive ignis ustura: item *terebrationem* [*a*] testæ, vel *arteriotomiam*, vel usum *venereum*, aut

Varia, præcipue Empiricorum remedia, recensentur.

v. imperatoria *alias* astrantia, *vel* ostrucio, *vv.* compressione

x. decimo quoque die
y. incisione ad X literę figuram
z. Escarωsin, sive adustionem
a. cranii

aut e contrario *evnuchismum* faciendum probantes. Dant etiam bibendum *lac asininum*, cum sale, vel *sanguinem* testudinis [23] marinæ, vel [24] *humanum*, aut vituli marini, & non solum sanguinem, verumetiam coagula quæ lacti miscentur. Item mandendam [25] *mustelam*, sed longo desiccatam tempore: & tunc (*b*) *corda* hominum atque equorum quorum crura quasi [26] *impetigines* habent, sive asinorum, vel mulorum. Item *testes* vel *veretrum* marini sive fluminalis (*c*) cancri, & (*d*) *porcelliones*, hoc est, animalia quæ humectis & aquosis locis sæpe nascuntur, a Græcis appellata ὄνισκοι: dehinc *squamulas ferri*, cum aqua in qua fuerit candens ferrum, (*e*) prætinctum. Dant etiam *cameli cerebrum* fumo siccatum atque concisum, sed infantibus vel pueris odorandum; perfectis autem ætatibus bibendum, ad modum cyathi, cum (*f*) mulso & acceto tribus cyathis: similiter etiam *leporis* cor, & cerebrum [27] *gaviæ*. Alii vero etiam [28] *ligamenta* probaverunt, & *magos* adhibendos, atque eorum incantationes, quæ quantis sint
120 vexationibus confertæ, etiam per se probatur, sicut latius *Adjutoriorum* libris docuimus, nunc tamen paucis memorabimus. *Constringens* igitur *fomentum*, atque tetri odoris, ex aceto, & oleo rosaceo, & castoreo, percutit, & gravat, & tumores constringit: & si, ut putant, materiam (*g*) redarguit, abactum tamen cutibus ad cerebrum & ejus membranas revocat. Et sunt hæc exteriorum comparatione magis salutaria. Præterea est vehementer noxium, (*h*) *frigida* caput accessionis tempore fovere. Quæ enim [*i*] dimissione relevata mitescunt, eadem [*k*] frigida densatione magis gravantur. Item *ligationes* nervos densant, atque corporis (*l*) oppres-
121 sio, quam fieri jubent. *Defricatio* intemporalis, hoc est accesionis tempore facta, geminant passionem. (*m*) Accidentia enim (*n*) si (*o*) temporaliter quidem videtur lacessitis sensibus in (*p*) resumptionem venire, totam tamen passionem pejorat, non aliter quam si quisquam turbatos oculos *man-*

b. carnem, ut *inf.* §. 128 129.
c. canis: ut inf. §. 129.
i. fibri: nempe castoreũ
d. Ὀρίσκους millepedes
e. extinctum
f. mulsi ex
& reprobantur. & singularum noxa ostenditur
g. repellit abactam
h. frigidis
i. mitigatione relaxata
k. frigidorũ
l. compressio
m. accessionis enim
n. tametsi
o. pro tempore
p. vexationem lenire

23 Ad id prodesse terrestris sanguinem Dioscorides ait.

24 Plin. cap. 1. lib. 28.

25 Sanguinem mustelæ commendat Diosc. & ejus ventriculum coriandro fartum, & inveteratum.

26 Nascentes in cruribus impetigines, ut inf. § 128. & 138. Plin. cap. 11. lib. 28. vocat lichenas.

27 Avis cujusdam marinæ, in petris nidificantis. Vid. Plin. H. N. lib. X. cap. 32.

28 Non vincula manuum, sed alligata & suspensa amuleta, τὰ περίαπτα.

manutigio, quod Græci χειραψίαν vocant, temporalitēr, fricando, relevare videatur: non aliter & *sternutamenta* medicaminibus commota accessioni non convenire probamus. Quippe cum neque in lenimento passionis constitutos hoc adjutorio facile inquietare liceat, nisi certo regulæ ductu præparatos, quo caput relevetur gestatione tenui ac deambulatione. Siquidem hoc adjutorii genus initio impleat caput, de- 122
hinc medeatur: quid sperandum in iis qui accessione agitati, earum partium plenitudine vexantur, si etiam sternutamento fuerint [*q*] convitiati, cum magis oporteat passionis illitam solvere turbationem? Est præterea *acetum* molestum naribus insufflare, sive solum, sive cum alia qualibet percussibili materia. Constringit enim, atque densat tumentia, & turbata perturbat, & ea (*r*) concurrere compellit, quæ accessionis violentia excludi coguntur. Non aliter inutiles at- 123
que (*s*) satiabiles sunt *incensiones*, sive *fumigationes*, & odoramenta ex pice, bitumine, (*t*) spondilio, castoreo, galbano, acerrimæ atque gravabilis virtutis * causæ, & injucundioris, adeo ut etiam recte valentium impleant caput, & eorum qui nunquam, aut difficile earum partium querelam prodiderint: tunc tamen iis odoramentis acceptis, vertigine atque gravedine urgentur: & non aliter tumentes oculos fumigatio adficit, quam etiam tumentes cerebri membranas. Necessario enim cogit in similem venire passionem. Percutit etiam *ignis flamma*, sive ejus affectatus splendor multos. Denique etiam in lenimento *epilepticos* constitutos, lucis importunitas, atque (*v*) eminens percussio, in commemoratione facit accessionis venire. Noxia etiam *præcordiorum pres-* 124
sura, quam adhibendam probant, judicatur. Mitiganda enim sunt accessione commota, & non violenter atque contrario conatu reprimenda. Gravis etiam sine dubio videtur supra sindonem jussa *volutatio*, quippe cum levi conversione corpus affectum, non solum lenimenti tempore *epilepticos* in vertiginem mittat, verumetiam recte valentes similiter afficere videatur. *Articulorum* quoque *sinapismus* accessionis tempore tumorem geminans, etiam passionem necessario pejorem facit. Est item [*vv*] intemperabilis ante accessionem perunctio ferulaginis, quam Græci θαψίαν vocant, cum oporteat motam passionem atque in pejus coactam mitigare potius quam provocare: & quoties ejus necessarius est usus, to- 125
ties

q. simul vexati

r. spissari, coire

s. gravabiles

t. spondylio

* causa

v. valida

vv. intemporalis

ties, atque melius lenimenti tempore suæ virtutis impleat beneficium, cum importune adhibita partes faciat [x] emori; has denique *Græci* (y) necroses vocant. Item *spiritus retentio*, quam faciendam probant accessionis initio, sensus implet, non, ut quidem volunt, repercusso spiritu futuram prohibet accessionem. Premit enim potius quam discutit ea quæ jam suo motu densari videntur. *Abstinentia* vero *vini* atque *carnis*, quam jugiter fieri jubent, vel unius anni spatio, impedit recorporationis faciundæ profectum, quem augere necessario mutationum varietas potest, quod facile ignaris notum fiet ex vitæ consuetudine, quæ si eadem non fuerit,
126 procul dubio corpus infirmat. Quippe cum jugis *potatio aquæ* (z) demissum faciat corpus, & neque numero dierum, vel mensium curandi regula sit constituenda, sed passionis temporibus, quorum (a) mutatæ regulæ commutantur, ut sub eorum rigore[29] damnum aquæ vel vini ministretur, quod etiam de carnis usu erit conjicendum. [30] *Caprina* vero *pellis* odoris tetri causa noxia capiti judicatur, non speciali atque privata ratione. Item jugis atque acerrima *clysteris* injectio intestina conradit, atque nervos vitiat. *Urinalia* quoque medicamina, quæ diuretica vocant, *vesicæ infectione* capitis mem-
127 branas commovent. Item *purgativa* medicamina, quæ cathartica vocant, (b) defluxionem corporis facient, atque stomachum evertunt: *capitis* etiam accurata divisura, quam chiasmum vocant, & testæ *perforatio*, & *ustura* cutis medicamine vel igne suffecta, quam (c) scaroticam vocant, & *arteriotomia* patientes partes insumit, & utilibus remittitur rebus. Siquidem nullate (d) comparativa adjutoria iisdem locis adhibere permittit. At vero *concubitus*, sive Venus, quam adhibendam probant, ab aliquibus *parva epilepsia* nuncupata est. Siquidem similem facit membrorum motum, diverso contractu, anhelatione & sudore attestante, & oculorum con-
128 versione, cum rubore vultus, ac deinde post effectum displicere facit sibimet corpus, cum pallore, & quadam debilitate, vel mœstitudine, & adeo nervos afficere male videtur, ut sæpe imminente accessione per somnum jactu seminis ægri

x. excitata gangræna
y. νεκρώσιας
z. languidũ.
a. mutatione
Caprina pellis
Urinalia medicamenta.
b. dissolutionem
c. Escha rωticam
d. utilia & commoda
Venus, parva epilepsia.

29 Cælii mens est, tam ex aquę quam vini potu, sine rationis judicio ordinato, epilepticos lædi.

30 Hippocr. lib. de Sacro morbo oves & capras huic ægritudini valde obnoxias esse tcadit, quæ caus. sa fortassis est; cur substrata captę pellis accessiones hujus morbi excitet.

gri præpurgentur, quod *Græci* ἀνεπόγονον vocaverunt. Item *eunuchismus* vires amputat, non epilepsiam solvit. *Lac* quoque sumptum facile acescit, & propterea gravans epilepticos male probatum videtur. Non aliter etiam potus *sanguis testudinis*, sive *hominis*, atque *vituli marini*, & sumptio *coagули*, quod *Græci* τυρόν vocant. *Mustelæ* quoque, sive *hominum* caro siccata, & *equorum impetigines*, vel *veretrum* atque *testes* canis aquarii, vel *porcelliones* supra memorati, quos ὀνίσκους 129
appellant, & aqua de *squamulis* sive tinctionibus *ferri*, & *cor leporis*, & *cameli*, sive *gaviæ* cerebrum male probatur. Etenim neque ex *occultis* causis, quas *Græci* ἀδήλους αἰτίας vocant,
e. experimento rationes ducunt, neque ex aliqua (*e*) contagione sive tentatione, ut *Empirici* volunt, approbata in usum venerunt medicinæ. Quippe cum intelligi, vel apprehendi naturali aut
f. regimine ordine fortuita rerum [*f*] cominatione minime possit, uti iis, maxime ita *insuetis*, atque novis, & *odiosis* generibus materiarum, quarum nihil usu gravius esse videtur, ipsius quoque comparatione [31] passionis, sit admirandum, quod de *aere* atque *vigiliis*, vel *somno*, & *potu*, & *cibo*, vel iis quæ neces- 130
g. experimento sario sumuntur, nihil (*g*) experimenti utile collegerint: de iis vero ita execrandis, & crudelibus, atque inhumanis, plerunque etiam *periculosis*, curationes ordinare voluerint. Non enim sanguinem *tauri* potum interficere, ut [32] *Themistoclem*
h. in caseum coactum aut *lac* coagulatum, & (*h*) *caseum* coctum, ut (*i*) orato-
i. impropriũ rium, & (*k*) imaginem recte reprobaverunt, si quisquam *hu-*
k. fictum *manum* sanguinem id facere minime crediderit, quo falso memorata a veteribus cætera videantur. Accusatis igitur, sive nudatis summatim *veterum curationibus*, non est absurdum etiam cum nominibus errores arguere singulorum.

Hippocrates *Hippocrates* de [33] *epilepsia* scribens communiter ait. Quis- 131
quis in humano corpore agnoverit siccandi vel humectandi, aut frigidandi, vel calefaciendi causas, idem etiam istius pas-
l. facere curationem, ἰᾶσθαι sionis poterit (*l*) videre rationem: & neque quomodo, neque ex quibus, neque quando, vel quousque hæc fieri debe-
Diocles. ant, tradere curavit. *Diocles* libro quo de passionibus scripsit, in iis qui ex vinolentia, vel carnali cibo istam passionem conceperint, *phlebotomiam* probat, antecedentes potius quam

31 Utpote quæ ex talium usu magis potest exasperari.
32 Themistocles poto sanguine taurino mortuus est.
33 Hippocrates ad libri calcem quem de Sacro morbo scripsit.

quam præsentes intuens causas. In iis vero qui ex corporis habitudine in istam venerint passionem, *humoris crassi de-*
132 *tractionem* probat adhibendam, quem appellavit *phlegma*. Utitur etiam *urinalibus* medicamentis, quæ diuretica vocant, item *deambulatione*, ac *gestatione*. Quæ si etiam vera essent adjutoria, ob parvitatem tamen numeri & magnitudinis suæ, magnæ passioni difficile possent paria pronuntiari, aut ejus destructioni sufficere. [*m*] Item libro *Curationum* phlebotomans utitur medicamine *catapotio*, quod stomachum evertit, atque post cœnam *vomitum* facit, exhalationibus implens caput. Potat etiam *aceto*, & *sternutamentum* commovens prius quam in somnum veniant ægrotantes, profecto intem-
133 poraliter commovet sensuales vias. Dat etiam *absinthium*, *centaurion*, & *lac asininum*, & equorum *impetigines*, vel mulorum, neque tempus adjiciens factis, & odiosis ægrotantes afficiens rebus. *Praxagoras* vero secundo libro *Curationum* caput imperat radendum, adhibens fricationes, & cataplasma ex aceto (*n*) sine Venere, dolentibus speciebus etiam *sternutamentum* commovens, & jejunum *vomitum* per singulos dies: utens etiam poto *lacte* cum *mulso* atque *sale*, item *deambulationibus* plurimis atque vehementi motu (*o*) celebratis, & potionibus *urinalibus*, & *cibis variis*, & agninæ carnis, sive hœdinæ, atque porcinæ, & catularum, dans *acetum* bibendum, atque *vinum*, & post vomitum sternutamenta & odo-
134 ramenta probans, & spiritus retentionem: item *usturam*, atque *incisuram* (*p*) partibus adhibens, etiam *ventriflua* medicamina: & cum accessionem viderit commoveri, [34] deprimit partes quæ fuerint in querela, atque defricat *castores*, & *vituli marini* veretro, sive virilibus *hippopotami*, aut *testudinis* sanguine, vel *rhombi* marini, omnia confundens. Non enim initio *rasio* capitis est adhibenda, nec *aceto* densandum corpus, neque diurno *vomitu* vexandum, siquidem fortitudinem tollunt: neque plurimo *sternutamento*, implet enim sensus: neque *urinalibus* medicaminibus, siquidem corpus nimium laxant: neque *purgativis*, siquidem non aliter vexant: neque *catulorum* carnibus, propter suæ qualitatis horrorem;

m. Idem κατάπασιν

Praxagoras.

n. ac farina, mordentibus speciebus

o. celeratis

p sub. capitis

34 Comprimit, ut constat ex eo quod paulo post sequitur. Convenit hoc remedium, cum vapore tetro ac venenato, ex aliqua parte corporis auræ frigidæ specie in caput subvecto: per consensum hic morbus gignitur.

ueque *detentione spiritus* accessione imminente, tunc enim tempus est requiescendi: neque *compressionibus*, asperant enim tumores: neque curiosis *odoramentis*, siquidem caput implent: neque *incisura*, ob inutilem dolorem: neque *ustionibus*, superpositionis enim tempore asperant ob tumorem passionem, in lenimento vero resumendos vexatione doloris fatigant, & usui recorporativorum obsistunt: neque *coagula* vituli marini, vel *veretro*, aut *testibus* hippopotami, vel *testudinis* sanguinis; aut *rhombi* marini. Hæc omnia experta neque *ratione*, neque (*q*) *regula*, sed *tentatione* probantur.

q. analogia quadam

Asclepiades *Asclepiades* primo libro Celerum vel *acutarum* passionum, 136
eos qui corporis *raptu* afficiuntur, solos imperat phlebotomari, non advertens, quia ex eadem *adstrictione* generales quæque species *epilepsiæ* formantur, sed accessione gravior altera quam altera comparatur: Quapropter magis exigit phlebotomiæ beneficium. Item phlebotomatis injici jubet *clysterem*, vel collyrium, quod *balanon* appellant, *odoribus* tetris adhibitis, & *fumationibus*, & naribus aceti in *sufflatione*, atque *volutatione* in syndone (*r*) præstita. Prohibet sane *carnales* cibos, & *vinum*, sed imperat *Venerem*, quorum accusationem atque improbationem ex ante scriptis accipere poterimus.

r. supra §. 117.

Serapion. At *Serapion* primo libro *Curationum* multis ex rebus di- 137
ligentiam curandi confundit. Ungit enim residuum corpus *oleo*, colla vero *aceto* cum *oleo rosaceo*, constringens ea quæ laxatione indigent. Tum *exercitio* adhibito, dat mulsum bibendum ex aceto confectum, ac deinde nihil accipere jubet ægrotantes, sed quiescere. Tum deambulare circa vesperam, ac rursum conquiescere, & deambulationem repetere, tum lavari, & adhibita requie bibere *hyssopi decoctionem* cum aceto, atque (*s*) mel in trium (*t*) *heminarum* quantitatem, tum cibum sumere, erroribus mille stomachum vexans, ut semel cibo reficiat. Utitur etiam ante unum vel duos dies, si or- 138
dine certo accessiones occurrerint, nunc *sanguinis* detractione, nunc *purgativis* medicaminibus: sed nunc per *superiora*, ut *albo* helleboro, nunc per *inferiora*, ut *scammonia*, vel *nigro* helleboro, & his similibus, perniciosis turbationibus corpus adficiens eo tempore quo requies adhibenda est, ne ulla occasione accepta accessio generetur. Ordinat præterea quæ *specialiter* passioni congrua medicamina nuncupavit, ex *castoreo*, & equorum *impetiginibus*. Sunt autem squamulæ an-

s. melle
t. sub. decocti Hyssopi

Impetigines equorum

terio-

teriorum crurum sub armorum partibus in ipsis animalibus natæ, has *Græci* λειχῆνας vocant, sive [35] χελιδόνος, nos vero,
139 ut supradictum est, impetigines, vel hirundines. Dat etiam *cameli* cerebrum atque fella, & *coagulum* vituli marini. Item dat medicamen quod ex [36] *crocodili terreni* stercore confectum probat, & *leporis* corde, & lumbis, & *testudinis* marinæ sanguine, vel testibus *apris*, vel *arietis*, aut *galli* gallinacei. Adhibet etiam *odoramenta*, & injectiones *clysteris*, non minus (*v*) ab epilepticis in curationibus (*vv*) cadens. *Heraclides Tarentinus* secundo libro Interiorum curationum eadem medicamina conscripsit. Multi quoque *vetustiores* istam curationem ordinantes variis erroribus conciderunt, quod me-
140 morare superfluum est. Quippe cum eorum (*x*) vires (*y*) proditione temporis expirasse videantur, ex quibus est [37] *Menecrates* Zeophletensis: item [38] *Tryphon*, [39] *Philotimus*, [40] *Chrysippus*, *Demarchus*, & horum plurimi, quod est nudum, atque probabile, ex conscriptione curationum *Apollonii Citiensis* secundo libro de epilepticis: item [41] *Nicandri* tertio libro.

v. quam epileptici
vv. lapsus
Heraclides Tarentinus.
x. i. errorum noxa
y. indicio
Apollonius Citiensis.
Themison.

Themison vero libro primo tardarum passionum *Asclepiadis* erroribus nondum purgatus *ante* accessionem phlebotomandos, inquit, si ordo fuerit (*z*) augmentorum (*a*) præservatus: sin vero errans fuerit perfectus, *post accessionem* imperat phlebotomiam adhibendam: *modum* autem detrahendi san-

z. paroxismorum
a. ante servatus

ponderis abbreviandi, non fuisse secutum, ad evitandos errores.

35 Χελιδόνας Xenophon appellat lib. de re equestri ungularum cavitatem. Vide etiam Polluc. Onomast. lib. 1. f. 188. sunt Empirici, qui mira de ungularum equinarum segmentis combustis prædicant.

36 De hoc vide Plin. N. H. lib. XXVII. cap. 8.

37 Menecrates hic floruit sub Impp. Tib. Galig. & Claud. quam ob rem in inscriptione græca, quam Gruterus & Mercurialis ferunt, Impp. Medicus vocatur. Scripsit librum sub nomine Αὐτοκράτωρ ὁλογράμματος; ad quod duo notanda. 1. Medicos plures libris suis nomina eorum, quibus dedicabantur, inscripsisse. 2. Menecratem in eo libro consuetudinem, quę jam suo tempore vigebat, nomina medicamentorum, eorumque

38 Medicus chirurgus sub Imp. Augusto.

39 Praxagoræ discipulus, cerebrum partem corporis inutilem credebat.

40 Duo fuere Chrysippi Medici, alter Erasistrati discipulus: ab altero idem Erasist. multa testatur didicisse. Vid. *Diog. Laert.* in Chrysippo.

41 Nicander hic fuit Colophonius, & Poeta & Medicus, cujus duo adhuc libri sunt superstites: unus appellatus Theraca, ubi agit de morsibus bestiarum venenatarum, & eorum remediis: alter Alexipharmacum, ubi describit venena, eorumque antidota.

guinis ejus approbat *mutatione*, quæ sunt vanissimæ inventio- 141
nes, sicut libris *Specialium* adjutoriorum docuimus. Tum si in *brachiis*, vel in *cruribus*, aliqua querela extiterit, earundem partium venas inquit dividendas. Sin minus, interiorem venam distringendam lino, conjiciens melius esse ex partibus non patientibus sanguinis coadcervatam facere detractionem: siquidem patientes magis graventur ob irruentem materiæ lapsum, qui (*b*) detractæ superet modum. Tum post phlebotomiam *deambulatione* utitur, & *defricatione* alienis manibus adhibita, quo corporis motus conquiescat. Dat etiam *cibum* ex mediæ qualitatis materia, & nulla cogente ratione rursum *sanguinem* detrahit: Sed si *ordinem* servaverint accessiones, intra quin- 142
que dies secundo vel tertio detractionum facit. De aliis quoque multis, atque omnibus corporis partibus, & talis & brachiis, nil metuens defectionem, sanguinem detrahit. In *lenimento*, vero, ut exempli causa xxx. dierum, post accessionem *helleboro* utitur, post quatuor vel quinque dies. (*c*) Tunc sequenti initiet, atque alia die adhibet *lavacrum*, & tribus vel quatuor diebus, cæteris cursibus, *cyclum* complet, ac deinde rursum adhibet *helleborum* post accessionem transactam, vel certe (*d*) radicium adhibet phlebotomum dissecans corpus, quod erit melius ordinare ante usum hellebori, quo levio- 143
ra majoribus præponerentur: (*e*) quippe in *recorporativis* curationibus. Adhibet præterea *clysterem*, qui vires detrahit ægrotantis, & propterea sequi non debuit supra dicta: utitur etiam *localibus* adjutoriis, & quidem multis, pro morbi differentia, & quibusdam (*f*) falsissimis, ut est sub occipitio (*g*) accurata *divisura*, quam chiasmum vocari diximus: & ferro circunscripta in capite cutis *ustura*, qua testa (*h*) squamulis despumatur. Item medium testæ, quod *Græci* βρέγμα appellant, *terebri perforatione*, & in accessione *constrictione* articulorum, & *odoribus* tetris atque male olentibus, ex pice, atque ex (*i*) spondylio, castoreo, galbano, sinapi cum aceto, quæ ex ante dictis erunt protinus refellenda.

a. ea detracta non superat

b. tum sequentis initio. sequentis *sub.* lenimenti

d. radices tunc

e. sub. ita fieri decet.

f. ratione maxime contrariis

g. ad χi figuram

h. lamulis desquamatur.

i. Sphondylio

CAPUT V.

De furore sive insania, quam Greci Μανίαν *vocant.*

144 PLato in *Phædro* duplicem furorem dixit: *unum* fieri mentis intentione, ex *corporis* causa vel origine: *alterum* divinum sive immissum, ejusque *Apollinem* inspiratorem esse, atque hunc vocari *divinationem*: ab antiquis vero appellatum *furorem*. Magna *Græcorum* vetustas μανίαν appellabat, quæ nunc μαντικὴν dicta est. Item alium, inquit, ex *Libero* fieri patre, alium ex *amore*, & appellavit ἐρωτικὸν: Alium ex *Musis*, quem appellavit προτρεπτικὸν, quod ad carmen (*a*) instruere videatur. *Stoici* duplicem furorem dixerunt, alium *insipientiæ* genus, quo omnem imprudentem insanire probant:
145 alium ex alienatione *mentis*, & *corporis* compassione. *Empedoclem* sequentes *alium* dicunt ex animi purgamento fieri, *alium* alienatione mentis, ex corporis causa sive iniquitate, de quo nunc scripturi sumus: quem *Græci*, siquidem magnam faciat anxietatem, appellant μανίαν vel quod animum sive mentem ultra modum laxet: μανὸν enim [*b*] dimissum sive mollem appellant: vel certe quod (*c*) polluat ægrotantes: nam pollui *Græci* λυμαίνειν vocant: vel certe quod deserta, sive solitudinem cupientes faciat ægrotos: nam *Græci* destitui atque solitudinem petere μονοῦσθαι dicunt: vel quod perseverantius corpus tenent, & difficile pellatur, ob id *Græci* ve-
146 luti μονίαν dixerunt: vel certe quod duros atque perferentes faciat ægrotantes, quod *Græci* [*d*] ὑπομονητικὰς vocant. Est autem alienatio *tardans sine febribus*, quo à phreniticis discernitur. Siquidem neque celer, neque cum febricula esse videtur, vel si quisquam *furiosus* febricitaverit, discernitur à *phrenitico* temporis consideratione. Nam præcedit in *furiosis* furor sequenti febricula, & non ita parvo *pulsu* afficiuntur, quæ utraque necessario *phreniticos* sequuntur. Generatur autem frequentius in *juvenibus*, ac mediis ætatibus, difficile in *senibus*, atque difficilius in *pueris*, vel *mulieribus*; nunc
147 *repente* invadens, nunc *paulatim* increscens: nunc ex *occultis*, nunc ex *manifestis* causis, ut est ustio, perfrictio, indigestio, *vinolentia* frequens atque immodica, quam *Græci* κραιπάλην vocant: item *vigiliæ* juges, & *amor*, vel *iracundia*, aut

Furoris ex Platone divisio.

a. aptum reddere

Ex Stoicorum opinione.

Empedocles sententia.

Maniæ etymologia.

b. rarum, laxum

c. vitiet, corrumpat

Differentia à phrenitide

d. aut ὑπομονικὰς

Phrenitici.

Ejus subjectum.

Causæ.

aut *mæstitudo*, vel *timor*, vel *superstitio* nimia. Item *concussio*, sive percussio capitis & *intentio* nimia sensuum & intellectus, ob cupiditatem disciplinarum, vel *quæstum* pecuniale m, aut *gloriam*. Item pota *medicamina*, & magis ea quæ *amorem* facere videntur, a *Græcis* φιλτρόποτα appellata: item [1] detractio *hæmorrhoidarum* veterum, sive *varicum*, aut abstinentia in *fœminis* solitæ purgationis.

Signa tam communia, quam propria.

Sequuntur autem eos qui non repente hac passione affi- 148
ciuntur, priusquam morbus enitescat, ea quæ etiam *epilepticos* futuros afficiunt, & *apoplectos*. Signa denique ex ante dictis sumenda memoravimus. Sed hæc quidam discernunt, ut communibus *propria* jungentes: graves etenim inquiunt, somni magis *epilepsiam* fore significant, atque e contrario leves atque parvi, *furorem*. Sic etiam in *iracundia* constitutos capitis implemento affici, atque æstimare se in furorem devenisse, & rursum silentio opprimi ex inani timore. Item *mæstitudo*, vel animi anxietas, & *jactatio*, vel plurima ciborum *appetentia*, & oculorum frequens *palpebratio*, cordis *saltus*, & somni cum timore terribili vel turbato effecti. Item *ventris* (*e*) extantia, & frequens descensus ven- 149
ti per podicem, *pulsus* parvus atque creber, & vehemens. Etenim in *epilepsiam* declives ac pronos major atque rarus pulsus sequitur, & imbecillus. Intuendam etiam, inquiunt *qualitatem* (*f*) advenientium morborum. Sæpe enim quadam (*g*) *contagione* ingeruntur: quæ universa secundum nos non tutissimam atque certam facciunt discretionem supradictarum passionum. Etenim futuris *epilepticis*, vel in passionem pronis vigiliæ irruunt, & anxietates, & cetera. Item in *adventitiis* morbis aliqua ex iis eveniunt, non necessario omnia, vel certe non aliqua quæ enumeraverint signa. Emergente enim sive (*h*) prodita passione, *alienatio* mentis fit *sine febri-* 150
bus, & quibusdam vehemens, quibusdam levis, & aliis alia specie atque visu differens, virtute tamen atque genere uno confecta. Nam furor nunc *iracundia*, nunc *hilaritate*, nunc *mæstitudine*, sive vanitate occupat mentem, nunc *timore* comminante inanium rerum, sicut quidam memoraverunt, ut nunc speluncas timeant, nunc lacunas, ne in easdem concidant, vel alia quæ terrori esse possunt. Item esse *furorem* cum quadam *vaticinatione* veteres posuerunt. *Demetrius* etiam parvi-

e. flatuosus tumor

f. maniæ supervenientium

g. συμπαθεία

h. manifesta facta

Demetrius.

[1] Cum nimirum cauterio adustæ cum eschara decidunt aut detrahuntur.

vi temporis *mentis* (*i*) *extensionem* furorem appellat. Item *turbine* repentino expavescentes atque percussos quosdam sic ait,
151 ut etiam *oblivione* prægestorum afficiantur. Sic denique *Artemidorum* gramaticum *Apollonius* memorat nitente gressu *crocodilum* in harena jacentem expavisse, atque ejus motu percussa mente, credidisse sibi sinistrum crus atque manum a serpente comestam, & literarum memoria caruisse oblivione possessum. Item *melancholiam* inquit speciem furoris esse nuncupandam. Nos vero ipsam quoque discernimus a furore. Est autem *insania* sive furor nunc *jugis*, nunc temporis interjecti *requie* levigatus, efficiens ut ægri *nunc* non meminerint sui laboris, *nunc* oblivionem sciant suam, & *nunc* omnium sen-
152 suum alienatione vexentur falsitate possessi, (*k*) *nec* aliarum specierum errore fallantur. Sic denique furens alius se *passerem* existimavit, alius *gallum* gallinaceum, alius *fictile*, alius *laterem*, alius *deum*; alius *oratorem*, alius *tragœdum*, vel *comœdum*, alius * *stipulam*, ferens mundi se (*l*) censum tenere, alius sustentandum manu poscebat, vagiens ut infans. Horum plurimis accessionis tempore *oculi sanguinolenti* fiunt atque (*m*) attenti. Accidunt etiam *vigiliæ* juges, *venarum* extensio, *genarum* rubor, *corporis* durities, atque aliena *fortitudo*. Patitur autem omnis *nervositas*, ut ex iis quæ sequuntur vel accidunt conjicere poterimus: magis tamen *caput*. Etenim antecedentes plurimæ querelæ ejus partis existunt,
153 cum gravedine atque dolore afficiuntur, singulis quoque *sensibus* patientibus, quos in capite novimus constitutos. Est præterea passio *magna* atque *tardissima* superpositionibus ac linimentis variata, ex *constrictione* confecta. Etenim iis qui *Mnaseam* sectantes (*n*) alium putant, adquiescendum non est, suspicantibus eum furorem, qui *hilaritate* affecerit ægrotantes, nomine *solutionis* appellandum. Falluntur etenim nominis voce: siquidem *Græci* γιάχυσιν animi laxationem dixerunt, sive diffusionem, cum hoc animi; non corporis ostendat qualitatem. Nam quod omnis furens *strictura* afficiatur ma-
154 nifestum, atque probabile est, ex *oculis* sanguinolentis, qui (*o*) In lato * constitutam *strictuam* denuntiant: item quod ipsos *oculos* atque *venas* in vultu extantiores æger habeat, totius corporis attestante *duritie*, cum *fortitudine* præter naturam adveniente ob stricturæ consensum. Denique lenimenti tempore *fatigatos* se sentiunt ægrotantes. Est item *conjectui*-

Artemidori grammatici historia.

Varia mania species, & historia.

i. excessionē ἔκστασιν

k. nunc

* stipulam (stivam) ferens, mundi se sceptrum tenere

l. centrum

m. intenti

Pars affecta.

Cujus generis sit morbus: Mnaseas.

n. aliud

o. in genere

* in alto

Ctura facienda ex iis quæ mentis alienationem præcedunt; ut capitis gravedo, ac dolor, & ſpinæ vel ſcapularum & tardus membrorum motus, & ventris inflatio. Peccant denique etiam ii qui *animæ* paſſionem principaliter, dehinc corporis eſſe concipiunt, cum neque quiſquam *philoſophorum* ejus tradiderit curationem, & antequam *mente* falluntur, (*p*) accidentia ſubſtantia *corporis* habere videatur. Hæc ſunt quæ ad [*q*) apprehendendum vel diſcernendum morbum *methodus* ordinavit. 155

p. ſymptomata quædam jam ſe in corpore prodant

q. cognoſcendum

Curatio eſt fere ut Epilepſia.

Curationem vero ſimilem *epilepticis*(*r*)accipimus adhibendam. Etenim principio convenit jacere *loco* mediocriter lucido, atque calido, & nullo *turbore* pulſato: nulla quoque *picturæ* diſtinctione, neque feneſtris humilibus luminato: neque in *ſuperioribus* potius quam in ſolo, plerique enim furore correpti ſeſe *præcipites* dederunt. Eſt etiam *lectus* firmiſſime, atque (*ſ*) averſus ingreſſum cubiculi locandus, quo ingredientes minime videant ægrotantes, ne *vultus varietate* laceſſiti furoris augeant vanitatem. *Stramina* præterea mollia ſunt approbanda cum *defricatione*, ac retentione articulorum, blando 156
ſcilicet tactu. Et ſi qua pars corporis (*t*) *ſaltu* fuerit agitata, tepidis *vaporationibus* erit mitiganda, appoſitis *lanis* mollibus ac limpidis capiti, collo, & thoraci circulatim. *Fotus* quoque adhibendus olei calidi, admixto aliquando mitigativæ virtutis cauſa, *fœnugræci* liquore: ex ejus decoctione confecto, ſed minime pingui, vel certe *hibiſci* infuſione, aut *lini* ſeminis. Tum *oris* collutio, atque *potus* ex aqua calida. Erunt præterea multorum *ingreſſus* prohibendi, & maxime *ignotorum*. Mandandum quoque *miniſtris*, ut eorum errores quodam conſenſu accipientes corrigant, ne aut omnibus *conſentiendo* augeant furorem, eorum viſa confirmantes, aut 157
rurſum *repugnando* aſperent paſſionis augmentum, ſed (*v*)inductive nunc indulgeant conſentientes, nunc inſinuando corrigant vana, recta demonſtrantes. Ac ſi exilire cœperint, ut difficile teneantur, vel *ſolitudine* potius exaſperentur, oportebit plurimis uti miniſtris, & præcipere ægros latenter retineri, (*vv*) ad articulorum *fricationem*, quo minime provocentur: ſi etiam *viſu* hominum fuerint commoti, erit adhibenda *ligatio* ſine ulla quaſſatione, prætectis articulis ex lana, tum faſciola (*x*) ligatur: ac ſi (*y*) quicquam timere vel revereri conſueverint, non erit itidem ac frequenter (*z*) indu-

t. palpitatione

Miniſtrorum officium.

v. obſequenter

vv. tanquam ob

x. ligatis vel ligantur

y. quenquam

z. inducendus

ducendum. Continuatio enim contemptibilitatem parit: (*a*) vel cum causæ coegerint, vel adjutorio adhibendo non (*b*) succubuerint ægrotantes, tunc erit necessario inducendus, quo ægri *terrore* vel *reverentia* (*c*) opprimantur. Ac si etiam *lucem* animo contraria commoventem viderimus, erunt eorum *oculi* adumbrandi, quo cæterum corpus luce tangatur. Adhibenda *cibi abstinentia* usque ad primam diatriton, ac permittentibus viribus *phlebotomia*, si passio coegerit, intra diatritum: & si ulla obstiterit causa detractionis congruæ semel faciendæ, aliquoties adhibita detractione modus im-
159 plendus. Si horum nihil obstiterit, in ipsa diatrito erit *phlebotomia* adhibenda: tum *perunctio*: ora *fovenda*: dandus *cibus* levis, parvus, digestibilis, ut *panis* ex aqua calida, vel *alica* ex melle leviter decocto confecta, vel sorbile quicquam, aut tenerum. Exinde usque ad passionis declinationem *alternis diebus* æger nutriendus, si vires ejus permiserint. Proluendus denique etiam *clystere* simplici, si passio poposcerit. Tum etiam præcordia *cataplasmatibus* relaxanda, ob [2] digestionis qualitatem, quo nulla constrictio spirituum abstentum capiti transmittatur.
160 Attendendæ etiam *species alienationis*, cujus accidentia contrariorum conjectura erunt mitiganda, ut eum hilaritate relaxent, nuntiantes quicquam quod animum resolvat. Dehinc cum [3] *status passionis* apparuerit, detonso capite, atque raso, *cucurbitam* infigimus, adjuncta scarificatione, primo præcordiis, tunc inter scapulas, quas *Græci* μεταφρενον vocant. Consentiunt enim facilius istis superiora: dehinc etiam occipitio, ac vertici, & temporibus capitis: ac si *vultus* vel *ora* fuerint affecta plurimum, totum corpus erit *sanguisugis* relevandum, quas hirudines appellamus. Tum *cataplasmandum* ex (*d*) pani cæteri laxativæ virtutis: dehinc spongiis *vaporandum*, & si passio permanserit, secundo vel tertio is-
161 dem perseverabimus adjutoriis. Si *vigiliæ* fuerint consecutæ, adhibenda *gestatio*, primo ex lectulo pendenti, tum etiam (*e*) fertoria sella. Adhibenda etiam (*f*) *aquæ distillatio* crebra, cujus sonitu sæpe ægrotantes inducti somnos capiunt. Tunc etiam spongiis calidis *oculi* vaporandi, atque palpebrarum duritia relaxanda, quo etiam per *oculos usque ad cere-*

a. sed
b. paruerint
c. comprimantur: *alii* reprimantur
Quid agendum in statu.
d. pane & cæteris
e. fertorium neutro genere supra dixit
f. per tubulos, aut ut ait Celsus, per Syllanos

2 Ut interea dum cibum ventriculus coquit, nullus vapor sursum in caput efferatur.

3 Nam ante statum morbi hæc remedia metasyncriticaMethodici non usurpabant.

Quid in declinatione.

bri membranas beneficium perveniat curationis. Ac si passio *declinaverit*, & propterea minime vigilare, atque alienari cœperint ægrotantes, dabimus *varium cibum* ex mediæ materiæ qualitate. Tunc si doloris sensum ægrotantes acceperint, adhibenda *embasis* ex oleo, vel admixto aliquantò liquore quo fuerit *hibiscus* præcocta. Tum capiti atque scarificatis 162
g. liquefactis locis *cerotaria* apponenda, & ex eis (*g*) liquefactum corpus omne *perungendum* cum miti defricatione, tum *acopis*, atque *malagmatibus* veterum, quæ nulla nimietate percutiant, *motum* quoque gestationis adhibendo: & primo gestatoria sella, tum vehiculo manibus acto: at toto fortificato corpore crunt in *deambulationem* cogendi, & *vocis* exercitium quod cuique convenerit. Nam literalis etiam *lectio* adhibenda est, quæ sit aliqua falsitate culpata, quo interius mentem (*h*) e-
h. mendacium nimirum investigando
xerceant ægrotantes. Quapropter *interrogationibus* quoque e- 163
runt fatigandi, ut *nunc* mendacii causa, *nunc* promendi quod quærimus, exerceri videantur: tum sibi dimittendi, datâ lectione quæ non sit intellectu difficilis, ne plurimo labore vexentur. *Hæc* enim *si supra vires fuerint, non minus afficiunt quam corporis immodicæ gestationes*. Item post lectionem
i. scenica spectacula sunt exhibenda
aliqua (*i*) composita vel *mimica* sunt offerenda, si mœstitudine furentes laborent, aut rursum tristitiam vel *tragicum* timorem habentia, si puerili luxu furentes afficiantur. Oportet enim *contrarietate* quadam alienationis corrigere qualitatem, quo *animi* quoque habitus sanitatis mediocritatem agnoscat. Tunc proficiente curatione erunt pro possibilitate *meditationes* adhibendæ, vel *disputationes*: sed tunc quoque
k. utiliter l. leni
(*k*) similiter ordinatæ, ut *principia* [*l*] levi voce promantur: 164
narratio vero & demonstrationes extenta atque majore: tum *epilogus* dimissa & indulgenti, sicut ii volunt, qui de exercenda voce, quam *Græci* ἀναφώνησιν vocant, tradiderunt. Adibendi denique *auditores* sunt ægrotanti consueti, qui favore quodam atque laude dicta prosequentes dicentis animum laxant. Etenim *jucunda exercitamenta corporis adjuvant sanitatem*. Tunc post meditationem vel disputationem deducendus mox est, atque perungendus leviter ægrotans, & deambulatione levi movendus. Ei autem qui *literas* nescit 165
m. nullius artis peritus
immittendæ quæstiones erunt, quæ sint ejus *artis* propriæ, ut *rustico* rusticationis, *gubernatori* navigationis: ac si ex omni parte (*m*) *iners* fuerit curandus, erunt vulgaria quædam

quæ-

quæstionibus tradenda, vel *calculorum ludus*. Habet enim quiddam quod animum exerceat, & magis si peritior ægrotanti colludat. Tunc post *requiem*, adhibita deambulatione, erunt diligentius perungendi: & primo parva atque simplici *defricatione* mulcendi: dehinc *profectu* apparente, etiam devexo ductu, post humeros atque colla, defricatione potiore, 166 & levi deductione, quam *Græci* [4] καταπασμὸν vocant: *ultimo* fricandum etiam caput, quod ubi fuerint relevatum, *lavacrum* etiam erit adhibendum: & sicut de *epilepticis* dictum est, varius dandus cibus, inhibito vino: tum addendum quicquam *pomorum*, quo corpus prætentemus: dehinc *vinum* dandum tenue, leve atque parvum, medio cibi tempore: & *primo* inter quinque dies, *tum* inter quatuor: *dehinc* inter tres atque duos: *item* alternis diebus. Ita quotidie interjecta, vel variata aquæ potatione, eodem contrario ductu vinum variamus. Tunc cum nulla cœperit æger (*n*) *novitate* servari, & perferre singula didicerit, erunt adden- 167 dæ *aeris mutationes*. Et, si quidem *philosophorum* disputationes audire voluerit, erunt adhibendæ. Etenim timorem, vel mœstitudinem, aut iracundiam suis amputant dictis, ex quibus non parvus profectus corpori commodatur.

Ludus calculorum.

Quam caute vinum sit concedendum.

n. novis symptomatis vexari

Ac si passio permanserit, & corpus *tarditate* possederit, superpositionibus ac lenimentis (*o*) varianda, erunt & *superpositiones* mitigandæ eisdem adjutoriis, quæ initio furentibus sunt ordinata. In *lenimento* vero *prius* adhibendus resumptivus *cyclus* per variam gestationem, atque vocis exercitium, [*p*] *musico monitore* compositum, tum deambulatio, atque gestatio, & cibus varius, & his similia: *secundo* recor- 168 porativus, sicut superius docuimus. Utendum etiam *localibus* adjutoriis, hoc est, (*q*) *cucurbitis* recorporativis, & *rasione* capillorum, item *sternutamento* & *dropace* communi, atque *composito* ex nitro, galbano, (*r*) manna, pyretro, euphorbio & pipere: tunc *paroptesi* atque *cataclysmo*, & aspergine pulveris nitri. Torrendum etiam corpus fervore *solis*, prætecto capite: dehinc *sinapismo* utendum & exercitio vario, ac vehementi. Sed hæc omnia cum adhibentur, etiam localibus adjutoriis prius erunt prætangendæ ac * renovandæ, (*s*) longe removendæ a patientibus, tum secundæ ac vicinæ, dehinc (*t*) ipsæ: etenim quoties longe re-

Quid agendum cum Mania vere facta est chronica.

o. variata

q. adhibitis cum multa flamma, & valido raptu detractis

r. thure

p. Phonasco

* præmovendæ

s. partes longe remotæ

t. patientes

An καταστασμὸν? nam καταπασμὸν Græcis plane aliud est.

* commotio
*incommoditate

motæ præmoventur, transmissa * commoditas sine partium curandarum * commotione latenter advenit, & nullam facit capitis inflationem. Dehinc adhibendus *vomitus* ex albo 169
helleboro [5] radicibus inferto, & magis si quisquam ex [6] *radice* pura noluerit digitis vomitum provocare. Fit enim ut inferto helleboro sponte vomitus nascatur. Tunc etiam ipsum *helleborum* dabimus, & si oportuerit, non semel, sed *sæpius* per intervalla temporum. Item *aurium cavernis* injicere debemus aquam nitro aspersam, vel mulsum cum semine urticæ, vel sinapi liquido, quo etiam per *sensuales vias ad membranas cerebri recorporativa virtus* adveniat. Quippe cum etiam aurium tinnitus sæpissime ægrotantes afficiat. Dehinc erunt rursum resumendi *aliptarum* diligentia. Utendum quoque *naturalibus aquis*, ut sunt nitrosæ, & magis si odoris non fuerint tetri, quo membranæ capitis quatiantur. Uten- 170
dum etiam *peregrinatione* terrena, atque maritima, & *animi avocamentis*, quibus mentis laxatio fiat. Erit etiam conjiciendum ex *mæstitudine* quantum permaneat passionis, quanquam soluta videatur, non aliter quam si (*v*) terebratis oculis, quod *Græci* παρακέντησιν vocant, ob tardam suffusionem, quanquam sit perfecta curatio, visus impedimenta perseverant, quæ quadam *consuetudine* potius, quam passionis præsentia fieri videntur. Solutam vero vel convictam passionem intelligere poterimus ex iis quæ de epileptica curatione memorantes docuimus. Hæc est secundum methodum *furiosorum*, sive insanorum *curatio*.

v. compunctis

vv. symptota morbi expendentes

Quomodo aliarum sectarum Medici maniacos curaverint.

Aliarum sectarum & veterum methodicorum plurimi, *ob-* 171
scuris in locis habendos inquiunt ægrotantes, neque (*vv*) accidentia passionis conjicientes, siquidem sæpe quidam obscuritatem odisse videntur, neque ipsam passionem, quod sit ex *strictura* effecta. Etenim densata corpora aeris obscuritas minime (*x*) reflari permittit, (*y*) abstentis denique naturalibus officiis, impletum caput magis gravatur: (*z*) Adhibendam etiam *immodicam abstinentiam*, quam *Græci* λιμαγχίαν vocant, non advertentes, (*a*) quia immoderata cibi abstinentia vires corporis vexat, & ægrotantem naturali fortitudine desertum adjutoria ferre non patitur, perdit etiam ciban-

x. perspirare
y. retentis naturaliter exercendis
z. adhibent, adhibendam jubent
a. quod

5 Hæc ratio concitandi vomitus apertius declaratur. lib. 2. §. 30.
6 Supra §. 29. modus is vomitionis provocandæ per radicem puram explicatur.

cibandi tempora, ex (*b*) quo densata corpora sæpe laxan-
172 tur. Non enim (*c*) vere admittenda aut credenda sunt ea quæ suspicantur, quibus ipsi insanire potius, quam curare videntur. Ajunt enim *ferarum similitudinem* intuendam, quæ (*d*) deductione cibi, posita ferocitate mansuescunt, non aliter etiam *furentes* posse jugi abstinentia mitigari, quippe cum inter sanos homines facile sapere jejuni videantur, post cibum vero affici hilaritate facilius, aut furore. Jubent præterea *vinculis* ægrotantes coerceri, sine ulla discretione, cum necessario devinctæ partes (*e*) quatiantur, & facilius sit ægros *ministrantium manibus*, quam inertibus vinculis retinere.
173 Cupiunt etiam certis medicaminibus *somnos altos* efficere, papavere foventes, & pressuram potius atque gravationem capitis, non somnum ingerentes. *Fovent* etiam oleo rosaceo aceto admixto: serpillo & castoreo, & cæteris simillimæ virtutis caput obsidunt, constringentes ea quæ laxatione indigent. Alii *frigidis* usi sunt rebus, passionis causam ex fervore venire suspicantes, ut *Aristoteles*, & *Diocles*, nescii (*f*) quoniam fervor (*g*) innatus sine dubio tumoris est signum, & non ut existimant, passionis causa. Quare pejorare necesse est, & majorem *furorem* fieri cum frigida curatione cor-
174 pora densantur. Alii *phlebotomiam* adhibendam probant ex duobus brachiis usque ad *animæ defectionem*, ut sæpe faciant mori [7] cupientes. Etenim defectio, aut virium amputatio sequuntur immodicam sanguinis detractionem, (*h*) quam non oportebit ex utroque brachio fieri. Dicunt præterea usum esse *clysteris* addendum, ex acerrimæ virtutis liquoribus, & injectione frequenti, ex quibus nihil utile, sed potius *dysenteria* sequitur. Dant etiam *urinalia*, atque (*i*) *ventriflua* medicamina potanda, quæ *diuretica* vel *cœliotica* Græci vocaverunt. Avertendam enim e superioribus ad inferiora materiam dicunt, ex quibus corpora tabescunt & *nervositas* vitiatur. Item alii *inebriandos* ajunt ægrotantes, cum
175 sæpe ex vinolentia furor atque insania generetur. Alii *flagellis* ajunt coercendos, ut quasi judicio mentis (*k*) pulso resipiant, cum magis, tumentia (*l*) cæde lacessendo, faciant asperiora, & adveniente lenimento passionis, cum sensum recipiunt, plagarum dolore vexentur: Ac certe, si ut ratio poscit, vicinis magis ac patientibus locis adjutoria sunt adhi-

b. quibus congruis cibi temporibus
c. pro veris
d. denegatione
e. affligantur
f. quod
g. internus
h. quare
i. purgantia *Medicamina* κοιλιωτικά.
k. excitato
l. verberibus, & flagrorum plagis

7 Sæpe nanque furiosi mortem optant.

adhibenda, coguntur ut ori vel capiti plagas imponant: Utuntur etiam *cantionibus tibiarum* varia modulatione: quarum alteram *phrygiam* vocant, quæ sit jucunda atque excitabilis eorum qui ex *mœstitudine*[m] in furore noscuntur: aliam(n) diram, vel quæ (o) occupata mente pudorem suadeat, injecto (p) rigore ut in bello, quam (q) *dorion* appellant, in iis qui risu, vel puerilibus cachinnis afficiuntur: cum cantilenæ sonus caput impleat, ut etiam recte valentibus apertissime videtur, vel certe, ut plerique memorant, accendat aliquos in furorem, quo sæpe *vaticinantes* deum accepisse videntur. Alii *amorem* furentibus ajunt procurandum, quo mentis intentio, conversa furoris asperitate, purgetur, non intuentes nudissimam veritatem, quod plerisque furoris amor fuerit causa. Sic denique *alius* amore *Proserpinæ* petiit infernam, & sibi licitas alienæ ac divæ conjugis credidit nuptias: *Alius* nymphæ (r) ob desiderium *Amphitrites* sese deditum mari projecit. Ferunt *Græcorum* commenta loquacia & (f) hierei prolis [8] *fœminam* humanis exercitatam fatis, & sævo pœnitudinis dolore commotam, sua manu suos extinxisse (t) successus. Neque aspernandos cæteros accipiamus, qui ipsum quoque amorem generaliter furorem vocaverunt, ob similitudinem accidentium, quibus ægrotantes afficiuntur. Et est *impium* atque *absurdum* passioni (v) adjutoriorum (vv) in idipsum probare quod (x) curas: omitto quod sit *impossibile* amorem furentibus persuadere, siquidem judicio carentes pulchritudinem (y) probare non possint. Nam sæpe homines feras (z) existimant, vel ea quæ viderint fingendo præsentia putant. Dehinc etiamsi *amor* fuerit acquisitus, quid magis probemus erit incertum, utrumne prohibendus sit *usus venereus*, an admittendus. Sed *prohibitus* indignari magis cogit ægrotantes cum desiderata producuntur. Item *permissus* vexat, cum corpore evirato animæ quoque substantia (b) turbatur. Alii *arteriotomiam* probaverunt, inutili vexatione caput afficientes. His igitur omnibus experimentis inanibus conferta est furiosorum curatio; quæ ne falsa putentur, erunt denuntiandæ personæ, atque librorum nomina designanda. *Asclepiades* secundo libro adhibendam præcepit *cantilenam*, quo etiam ejus discipulus *Titus* adductus, secundo libro de anima, memorat *fla-*

m. furere
n. gravem, duram
o. sub. furore
p. vigore, constantia
q. doriam
r. Amphitrites desiderio irretitus sese in mare
f. regiæ prolis fœminam Jasonis excitatam fatis
t. fœtus
v. adjutorium
vv. contra
x. sanare debes
y. percipere
z. sub. se esse
a. imaginantur
b. turbetur

176
177
178

8 Medeam intelligit, quæ à Jasone Creusæ Creontis filiæ amore capto repudiata, filios quos ex eo susceperat, interfecit.

179 *flagellandos.* Sed idem etiam officiis solitis amoveri jubet ægrotantes, & *vinculis* constringi, & *abstinentia* ciborum nimia coerceri, & *siti* affici, tum *vino* corrumpi, vel in *amorem* induci: cætera primo libro tardarum passionum supradicta complevit. *Themison* phlebotomatos (*c*) constrictius curat *fomentis*, qui se sua (*d*) lege tenere non potuit, adhibens etiam *lavacrum*, atque *vinum* plurimum, & *amorem* suadens, adjuncta ciborum copia, aliis quoque incongruis utens rebus, quæ magis *Asclepiadi*, quam *Themisoni* sunt adscribenda, nondum enim sese ejus liberaverat secta cum sic hæc ordinasse perspicitur.

c. constrictivis

d. methodo

CAPUT VI.

180 *De Melancholia.*

MEl*ancholia* dicta, quod nigra fella ægrotantibus sæpe per vomitum veniant: *Græci* enim nigrum μέλαν vocaverunt, fel autem χολὴν appellant: & non, ut plerique existimant, quod passionis causa vel generatio *nigra* (*a*) sit *fella*, hoc enim est (*b*) æstimantium magis quam videntium veritatem, vel potius falsum, sicut in aliis ostendimus. Nam *Tullius* atram bilem dixit, veluti altam iracundiam. Item [*c*] *Virgilius* de Hercule alta iracundia moto, *Hic vero*, inquit, *Alcidæ furiis exarserat atro Felle dolor*. Siquidem *melancholici* semper iracundi, tristes, ac nulla pene hilaritate
181 laxati esse videantur. Frequentat autem in *masculis* magis, & mediis ætatibus: difficile vero in *fœminis*, vel aliis ætatibus. Ejus antecedentes *causæ* sunt hæ, *indigestio*, *jugis vomitus*, post cibum *medicamina pota*, *acres cibi*, *mœstitudo*, *timor*, & cætera quæ (*d*) etiam valent sufficere. Sequuntur autem in ipsam *pronos* vel venturos ea quæ etiam *insanos* fore denuntiant. Eos vero qui jam passione possessi sunt, animi *anxietas* atque difficultas tenet, attestante mæstitudine, cum *silentio*, & *odio conviventium*. Sequitur etiam nunc (*i*)*endi*, nunc *moriendi* cupido, cum *suspicionibus* velut insidia-
182 rum sibi paratarum: item inanes *fletus*, atque *murmura* vacua, & rursum *hilaritas*, magis post cibum, cum *inflatione* præcordiorum, & *articulorum* frigore, & levi *sudore*, atque *stomachi* mordicatione, vel oris ventris usque ad interscapulas,

Μελαγχολία *unde dicta*

a. sunt

b. putantium

c. VIII Aeneid.

Ejus subjecta.

Causæ:

d. eam

Signa & Symptomata

e. ē. ὠχρὸς, luridus

f. cœni ac luti virus olentis

las, quas *Græci* μετάφρενον vocaverunt: item *capitis* gravedo; *color* (*e*) viridis cum nigrore, aut sublividus, corporis *tenuitas*, virium debilitas, & accepti cibi corruptio cum *ructationibus* odoris tetri, hoc est fumosi, vel (*f*) bromosi, vel piscosi: item *intestinorum* tormenta, *vomitus*, nunc inanis, nunc fellosus, vel ferrugineus, aut niger, & ejusdem qualitatis per podicem egestio. In *lenimento* vero eorum mitigatio vel multorum depurgatio. Sed hanc passionem *furoris* speciem alii plurimi, at- 183
que *Themisonis* sectatores vocaverunt. Differt autem, siquidem in ista principaliter [1] *stomachus* patitur, in furiosis vero caput. Et est communiter *strictura* passio magna: aliquando etiam (*g*) *complexa*, ob plurimas egestiones. Præterea est ex numero *tardarum* passionum, quas *Græci* chronias appellant. *Curatio* autem adhibenda est, quam *furiosis* ordinavimus. Non enim *Phlebotomiam* probandam attestante dolore, aut *hellebori* purgationem, attestante passione, approbamus; sed exterius *localia* adjutoria, atque *mitigativa*, sive (*h*) *corporativa*, magis ori ventris, atque [*i*] inter scapulas sunt adhibenda. Ac si forte aut *vomitus* immodicus, aut *e-* 184
gestio ventris coegerit, *constrictiva* sunt cataplasmata apponenda, ventri atque stomacho, ut ex *palmulis* thebaicis, infusis vino, vel pusca, admixtis etiam *malis punicis*, vel *cydoniis*, & *œnanthe*, & *alumine* scisso, aut *hypocystide*, vel *acacia*, sive *galla*, & his similibus. Dandi etiam *cibi* constrictivi, atque apponendæ ejus virtutis *cucurbitæ*: alia vero medicarum sectarum præfectis relinquamus, & iis qui de furiosis scripserunt. (*k*) Adhibent etiam bibenda medicamina, hoc est, *aloen* & *absinthium* jugiter, quæ propter vim suam, quam habent plurimam, excludenda probamus: quippe cum sit possibile ex consuetis perficere sanitatem:

Cujus generis sit morbus

g. ex solutione

h. corroborantia

i. interscapulis

k. Præbent etiam quidam

CA-

MORBORUM CHRONICORUM

LIBER II.

CAPUT PRIMUM.

De Paralysi.

1 IN *senibus* atque *hyemis* tempore frequentat hæc passio: difficile autem in calidis ætatibus. Ea generatur nunc ex *occultis*, nunc ex *manifestis* antecedentibus causis, ut *quassatione veneratione*, vel alia qualibet passione: item *frigere* profundo, *vinolentia*, *indigestione*, *luxuria*, atque *libidine* (*a*) frequenti extenta: item *medicaminibus* potis. Sed est vel fit paralysis nunc *sensus*, nunc *motus*, nunc utriusque. Et intelligitur *sensus* paralysis, quoties *fervens* atque *frigidum* non sentiunt ægrotantes, (*b*) manifesto partium naturalium motu: *motus* autem, quoties fervens atque frigidum sentiunt,
2 motu partium carentes: *utriusque* vero paralysin factam accipimus, quoties motu atque sensu caruerint. Item hæc passio nunc *partis* est, nunc *partium*, nunc *totius* corporis, cum *a*pprehensione mentis, quam *apoplexiam* vocantes acutarum passionum libris tradidimus. Sed plurimis species duæ paralyseos visæ sunt: alia [1] *conductione* effecta: alia *extensione*. Sequuntur autem *pronos* & declives in passionem, hoc est, qui non repente fuerint (*c*) percussi, si totum corpus passurum
3 denuntietur, ea quæ *epilepsiam* vel *furorem* denuntiant: si vero ex parte, *gravedo* partis passuræ (*d*) sequetur, ut tardus motus, cum *stupore*, & *pallore*, & *torpedo* cum sensuum debilitate, quæ nunc perseverantia, nunc sine ratione recedentia (*e*) intelliguntur, ac rursum recurrentia. Dehinc effecta passione *torpor* atque *stupor* gelidus partium fit plurimus,

Causa paralysis:

a. frequenter exercitata

Ejus species, & cujusque signa:

b. integro

c. correpti

d. sequitur, &

e. perspiciuntur

1 Paralysis conductione, *i.* membro contracto fit in iis, quibus nervis transversim omnino præcisis, post vulnus cicatrice dura & magna obductum, membrum resolvitur, & sic contrahitur, ut distendi non possit: ἀγκύλωσιν Græci vocant. Fit autem extensione, cum laxatis nervis, membrum sensu ac motu privatum, flaccidum, languidum, extentum, propendet, aut trahitur; infra §. 14. crus paralysi vitiatum, conductione fieri brevius ait, extensione longius, ut luxationem factam quidã putent.

f. aut

(f) & parvus, & nunc *voluntario motu* cessante, nunc ex parte manente: & nunc *sensu* amisso, nunc parvo remanente: nunc etiam dolore attestante, obscurato pulsu, & per [g] profectum cessante, cum *pallore*, & *tenuatione* partis vitiatæ, nutrimento cessante, quod *Græci* ἀτροφίαν vocant. Sequente etiam *rugatione* cum adductione partium, vel extensione. Aliqui præterea παράλειψιν vocaverunt eam, quæ ex *omni parte* naturalem motum abstulit, παράλυσιν eam quæ ex plurima parte vitiavit motum, quibus minime consentire majorum autoritas jubet. Non enim passionum differentiam ostendit, sed magnitudinem generaliter passionis, ut sunt quædam partes duobus vel plurimis officiis aptatæ, quæ nunc omnium, nunc certorum amputatione vexantur. *Lingua* etenim transvorationis officium sustinens, verba distinguere non valebit. Hæ sunt communes *paralyseos* significationes; sed ob singularum partium atque particularum, quas supra diximus, communiter adprehensionem, *specialiter* locorum impedimenta tractabimus.

g. morbo ingravescente

Signa particularia.

Supercilium igitur paralysi vitiatum laxius propendebit circa superius palpebrum, vel certe (b) sustollitur, ut etiam ipsum suspendat. *Item palpebrum superius* paralysi vitiatum laxius fit, atque motu caret, & oculi pupulam contegit, vel e contrario [2] extentum sustollitur, & oculorum pupulam nudat. Item *inferius palpebrum*, paralysi vitiatum nunc intrinsecus flectitur, nunc in semet vel exterius refunditur, & motu caret, atque oculum non contegit. Sequitur etiam involuntarius *lachrymarum* fluor, quod est utrique palpebrorum vitio commune. Et si in *risum* venerint ægrotantes, contortum vel conductum simulant vultum. *Oculorum* vero [3] tunicæ, sive membranæ paralysi vitiatæ visum impediunt latitudine facta pupularum, quæ passio vocatur μυδρίασις. Ac si [4] *conductione* fuerit paralysis facta, angustior pupula fiet, cessante nutrimento, quæ passio appellatur phthisis. *Lingua* paralysi vitiata vocem non (i) differit, sed interius movetur, & nunc nullius significationis vocem reddit.

b. sustolletur

i. articulat

2 Id fit, cum alterum supercilium quod sanum est, ægrum ad se trahit. Nam in Paralysi sana pars ægram trahit, ut in spasmo ægra sanam.

3 Hoc fit præcipue in uvea ejusque appendice mobili, iride dicto.

4 Autor videtur hic Paralysin ex conductione factam vocare, amissum membri sensum ac motum, alimenti defectu, quem paulo post nutrimenti desertionem appellat.

dit, nunc (*k*) *amputatione* facta, medio tempore, oppressis conatibus conticescit: demonstrata tamen verbi intelligibili prolatione, nunc imperfecta, nunc ex omni parte motu carens. Sed *discernantur* ab ista passione qui forte ex alia causa vocem amiserint, cum neque *colorem* superficies linguæ
7 mutaverit, neque *sensu* caruerit, neque *motu*, neque *schema* suæ mutaverit positionis, quod fieri necesse est, cum fuerit paralysi vitiata. Item *odoramenti* (*l*) *officium* paralysi vitiatum odorum non accipit sensum, sed discernitur ab iis, qui narium vitio officium odoris amiserunt, quod appellant *ozænan*: quod neque *torpor* partium, neque *pallor*, neque nutrimenti deseritio sequatur, quam Græci *atrophian* vocant. *Labium superius* paralysi vitiatum invertitur forinsecus, proditum magis cum risus advenerit, aut locutio: conducitur enim cum sano inferiori. Item (*m*) poto sumpto exterius facit fluere liquo-
8 rem. Hoc quidam *caninum raptum* esse dixerunt, nescii, sicut principaliter futuro docebimus schemate. Item διαγὼν paralysi vitiatus, sic quidem nos musculum, qui buccas colligat, dicere poterimus, conducitur aut laxatur. Vicinus denique oculus non valebit perfectam facere reclusionem conducto inferiore palpebro. *Mentum* paralysi vitiatum amisso motu laxatur, aut vehementer sustollitur. *Fauces* paralysi vitiatæ transvorationis difficultatem faciunt. *Gutturis summitas* paralysi vitiata, (*n*) sive ut rheuma, sive ut Græci bronchos, mortem facit, & parvam transvorationis tussiculam: siquidem non perfectam eo tempore faciat inductionem, ne superet radicem linguæ, quam Græci epiglottida vocant: quo perfecto, accepta (*o*) convivantur: Videbitur denique ejus
9 (*p*) *extantia* plurimum relaxata. (*q*) *Stomachum* paralysi vitiatum difficultas transvorandi sequetur, vel omnino impossibilitas, unde etiam præsens periculum. Videbuntur etiam difficilia transvorantibus accepta, veluti acriora, aut immaturo tempore comesta: item sequitur *præfocationis* sensus cum *frigore*, in quacunque ejus parte fuerit paralysis: illic nanque etiam transvorata sistuntur. Sed discernuntur ab iis qui (*r*) facilem paralysin ex difficultate transvorandi patiuntur. Siquidem etiam *decoloratio* nutrimento cessante, ac *frigus*, e-
10 tiam *immobilitas* faucium necessario concurrit. (*s*) Item iis qui ex *stomacho* sunt humores, supradictis querelis si fuerint adfecti, discernuntur, quod etiam dolore atque fervore par-

k. sc. vocis

l. organum
m. potu
n. quod vel arteriam asperam, vel Bronchon Græci vocant, fortem facit aut parvam cum difficultate transvorationis tussiculam: siquidem non perfectam eo tempore facit inductionem operculum linguæ superpositum, ad radicem linguæ jacens, quod Græci ἐπιγλωττίδα vocant
o deglutiunt
p. larynx
q. gulam
r. paralysi similem affectum ex
s. item ab iis qui supradictis querelis afficiuntur, si in stomacho humores fuerint, discernuntur

tium vexantur, Si (*t*) κοινόν, vel ejus summitas, paralysi vitiatum, quod nos *commune* dicere poterimus, quod arteriæ atque stomacho interpositum videatur, locorum gravedinem faciet, atque (*v*) sumpto cibo vel potu in præcordiis permanebunt, cum *torpore* sensuum, ac *tumore* manuum, aliquando & crurum, attestante *singultu*, & inani [5] timore. Aliqui etiam revomunt accepta nulla corruptione mutata. *Pylorо* paralysi vitiato, cibus nulla digestione mutatur, sed tanquam per *infundibulum* ad inferiora descendit, & circum ventrem laxior locus efficitur inferius inflatiorque: quæ per ventrem egeruntur, aspera atque plurima erunt, & neque fluida. (*vv*) *Nestide* paralysi vitiato & (*x*) *typhlotero*, quod nos cæcum intestinum dicere poterimus, erunt ea quæ per ventrem excluduntur plurima, & minus fluida. Videntur enim (*y*) νηστεύειν cum naturam servaverint, & nullo fuerint morbo tentata, (*z*) tunc plurimum excrementorum (*a*) acceptorum facere. *Colo* paralysi vitiato, inordinato motu atque involuntario, stercora descendunt, sine ulla humectatione, & cum fœtore maximo eorum fit egestio, sine ullo dolore. (*b*) *Longanone* cum sphynctere atque *podice* paralysi vitiato, erit involuntaria egestio stercorum, nisi ex aliqua hoc fuerit [6] *circumincisione* confectum. Aliquando etiam præcedit, vel certè egestionem stercorum sine tumore; * & aliqua simili causa fieri permittit. *Vesica* paralysi vitiata involuntarius urinæ exitus fit sine ullo dolore, neque incisura, neque circumcisione antecedente: aliquando etiam per intervalla prohibitus, vel paulatim retardatus, aut omnino negatus: & sæpe etiam pubetenus extantia partium fit, extenta vesica. Sed si ex tumore, vel sanguinis gelati corpusculis, quæ Græci θρόμβους appellant, aut lapide, vel vulnere, difficultas fuerit mictus, aut in toto negatio, discernitur, quod sine dolore atque partium livore, atque sanguinis mictu, apposita manu (*c*) oppressa pectine urina in paralysi excludatur. Præterea etiam *peritonæo* paralysi vitiato, ut *Erasistratus* ait, urina abstinetur, & neque excluditur nisi adhibito *catheteri*. Non enim vesicæ ambitus naturali consuetudine peritonæo (*d*) im-

t. sic vocat musculos laryngi & gulæ communes
v. sumpti cibi & potus in viæ primordiis
vv. intestino jejuno
x. τυφλῶ ἐντέρῳ
y. jejuna i. vacua esse
z. sc. quando sunt paralytica
a. ex acceptis s. ingestis cibis
b. intestino recto
* ex
c. compresso

11
12
13

5 Alii tumore, qui subito eminet, & considit: si timorem legimus, absque ratione conceptum intelligimus, ut in melancholicis.

6 Τῇ περιτομῇ, ut cum hæmorrhoides, condilωmata, thymia, callosæ fissuræ, & id genus morbi scalpro tolluntur.

(*d*) imbuente opprimitur, neque (*e*) concluditur ad exprimendum liquorem (*f*) radix virilis paralysi vitiatus, sed multo major aut minor efficitur, & nulla tentigine provocatur. *Seminales viæ*, quas *Græci* spermaticos poros vocant, paralysi vitiatæ, si *laxatione* fuerit paralysis effecta, sine ulla tentigine involuntarius fit seminis lapsus, & vocatur hæc pas-
14 sio *gonorrhœa*, quam nos seminis lapsum dicimus. Ac si (*g*) *conclusione* fuerit paralysis effecta, jugis tentigo ægrotantis sequetur, sine ullo dolore, atque seminis lapsu, & vocatur hæc passio *priapismus*. *Crus* paralysi vitiatum, aut conductione *brevius* fit, aut extensione *longius*, ut plerique putent articulorum [*h*] delocationem hic factam. Sed discernitur hoc: siquidem concavitas atque distantia loco motos, aut ejectos articulos sequatur. Est autem ratione credibile, cæterorum quoque interiorum singula paralysi vitiari, ut *pulmonem*, *cor*, vel discrimen thoracis atque ventris, quod Græci *diaphragma* vocant, aut (*i*) *hypozygon*, vel *splenem*, aut *jecur*, prveniri adprehensione mortem patientis, quæ sæpe latent facta, cum
15 non propria possint (*k*) apprehensione signari. *Herophilus* denique *repentinam mortem*, nulla ex manifesta causa venientem, fieri inquit *paralysi* cordis. *Erasistratus* memorat paralyseos genus, & *paradoxon* appellat, quo ambulantes [7] repente sistuntur, ut ambulare non possint, & tum rursum ambulare sinuntur. Est autem passio generaliter *gravis*, atque *difficilis*, sed gravior curatio fit, quoties toto *sensu* caruerint partes, atque *motu*, & in corporibus jamdudum *debilibus*, vel *senibus*, aut ex *alio morbo* prævitiatis, ut epilepsia, febre: item si plurimas tenuerit corporis partes, vel vitæ necessarias.
16 De *nominibus* autem specialiter (*l*) elogiatis paralyticæ passionis, ut *mydriasi*, *phthisi*, *priapismo*, *gonorrhœa*, & his similibus singula præscribemus. De cæteris nunc dicemus. Hanc ergo passionem multi sectæ nostræ principes *stricturam* dixerunt, ob duritiam vitiatarum partium, atque siccitatem, & gravedinem, & torporem. *Mnaseas* vero conductione factam *paralepsin* vocat, fieque etiam aliquando [*m*] *extensione*, aliquando *solutionem*. Nos vero juxta *Sorani* sententiam illam vocamus [*n*] *solutione*, cum plurimæ egestiones corporis fuerint visæ. [*o*] Etenim *manuum*, vel *pedum*, & horum similium [*p*] extensione facta, nulla ege-

d. incumbente comprimitur
e. contrahitur
f. colis
g. strictura
h. luxationē
i. tunicam succingentem costas: ὑπόδυμα vocavit: medici ὑπόζωκότα nominant
k. signis propriis indicari, & cognosci
Prognosis.
l. impositis & attributis
m. ait conclusione, ut sup. §. 14.
n. solutione factam
o. At enim
p. paralysin extensione factam

7 Hoc accidit flatibus sic musculos distendentibus, ut brevi spatio temporis iis uti non liceat.

egestione attestante, & in ligni similitudinem duratis partibus, *strictura* dicimus esse passionem. Quippe cum frigescere, & quadam rugatione crispari corpora, commune (*q*) contrariis passionibus esse videatur. Est tamen passio generaliter *tarda*, & accessionibus atque dimissionibus variata, & superpositionibus ac lenimentis, cujus prædata atque demonstrata significatione, necessario curationem ordinamus.

q. nimirum solutioni sive laxationi: & strictura sive conclusioni

Curatio paralysis.

Mox igitur effecta *paralysi*, lucido *loco*, atque mediocriter calido locandi sunt ægrotantes, & usque ad *tertiam* diem, permittentibus viribus, (*r*) abstinendi. Tunc, nisi *vino* fuerint pleni, vel cibo, mox *phlebotomandi*: si copia fuerit, 18
ex brachio: sin minus, ex qualibet parte patienti contraria, quo laquei constrictione, & phlebotomi divisura in passione [*s*] constituti non afficiantur. Si autem *pleni* fuerint cibo, alia die erunt phlebotomandi. Sed *partes* paralysi vitiatæ *fricatione* atque *calefactionibus* recurandæ, & [*t*] lana limpida ex oleo dulci atque calido expressa circuntegendæ, & *fomento* relaxandæ. Tum *oris* collutio permittenda, atque potus aquæ calidæ. Præterea *accessionum* ac *dimissionum* diligentius tempora observanda, quæ adprehenduntur ex ægrotantium *pallore*, nunc aucto, nunc minuto: vel *sensu* (*v*) earundem partium, qui plus aut minus inesse videtur: item 19
ex *motu* vel immobilitate, aut gravedine & levitate, aut frigore & fervore. Tunc *diatriti* tempore adhibenda *perunctio* ex oleo calido. *Ora* quoque fovenda ex aqua mediocriter calida, & dandus *cibus* parvus sorbilis, ut *alica* lota ex aqua calida infusa, aut *ova*. Ac si transvorationis & *faucium* *partes* paralysi fuerint vitiatæ, erunt *cucurbitæ* [*vv*] oblique partibus gutturis atque cervicis apponendæ: tum cibus offerendus. Etenim *extentæ* transvorationis officio facile servire coguntur. Exindè donec passio declinet, *alternis* diebus dabimus cibum. Sequenti denique die post diatritum, abstento ægro *cataplasmatibus* utemur ex polline lini seminis, & fœnigræci. Tum alia die, nisi passio creverit, patientibus 20
locis cucurbitas [*x*] infigentes, *scarificabimus*: ac si *plurimæ* fuerint *partes* passione vitiatæ, cogentibus magis, atque urgentibus, ordine præponimus curationem, vel iis locis, quę facile poterunt ægrotos in periculum devocare, aut ex quibus cæteris partibus facile possit curationis beneficium dari. Sic denique *stomacho* laxato, plurima certe conlaxantur. Utpote

r. sc. cibo

s. constitutæ partes

t. quæ succida non est

v. affectarum

vv. latèralibus

x. affigentes

pote econtrario oppressis principalibus partibus, cæteræ necessario (*y*) comprimuntur. *Tunc* (*z*) cæteris trinis diebus quas diatriton *Græci* vocaverunt, alias quoque partes cucur-
21 bita relevamus. Si *siagon*, vel *mentum* paralysi fuerit vitiatum, erunt cucurbitæ *temporibus* infigendæ, atque musculis *buccarum*, vel sub *aurium* (*a*) lamnis. Ac si *fauces* fuerint vitiatæ, vel transvorationis partes, prædictis utemur adjutoriis. Item *manibus* paralysi vitiatis, erunt *humeris*, vel eorum summitatibus atque palis, & brachiorum musculis, aut cubitorum nodis hæc adhibenda. Item *cruribus* paralysi vitiatis, (*b*) vertebris atque genibus cucurbitæ infigendæ: quarum quæ partes non accipiunt usum, ut *supercilia*, *labia*, *digiti*, sanguisugis erunt relevandæ. Item si nimiæ (*c*)
22 tenuitatis causa, aut usus difficultate, neque *sanguisugarum* morsum tolerare potuerint, ut in *palpebris*, vel *lingua*: præfecta *vaporatione* scarificamus, & (*d*) generaliter *cataplasmatibus* utimur. Tunc si exegerit passio, secundo scarificamus, & *spongiarum vaporatione* utimur, ex aqua & oleo solo expressis, vel ex oleo & decoctione lini seminis, atque fœnigræci, vel hibisci, aut malvæ communis, vel agrestis. Iis vero qui secundum *linguam*, vel *transvorationis partes* paralysi fuerit vitiati, tempore cataplasmatum atque vaporationum jubemus *in os* dari oleum calidum continendum, (*e*) vel aquam calidam & oleum, aut mulsum. Simul enim, atque eodem tempore ex utraque parte vaporata ve-
23 hementius relaxantur. Si *venter* fuerit retentus, *clystere* utemur prius quam partes cucurbita relevemus, & primo ex aqua mulsa. Tum si oportuerit, etiam (*f*) diurnis diebus ex oleo calido *injectiones* adhibemus. Si *intestina*, vel eorum vicinitas paralysi fuerit vitiata, ac si etiam *urina* fuerit retenta, adhibitis cæteris adiutoriis atque perfectis, *enchatismata* sunt adhibenda. Tunc *catheterismus* faciendus, quo urina detrahatur, ac post detractionem oleum calidum injiciendum, adnexo folliculo *catheteri*, ex ea parte quæ κυρόφιλος a *Græcis* est appellata, vel *otico* [8] *clystere*, quem nos *auricularem* dicere poterimus, tenui ex (*g*) *abilisco* formatum, quo pos-
24 sit cavernam invadere, directum cathetere. Tunc *cucurbitas* prædictis adhibemus locis, atque *vaporationibus* & *cataplasmati-*

y. simul vel una premuntur, sicut conlaxantur, i. simul laxantur
z. proxime sequentibus
a. laminis.
b. femorum articulis, qua vertebrum, i. caput ossis femoris inseritur coxendicis acetabulo
c. tenuitatis
d. generalibus
e. vel hydrolæum calidum
f. quotidie
Ωτικός κλυστὴρ
g. hibisco, an ex obelisco?

8 Clysteris voce hic utitur Cælius, pro ipso instrumento, quo liquor aliquis auribus infunditur.

h. veretro vicino

tibus eas partes, cum podice & (*h*) veretris vicinis relevamus. Si *ſtomachus* fuerit paralyſi vitiatus, omnia ſorbilia dabimus, quo facilius tranſvorentur. Ac ſi ea quæ ſumuntur, aliqua ex parte ſubſtiterint impedito meatu, ægrotantium *manus* in aquam calidam mittemus, vel parva vaſcula, aqua calida plena, tenenda offeremus: tum ſtomacho levem *cucurbitam* infigemus ſub ea parte, quæ premi vel impediri videtur, atque ita ſenſim, vel paulatim eam detrahemus, quo ſtomachi partes deferendo accipere, (*i*) vel tranſire faciamus illata, vel (*k*) vacuum officium in memoriam reducamus: ac ſi *vomitus* irruerit, paralyſi facta *ore aperto*, nihil dentibus interponimus: Si vero (*l*) *conductio*, immittimus ceram, vel tabellam alearem, aut feruleam, & ductu contrario faſciolæ corrigere tentamus depravata, declinante paſſione. Etenim ante id tempus difficiles in conſenſu partes eſſe perſpiciuntur, & propterea quaſſatio potius quam effectus ſequitur. Utimur præterea eodem tempore etiam *cerotariis* (*m*) qualibet paralyſi vitiata: & primo ſimplicibus, ut ex cera & oleo pingui, vel ſabina, & (*n*) ſquinanto, admixta hibiſci decoctione, vel fœnigræci ſemine contuſo atque trito: tum ex oleo veteri, & reſina terebinthina: adhibemus etiam *embaſin* ex oleo calido: tum calidam & oleum: *cibum* dantes diurnis diebus ex oleribus non acrioribus, atque piſcibus petrenſibus, & volantum parvioribus. Utimur etiam *acopis*, ut eſt diaſamſucum, & diamelilotum, vel omnibus quæ ex *adipibus* conficiuntur, & medullis, & irino oleo, vel malabatrino, & [*o*] chirino, & his ſimilibus: & *malagmatibus* talibus, ex quibus eſt diachylon, atque mnaſeum, & diamelilotum, & [9] melinum ſimplex. Tum *geſtatione* corpus movemus pro virium modo, fertoria ſella, ſive cathedra, tum longiore vehiculo manibus acto, dehinc animalibus. Sic enim *conſenſu* [*p*] perſuaſæ altiores in corpore materiæ ad exteriora concurrunt, cum in embaſi ex oleo fuerint conſtitutæ, motus beneficio prelaxato ægrotante. Dehinc *lavacrum* adhibemus, atque *vinum* parvum, & conſequenter ſingula, quæ paſſione fuerint vitiata, ſuo officio exercemus: explorantes etiam, vel intuentes ſi quid aliud in corpore paſſionis occurrerit, ex quo *paralyſis* videtur effecta, ut hoc quoque deſtruamus: non (*q*) hac quidem quod antecedens cauſa

i. & per eas tranſire

k. abolitam actionem

l. concluſio, quando conductum os eſt

m. in qualibet parte

n. in ſchœnantho,

Nota.

o. ex leucoio luteo confecto.

p. commotæ

Nota.

q. ob hoc

25

26

27

9 Melinum Serapionis, Paſionis, Andromachi, deſcribit Aetius.

sa esse videatur, sed quo etiam eam ipsam passionem necessario intelligamus. Quapropter si *vulneratio* ei fuerit [*r*] congrua, gerere debemus sicut in *Chirurgumenis*, vel *Responsionum* libris demonstravimus: Reminiscentes, siquidem ex vulneribus facta *paralysis* sit, an divisura partium necdum proprio nomine vocabulum teneat, sed appellari *claudicationes*, vel tardationes possunt, sive alienationes. Si ergo *cicatrix* fuerit (*s*) clausa, hanc mollire tentabimus: item si (*t*) *spinæ* contortio vel conversio ex aliqua causa effecta, hanc corrigemus: item si *febricula*, aut nimia capitis passio, quam *cephalæam* vocant, aut *epilepsia*, ex iisdem eas quoque destruemus: item si (*v*) eversio, vel inclinatio fuerit *matricis*, eidem consequenter ordinata adhibebimus, sicut *muliebrium passionum* libris docuimus: sin vero *articuli* fuerit (*vv*) ejectio, quanquam longi temporis, eum (*x*) recolamus: item si quis *humoris fluor* per quodlibet (*y*) officium naturale ultra modum fuerit dimissus, *cataplasmata* constrictiva probamus, ut ex palmulis thebaicis, malis citoniis, acacia, hypocistide, alumine, & his similibus: apponentes etiam *emplastrorum* ea quæ constrictivæ virtutis a *Græcis* (*z*) ἔπιαμα appellata sunt: vel si qua valent concludere atque siccare fluentia, ut sunt *vulnerum medicamina*, quæ appellantur [10] μέλανα: tunc similiter ut in epilepsia ægros resumemus: ac si passio permanserit, (*a*) *cyclo ductu* resumptionis regula dirigemus per variam gestationem, deambulationem, vocis exercitium, lectionem, unctionem, lavacra. *Tum* post hæc omnia partium adhibemus *fricationem*, dantes varium *cibum* atque *vinum*, juxta præscriptam disciplinam omnia augentes atque minuentes: & nunc usque ad *piscium* qualitatem ordinamus cyclum, nunc usque ad *volantum*, nunc etiam agrestium, ultimo *porcinæ* carnis, sicut superius de capitis curatione scribentes docuimus. Dehinc adhibemus etiam *metasyncriticos cyclos*, & primo [*b*] partiles: tum perfectos, nisi ex initio vires ægrotantis eos perferre non valuerint. Denique nunc *drimyphagia* utimur, antecedente cibi parvitate, nunc *vomitum* provocamus drimyphagiam linquentes, & cæteras quoque cycli regulas com-

s. dura
t. *sc*. dorsi
v. prolapsus
v. luxatio
x. relocamus
y. organum excretorium
z. sanguinem sistentia; & pro in cruentis adhuc vulneribus imponi solita
a. cyclico
b. ex parte *ut l*. 1. §. 97. vel partiliter, *ut ib*. §. 90 adhibitos,

K k ple-

10 An melina, ut paulo superius? quorum plures descriptiones videre est apud *Galen*. in de composit. medicam. κατὰ γένη. Tamen *Aetius* plures etiam nigrorum descriptiones tradit; quæ magna ex parte pice & asphalto constant.

c. vomitui adjungimus *d. supra l. 1. §. 169.*

plemus, & nunc (*c*) vomitus adjungentes drimyphagiam. Ipsum quoque vomitum primo (*d*) *jejunum* probamus, tum ex *radicibus*, vel his similibus qualitate materiis. Atque ita post frequentem radicum vomitum [11] *helleboro* utemur, primo (*e*) radicibus inserto, vel aceto infuso. Quo detracto, radices immissæ concisæ ipso cum liquore sorbentur. 31

e. raphanis

Varia remedia externa pro Paralysi.

Utemur etiam *localibus adjutoriis* in his partibus quæ sunt *paralysi* vitiatæ, ut *dropace* primo simplici, tunc composito, quem *Græci* φαρμακώδη vocaverunt. *Psilotro* quoque, & *cucurbitis* recorporativis multa cum flamma admotis, atque violenter remotis, aut (*f*) circumtractis, nunc ex superioribus ad inferiora. Etenim *spiritus* jamdudum (*g*) motu vacuatus ex alto adducitur, & quadam *provocatione* excitus, & accurrens, sua cubilia cognoscit, (*h*) singularum viarum motus invadens, passionis deturbato languore. Hoc igitur facere tentabimus multis cucurbitis per *spinam*, recto scilicet ordine post invicem adfigentes, atque sufficiens tempus adductioni largientes, primoque primarum faciemus detractionem, tum sequentium: quo sibi adductum spiritum tradant, atque insolitos provocent motus: atque *verso ordine* inferiores primo affigentes, easdem detrahemus primo. *Post* cucurbitationem atque dropacis usum, pulvere *nitri* partes aspergi facimus & fricari: vel *sinapi*, vel ex utroque. Tunc etiam iis *pulveribus*, quæ sunt ex *calce viva*, (*i*) *fecla*, *pumice*, *pipere*, *pyretro*, & his similibus virtute rebus. Ordinamus etiam *unctiones*, *gestationes* varias, *acopa* quæ mordicatione quadam corpus afficiant, vel accendant & emolliant: ut sunt ea quæ conficiuntur ex oleo sicyonio, [12] *syriaco*, castoreo, aphronitro, sulphure vivo, agresti cucumere, ammoniaci gutta, squilla, quam vulgo (*k*) vulum plurioſum vocant, urticæ semine, pyretro, pipere, helleboro albo, nigella, galbano, iri illyrica, (*l*) lemnida carie, & his similibus. Non aliter etiam *malagmata* sunt adhibenda, quæ corpus valeant [*m*] papulare lacessendo, ut sunt ex flore salis, vel ex nitro, & illud quod [13] *nileos* appellatur: vel *Diadaphnidon* vel *Apollophanis*, & (*n*) Caphysophontos: quorum [14] compositio- 32 33 34

f. in orbem ductis

g. otiosus, a motu cessans

h. consuetos nervorum tubulos pervadens

i. fece vina usta. *Cal.* lib. 1. κατὰ τόπους. *Paulo* lib. 7.

k. bulbum furiosum

l. lemnistide, seu adarce

m. in pustulas attollere

n. Cresiphontis

12 Elæomeli intelligit, memoratum a *Plin.* cap. 7. lib. 15. & cap. 4. lib. 23.

23 Plin. lib. XXXI. cap. 7. ubi de flore salis agit, Ægypti eum, ait, esse inventum, Niloque deferendum videri censet.

14 Hæc quatuor Malagmata describuntur a *Celso*, *Aetius* describit empl. e Sale.

tiones *Responsionum* tradidimus libris, pro modo magnitudinis passionum adhibendas, atque lenimentorum, alias augentes, alias indulgentes. Ordinamus etiam *sole* corpus torrendum, vel *paroptesin* ex carbonibus: aut *parietibus* calefactis, vel pavimento, item lapidibus ac testis: (*o*) hoc faciunt. Etiam *ceromata* sub sole ignita: vel (*p*) *terga* præuincta, simili modo calefacta, quæ substrata accipiunt ægrotantes volutatione quadam convertendis, ac defricandis, &
35 mutandis: qua in re etiam loca quæ deseruerint, (*q*) repetenda, ut (*r*) veniant ferventiora: quippe cum naturaliter tergora oleo ac sole facile fervescant. Utemur etiam ob similem corporis curationem, quam *Græci* φοινιγμὸν vocant, *harena* littori vicina, quæ sit sole ignita, ut circumtecta gremio foveat ægrotantem: tum etiam *fomentationibus* ex aqua salsa, vel *marina*, aut decoctione baccarum lauri, vel omnium quæ ita corpus afficiunt. Manente passione etiam cataplasma ex *sinapi* adhibemus, vel contusa atque liquata ferulagine, quam Græci *Thapsian* vocant, corpus ungemus usque ad cutis ruborem, atque mediocrem partium inflatio-
36 nem. Etenim vulnerari, sive vexari quosdam ex istius herbæ usu (*s*) immoderationis est vitium, tanquam *sinapismi* usu immodico. Generaliter autem similiter medentur etiam *vaporationes* ex saccellis sale torrido repletis, atque in (*t*) *lavacro igneo* usus [15] *flabrorum*. Ordinamus etiam si quid (*v*) *partialiter* loco patienti poterit adhiberi, ut *capiti* passione vexato rasionem capillorum, nunc *pro* (*vv*) capillatura, nunc *contra* capillaturam. In *mulieribus* vero, quæ id fieri non facile permittunt, denso *pectine* exerceri capillos imperamus, supradicta scilicet [*x*] diversitate, & cum vehementi conatu: atque primo, aliorum manu, & raro pectine: tum ma-
37 gis denso, & ægrotantis manu. At si *odorandi officium* fuerit paralysi vitiatum, erunt adhibenda acriora *odoramenta*, ut ex aceto & sale, aut adjuncto (*y*) origono in aceto extincto, quo ex eo acriorem (*z*) profecto exhalationem naribus sapiant ægrotantes: aut etiam sinapi, vel castoreo ex aceto soluto, per intervalla, vel lasere, quod *Græci* ὀπὸν κυρηναϊκὸν vocant. Sed hæc erunt naribus quoque immittenda, vel sinapi cum aceto, donec (*z*) provocentur, jubemus eos vo-

o. quod & quidam
p. quadrupedum coria
q. oleo redungenda
r. fiant
s. immodici usus
t. balneo laconico
v. peculiariter
vv. capillorum inclinationem
x. pro capillatura & contra capillaturam
y. origano aceto intincto
z. profectum
z. sc. excrementa mucosa

15 Quo nimirum aer fervidus flabro impulsus, efficacius affectam partem percutiat.

volenter emungere. Probamus denique *betæ nigræ*, vel *cyclamini* herbæ succum cochlear plenum naribus infundendum, utentes *ptarmicis vehementioribus*, quæ nos sternutamenta vocamus, ex pipere, helleboro, castoreo, (*a*) astrutio, & horum similibus. Post sternutationem vero magis odoramenta 38
utenda probamus. Hæc enim vehementius odorationis movent officium, & solas capitis partes in passione constitutas quadam mutatione [16] reformant. Ac si *lingua* fuerit paralysi vitiata; vel *transvorationis* partes, aridum sinapi dabimus masticandum ante lavacrum. Tum aqua calida eos colluere præcipimus. Aliquando etiam liquefactum sinapi ex aceto sorbere ægrotantem imperamus, & gargarizare. Hoc quidem etiam de similibus liquoribus faciemus, ut ex *fico*, *hissopo*, [17] *draganto*, *origano*, *thymo*, *pipere*, *pyretro*, *staphisagria*: hæc etiam masticanda dabimus, ipsam quoque linguam lasere fricantes ex aqua soluto. Tum etiam [18] *cornu* cucur- 39
bitæ in modum adhibemus, adducit enim non aliter quam hæc, spiritum, & insolitas [*b*] provocat vias, quæ sunt ex antecedentibus medicaminibus præpurgatæ. Item *stomacho* patiente atque *ventre*, magis frequentabimus *drymiphagian*: dantes etiam laser cum aceto, ex quibus panis erit madidandus, adjuncto quolibet pulmento. Ac si *podex* fuerit paralysi vitiatus, aut ejus vicina; acriora facimus vel mordicantia (*c*) injici collyria, quæ Græci *balanos* vocant: vel *sinapi* plurimum fico admixto, atque in collyrium collectum, longitudine aptum partibus, injicimus: & ea quæ in aliis ordinavimus *fomenta*, tum pro encathismatibus adhibemus: vel per *clysterem* injicimus aliqua ex acrioribus, ut 40
aquam salsam, vel marinam, vel *garum*, quod appellamus liquamen ex pisce [*d*] siluro confectum, & si qua fuerint similis virtutis. Quorum omnium dexteros usus, atque confectionis genus, & adhibendi rationem libro *Adjutoriorum* specialium docuimus.

a. imperatoria

b. aperit

c. indenda

d. Scombro: *ex Plin.* cap. 8. lib. 31.

Quibus motibus partes paralytica sint exercenda.

Oportet præterea *singulas partes* in passione constitutas, suis ac naturalibus *motibus* admonere, ut *supercilium*, levando,

16 Nutrimentum vitiosum, membranis impactum, velut abstergendo.

17 Dragantum hoc quid sit, ambigo. an forte tragacantha? quæ sicuti seus hisce liquoribus ad visciditatem comparandam addi posset.

18 Cornua hæc parte acuta parvo foramine sunt perforata, & sugendo cuti affiguntur: ne autem decidant, alligatum est frustulum corii tenuis, quod is qui sugit lingua sua foramini adaptat.

do, ac deponendo: *palpebram*, concludendo ac (*e*) distin-
41 guendo: *linguam* producendo, atque conducendo. Hæc sunt
ægrotantibus imperanda. Hortandi etiam *locutionem* tentare,
quod si minime facere potuerint, ex omni parte officio lin-
guæ cessante, erunt suadendi, ut animo concepta volvant
quæ proferre non possunt. Sæpe enim quæ loqui volentes
mente perceperint, in alto formans spiritus, accepto motu
(*f*) rumpit in vocem: Vel certe docendi sunt unius expri-
mendæ *literæ* curam suscipere, ut intra se exercendo mani-
festius probent, & magis ex *vocalibus*, ne difficultate soni-
tus multarum literarum, vocis organa concludantur potius
quam referentur: ac tum cum (*g*) implere valuerint, dabi-
mus λέξεις, atque nomina, quæ sint ex multis vocalibus con-
42 scripta, ut est *Pæan*, & his similia: Sic etiam numeros da-
bimus: & ex his exclamare provocabimus ægrotantes: ac de-
inde lectionem offeremus, vel disputationem. Hæc adhibenda
sunt etiam, si *buccarum* partes circa labiorum confinia, quem
Græci χάλινον vocant, fuerint in passione constitutæ. (*h*) Dan-
dum etiam *mastiche* masticanda: vel *cera* indulgentior mor-
denda: tum ferulæ particula: & per profectum, tiliæ tabel-
la. Plus enim illorum singula quodam cum certamine par-
tes faciunt exerceri. Tunc danda etiam frangenda arida *faba-
rum* grana: vel amygdala molliora, ac nuces, avellanæ pri-
mo, tum etiam [*i*] glandes, paulatim aucto numero quanti-
43 tatis. Ac si *digiti* fuerit in passione constituti, erunt com-
movendi oblatione *ceræ* [*k*] emollientis, & *malagmatum* su-
prascriptorum, quo non solum *motu*, sed etiam *tactu* medi-
camina propria virtute medentur. Præterea eodem exercitii
tempore, & in illis, quibus *totæ manus* paralysi fuerint vi-
tiatæ, vel earum quælibet partes [19] *halteres* erunt offerendi.
Eo enim pondere, pro modo virium, ægrotantes quodam
labore (*l*) mortes exercent. Sed erunt prædictis malagma-
tibus (*m*) commovendi, ut primo [*n*] teneant, vel baju-
lent ægrotantes, tum demum ex ipsis (*o*) simili ratione fe-
rien-

e. discludendo
f. erumpit
g. recte pronunciare
h. Danda, *vide posthac*, §. 77.
i. juglandes,
k. emolliendæ
l. motus exercentur
m. motui assuefaciendi
n. sustineant halteres
o. æquali

19 Halteres, sive Arteres Artemidoro, massæ lapideæ vel plumbeæ, ansa vel manubrio addito, quo commode tractari possint *Gal.* lib. 3. *tuend. val.* hoc pondere utraque summa manu apprehenso, & porrecto, aut in sublime erecto, in eodem habitu persistente eo qui tractat, musculis & nervis rubor comparari ait. Quidam & sublatos rotabant. *Mart.* Halteres agili rotat lacerto. Halteras manipulos autor vocat. Vide lib. 5. cap. 2.

riendi manus exerceant. At si *crura* fuerint paralysi vitiata, si fieri poterit, per scipsos, sin minus, aliorum impulsu, *extensione* atque (*p*) *conclusione* exerceant eas partes, non tamen, sine suasione, (*q*) qua non solum aliorum motibus exerceantur, verum etiam suis ipsi connitantur. Erunt denique ob varietatem motus, *artis industria* partes commovendæ hoc modo: Iacente ægroto, cruribus (*r*) imposita *fasciola*: & super pendenti *rotulæ*, quam *Græci* τροχιλίιον appellant, alter ex finibus fasciolæ (*s*) inserendum: hinc tenendum dare: nunc ministro, nunc ægrotanti demonstrato motu, ac partili, qui nunc *adducta* fasciola sublevet crura nunc (*t*) *indulta* deponat. Sed cum non solum levare ac deponere voluerimus, sed etiam *extendere*, aut *inflectere* partes paralysi vitiatas, *duæ* erunt fasciolæ imponendæ: altera *genibus*, altera *talis*: tum per supradictam rotulam trajiciendæ, & apprehensis initiis similiter offerendæ *patientibus* vel *ministris*, ut vicissim adducant, quo, ea quæ genu continet, adducta, & ea quæ talum continet indulgente, hoc motu crura flectantur: Rursum talari adducta, & indulta ea quæ genu continet, cruris fiat extensio. Ac si *sedere* potuerit ægrotans; erit fasciolæ medietas (*v*) *pedibus* submittenda, cujus initia eidem tradita, cogatur labore proprio per seipsum *adducendo* atque *indulgendo* suis cruribus motum præstare. Simili etiam modo *manus* in passione constitutæ moveri posse noscuntur, ut *altera* fasciola jubeat, [*vv*] quam oportet arteriam articulis digitorum vicinam, quam *Græci* καρπὸν vocant, *altera* cubitum circumdari. [20] Præmotis igitur, vel exercitis, ut supradictum est consilium dabimus, ut *sella tonsoria* sedeant ægrotantes, quæ sit obliquis [21] *anconibus* fabricata, quibus incumbentes sese levare nitantur: & tum fulciti ex utroque alarum latere ministrorum officio deambulationem tentent, vel incumbentes *baculo*, aut vehiculo manibus acto, quod *infantibus* sæpe motum discentibus fabricatur, sed magnitudine tamen ægrotantibus coæquandum id est. Dehinc cum (*x*) *gestationis* augmenta sufficimus, conficienda sunt *ligna*, quæ transgredi pedibus nitantur ægrotantes. Tunc etiam

44

45

46

47

p. conductione

q. ut, quo

Machina ingeniosa.

r. imponenda

s. inserendus

t. laxata: remissa

v. nimirum plantis

vv. sive dextram, sive sinistram

x. cum gestationes augeri, & vehementiores adhiberi præcipimus

20 Manuum & pedum artificioso motu adhibito, fasciolarum adductione, & laxatione.

21 Brachiorum fulcris: sunt ἀγκῶνες, quivis flexus ad rectum angulum facti, in curru, pariete, promontorio, & aliis id genus rebus.

iam (*y*) perfectis in terra *lacunis*, deambulationem imperabimus, ac deinde calceamentis adjuncto *plumbo*, prius parvo, ut exempli causa uncia, tum plurimo, atque pro augmentorum gradu usque ad libram deducto: tum etiam itineris *celeritas* erit augenda: habet enim majoris laboris officium. *Varianda* etiam omnis regula, ut nunc *resumptivos* cyclos in *metasyncriticos* deducamus, nunc e *contrario* versa vice gradum revocemus. Præterea perseverante passione, ad *hellebori* usum probamus accedendum, non solum semel, sed & cogentibus
48 rebus, *secundo*, vel *tertio*: tum resumendos, atque *naturalibus aquis* dandos, & magis calidioribus, ut sunt in Italia, [22] *Pantherinæ*, *Vesevinæ*, & *Senanæ*, & [23] *Caritanæ* appellatæ. Etenim *Albæ*, sive *Albulæ* quæ sunt appellatæ, quod sint frigidæ virtutis, solutione laborantibus, vel fluore quorumlibet officiorum naturalium à veteribus sunt approbatæ. Utendum etiam *natationibus marinis* vel supradictarum aquarum: & primo partibus passione vitiatis *inflatæ vesicæ* sunt adjungendæ, quo natandi laborem minuant. Item *aquarum* (*z*) *ruinis* partes in passione constitutæ sunt subjiciendæ, quas *Græci* κατακλυσμὺς apellant, plurimum etenim earum *percussio-*
49 *nes* corporum faciunt mutationem. *Peregrinatio* quoque adhibenda terrena atque maritima, necnon *castoreum* (*a*) potò damus, si quisquam ejus odoris difficultatem perferre valuerit. *Recorporativam* curationem, quam *Græci* metasyncriticam vocant, utilem denique approbamus, partibus in passione constitutis. *Hæc est secundum methodum paralyticorum curatio*.

y. factis scrobibus

z. stillicidio

a. potui

Veterum autem medicorum *Hippocrates* atque *Erophili* sectatores, memorant ea quæ in passione constitutos sequuntur, *curationem* vero nullam tradiderunt. *Diocles* libro quo de passionibus atque causis, & curationibus scripsit, eandem
50 dixit conducere curationem, quæ *epilepticis* est ordinata. Dehinc *Praxagoras* secundo libro Curationum, primo *vomitum* probat, & iis præsertim qui *caput* fuerint paralysi vitiati, nunc ante cibum, nunc post cibum: tum (*b*) revocationes (*c*) atque *ventriflua*, & *urinalia* medicamina, quæ cœliotica atque diuretica appellavit: adhibet etiam *clysterem* jugem, & acriorem: bibendum etiam cum *aceto* asininum atque bubulinum *lac* probat: tum *cataplasmata*, & *malagmata*, &

Hippocrates. *Herophilus*. *Diocles*. *Praxagoras*.

b. humoris stagnantis derivationes

c. per

22 Patavinæ. *Plin*. cap. 6. lib. 31.
23 Carentinæ. Carentini superiores & infernates, vicini Sulmonensibus. *Plin*. cap. 12. lib. 3.

& *sudoris* provocationes: & si quis vomere facile potuerit, parum hellebori pulmentis, interjectis diebus, admiscet: neque (*d*) mox factam *paralysin* (*e*) curans, neque recte a vomitu incipiens, & in iis magis qui *caput* paralysi vitiati videntur, priusquam ex aliis adjutoriis partes fuerint relevatæ. Dehinc (*f*) sensibilis *post cibum* omnis est vomitus, & 51
multo gravius jugis. At *Praxagoras* jubet adhiberi quotidianis, aut alternis diebus, (*g*) adhibitos suis dogmatibus sublatis erroribus, (*h*) quanquam *ventriflua*; atque *diuretica*, & *clysteres* juges approbaverit. Non enim quod mutationem corporis hæc facere valeant existimavit, sed quod materiarum facere detractionem, atque corpus liquidis vacuare. Item *aceto* (*i*) poto dato *lac* repugnat, (*k*) cujus magis gravis: dehinc qualibus *cataplasmatibus*, vel *malagmatibus* sit utendum, dicere negligit. Sed neque *tempus* adhibendi discrevit. Non enim quando mitigativis utimur cataplasmatibus, 52
tum erit malagmatibus utendum. At iste pariter utraque composuit. Item *sudores* laxatis corporibus fiunt, non ipsi laxamentum faciunt. Sed neque quemadmodum sint provocandi docuit, aut memoravit. Item *album helleborum* parvum datum præfocationis ingerit periculum, & multo potius quoties sunt in vomitum difficiles ægrotantes. Mitto, communiter eum dixisse, interpositis diebus offerendum, & tempus non memorasse, cum passionem necesse sit superpositionibus ac lenimentis variare. *Erasistratus* de *paralysi* scribens, diffe- 53
renter curandos ait eos, qui (*k*) *conclusione* sunt paralysi vitiati, ab iis qui *extensione* videntur affecti. Etenim neque *cataplasmata*, neque[24] *malagmata* secundis inquit convenire: non advertens, quoniam etiam *strictura* densata quædam corpora, vi majore, non aliter quam chordæ, tenduntur, laxataque (*l*) medicinalium virtute, sæpe (*m*) retenduntur. Item initio curationis *clysterem* probat, *phlebotomiæ* negligens potentiam, quo adjutorio majus nihil (*n*) majoribus approbatur: tum, inquit, effecta *febricula* detrahendum cibum, & dandum *mulsum* ex aceto (*o*) confecto. Profecto densata id constringet. Tunc observatis temporibus accessionum vel dimissio- 54
num,

d. recentem
e. sub. rite
f. gravabilis
g. nondum a suis
h. ut qui
i. potui
k. sub. usus
Erasistratus
k. conductione
l. medicaminum
m. conducuntur, & ab extensione liberantur
n. antiquis autoribus
o. confectum

24 Erasistratus putabat malagmata & emplastra in paralyseos curatione usurpari solita, laxare. Colligebat ergo, membra cum extensione resoluta, illorum usu magis laxari, & ideo magis extendi. Contendit *Aurelianus*, etiam laxantibus & discutientibus medicamentis extensionem præsertim strictura factam, qualis est paraliticorũ, sanari.

num, dandam *ptisanam* probat, aut *olus*: quorum alterum inflat, alterum facile corrumpitur. Dehinc *aromaticas* approbat *potiones*, & alias mites, alias vehementes. *Ventrem* quoque facilem cupit ex quo stomachus necessario vitiatur, & neque quanta, neque quando, neque quæ danda sint memorat. Prohibet etiam vinum unius anni spatio, vana intentione tempus definiens. Dat etiam *lac* cum *melle* atque *sale*, quod est contrarium supradicto mulso ex aceto confecto. Utitur præterea *vomitu* post cibos, quod jam superius fieri damnavimus.

55 (*p*) Vitiat etiam *deambulationibus* harenosis in locis, ex sola [25] intentione sui dogmatis. Etiam *ventrem* facilem cupit, caduca suspicione deceptus. *Asclepiades* vero principaliter de paralysi nihil scripsit, sed *Erasistrato* respondit, eos, inquit, qui non gravi *dolore* in ista passione afficiuntur, *phlebotomari* non oportere. Eos vero qui *privati sensibus* pejore strictura vexantur, abstinendos primo, tum [*q*] initiandos probat. Adhibet etiam *purgativa* medicamina, quæ *Græci* cathartica vocaverunt, cum sint hæc corruptivæ virtutis, & propterea corpus (*r*) elimando, consumant potius, quam

56 relaxant. Sed specialiter a laxatione *paralysi* vitiatis *adurentia* inquit medicamina convenire, & fomentationem parvam, paulo ferventius temperatam: non advertens (*s*) quia plurima (*t*) extenta (*v*) conclusis similem exigunt laxationem, atque indulgentiam tensionis, &, ut existimat, [26] *conscriptionem*. (*vv*) Utraque etenim hæc passioni subjecta sunt, ut etiam *stupor* corporis, vel frigidus torpor, quem non semper necessario vaporationibus calidis, verumetiam (*x*) frigore adhibito relevamus. Siquidem contrariis inter se passio-

57 nibus hæc subjecta monstrantur. Ordinat præterea idem in harenæ spatio deambulationem, & quod appellant [27] *scamma*, atque transcensum lignorum, & inter plurimum tempus bibendum vinum. *Themison* primo libro Tardarum passionum in quibusdam peccare cognoscitur, nondum

p. vexat

Asclepiades.

q. phlebotomandos. *Alii* inaniendos

r. ejus substantiam dissipando

s. quod

t. ex relaxatione paralytica

v. conductis

vv. conducta & extensa

x. Aphor. 21. lib. 5.

Themison.

L l re-

25 quia laxatione morbum hunc fieri putabat.

26 Circumscriptionem. Sic vocant obicem crustæ, quæ caustico aut ferro candente inducta, sese objicit ossis capiti, quod è suo cavo delabitur, & sic illud in loco suo continet; quemadmodum *Hippoc. l. de Artic.* faciendum docet, cum humeri caput frequenter in alam descendit

27 Τὸ σκάμμα, sive τὰ ἔσκαμμενα, limes c terminus spatii, quod transiliunt qui saltu sese exercent, vel apposito longurio factus, vel ducto sulco. Sic tigna vel trabes in designato ambulationis spatio collocatas Aurelianus vocat.

rectam methodon respiciens. Etenim *phlebotomat* ex ea parte, quæ passione vitiata est, si; inquit, sensu non caruerit: non curans, ut supra demonstravimus evitanda omnia, quæ adjutorio quadam necessitate veluti vexabili videntur esse coniuncta. Dehinc lanam succidam, quam *œsypon* appellant, capiti jubet imponi, *aceto* atque *oleo rosaceo* infu- 58
sam: *nervis* autem cervicis atque spinæ, & *cruribus*, & *brachiis*, vinum atque oleum cum sale imponendum jubet, constringens atque lacessens incongrue ea, quæ *phlebotomia* miti relevatione laxaverat. Tum tertia die *cibum* probat, atque quarta die *cucurbitam* imponi, adjuncta scarificatione, non (*y*) interrogans passionis tempus, sed solum *numerum dierum* imprudenter attendens. Dehinc sequentibus *gestationem* probat, neque in (*z*) eo definiens tempus, atque audaciter secundæ diatriti expectationem spernens. Dat etiam *aloen* in potu, & ex aqua calida & oleo *intestinis* dare laxamentum ordinat. Præterea ἀναρρησιν (*a*) *testæ* faciendam, 59
quam nos perforationem vocamus, jamdudum quidem & in aliis *methodicis* explosam: & (*b*) *harenæ* deambulationem convenire existimat, atque *plagis ferulæ* cædendas partes in passione constitutas, (*c*) profecto quæ salsæ aquæ mitigatione atque recorporatione videntur esse curandæ. [28] *Lucius* primo libro *Tardarum* passionum cum his omnibus, tum (*d*) medicosis quoque *fomentationibus* utendum probat. Plurimi etiam *alii* aceto, atque oleo (*e*) roseo foventes, cum herpyl- 60
lo, & ruta, & hedera, & castoreo: probant præterea juges *clysteres*, atque *purgativa* medicamina, quæ cathartica vocaverunt, & magis *hieram*, cujus usum Græco libro *Epistolarum* ad *Prætextatum* damnavimus scribentes. Sunt enim ea quæ stomachum vitiant, fugienda, ut sunt corpus (*f*) insumentia, & quæ moderationis nostræ carent potestate. *Thessalus* secundo libro de *Regulis* scribens, plurima recte dixisse probatur: quædam vero proterva festinatione, caduca. Etenim post *phlebotomiam* usque ad tertium diem imperat abstineri, & solum *potum* (*g*) diurna cum luce offerendum: tum transacta tertia die, atque hora, qua sunt ægrotantes paralysi vitiati, *cibum* (*h*) portat. Quibus respondere 61
facile quisquam poterit, si quærat, qua intentione *Thessalus* oriente luce potum jubeat dari: Etenim si (*i*) *continuationis*

y. observans
z. ea
a. cranii
b. in harena
c. quę profecto mitigatione potius *Lucius*
d. medicatis
e. rosaceo, ut paulo supra
f. debile reddentia *Thessalus*.
g. sub auroram
h. dandum probat
i. quia morbus in longum tempus continuatur.

28 Cujus malagma describit *Aetius* pag. 844.

nis cāusa id fieri responderit, oportebat etiam cibum eodem tempore approbare. Sin vero *accessionum* frequentia id existimat (*k*) declinandum, vel suspicione futurarum, & propterea post tertium diem cibum transferendum, quo transacta hora passionis illatæ, tertia die recte ægros nutrire videamur: oportebat etiam *potum* non communiter, & generaliter diurnis diebus, vel initio lucis offerre, sed horarum
62 dimissione captata. Dehinc non semper ac necessario *tertio* die cibum oportet dari, sed etiam *quarta* (*l*) continuationis, quæ initium ex die sumpsisse visa, vel ob [29] *typum* eadem ratione currentem. Idem post hæc, similiter ut *Themison*, quarta, inquit, die *cucurbitas* infigendas, non interrogans utrum passio sumpserit statum, quod est maxime servandum. Ait præterea alternis diebus cibandos usque ad certum numerum dierum, quod (*m*) infinitum reliquisse perspicitur. Audaciter etiam atque invidiose *acopa* quædam, vel *malagmata* probat excludenda, solius moderationis (*n*) *neglecta* arguens vitia. Hæc sunt quæ etiam *Thessalo* Sorani diligentia videntur esse responsa.

k. negandum cibum

l. continuati morbi

m. indefinitum

n. neglecte

CAPUT II.

63 *De canino raptu, quem Græci* κυνικὸν σπασμὸν *vocant.*

IN ista passione constitutos sequitur conclusio, sive *contractio* repentino motu veniens ac recedens sine ulla corporis turbatione, in utriusque *labii* ultimo fine, sive *oris angulo*, quem *Græci* χαλινὸν vocant, ut etiam *buccas* adducat in posteriorem partem creberrime, tanquam ridentibus, nunc *palpebras*, vel *supercilia* ac *nares*; ut etiam *colla* atque *humeros* rapiat, & ita patientes faciat commoveri, tanquam onus
64 humeris bajulantes transferendi ponderis causa. Differt autem a spasmo & paralysi musculorum, qui buccas conligant. Siquidem *spasmus* acuta atque celer passio perspicitur: *caninus* vero *raptus* etiam tarda. Item *paralysis* supradictorum musculorum non, ut ait *Demetrius Attaleus*, eo differt, quod non sit in canino raptu partium conversio: hoc enim con-

Signa spasmi cynici.

Ejus differentia a spasmo & paralysi.

29 Nempe dandi initio eo sumpto ob typum: nempe quia quarto tantum die mitescere atque remitti morbus incipit, qua occasione cibus dandus est.

tra manifestam rationem intelligitur dictum, sed quod ipsa (*a*) conversio coacta celeritate, prius facta, quam fieri sentiatur. *Curationem* vero ex ante scriptis accipiendam ducimus, & magis (*b*) quam de *paralysi* monuimus, in *oris partibus*.

a retractio
Curatio.
b. quum

CAPUT III.

De auriculæ dolore, atque humoris fluore per auditorias cavernas. 65

SEnsuales *aurium* viæ, sive auditoriæ cavernæ, (*a*) quas *Græci* ἀκουστικὰς πόρους appellant, difficillimis sæpe doloribus vexantur, ut etiam *occipitium* teneant, & *oculos* atque *buccarum* musculos, & perseveratione quadam tardissima, *tempora* & *caput*. Aliquando etiam *humoris fluor* per easdem cavernas fit, quem *Græci* ῥευματισμὸν vocant, & ita jugis, ut sæpe vulneret altiora, atque corrumpat, & *ossa* (*b*) *conterebret*, & propterea copiam fluentis humoris efficiat. Oportet igitur (*c*) *actionis* tempore discernere *curationem*, & in lenimento communem magis, hoc est *recorporativam*, quam *Græci* metasyncriticam vocant, adprobare: ut cum dolor fuerit in *initio*, adhuc novam passionem judicantes, quicquam destillari faciamus in has cavernas, *constrictivum* medicamen, vel (*d*) ex lana (*e*) limpida sumentes *auriculæ* immittamus, ut est amygdalinum, vel (*f*) roseum oleum, vel acetum, & his similia. Utendum etiam *requie* corporis atque *abstinentia*, & *silentio* (*g*) suo. Etenim (*h*) officio accepta voce aures necessario commoventur, & propterea majores dolores efficiuntur. Ac si passio fuerit *augmentis* asperata, erit immittendum *oleum calidum* ac *dulce*, ac mollibus lanis prætegenda exteriora, atque vicina. Locandi præterea ægrotantes *calido* in *loco*, & si dolor coegerit, *phlebotomandi*, atque tertia die levi atque sorbili *cibo* reficiendi; & ob mitigationem doloris exterius admovenda *vaporatio* tepidi (*l*) vaporis, vel *sacelli* ex polline tenero confecti: tum *cataplasmata* laxativa, & cum dolor sumpserit *statum*, erunt admovendæ *sanguisugæ*, quas hirudines appellant, circa fines auriculæ, hoc est, circulatim auditoriam cavernam habentes, cartilagine prætermissa, vel certe ejus posteriora *cucurbita* admota scarificanda, adhibita vaporatione spongiarum cali-

a. quas
b. carie afficiat
c. accessionis
Curatio varianda pro morbi tempore.
d. in
e. non succida
f. rosaceum
g. summo
h. organo auditorio
i. liquor

66

67

68 calidarùm. Ipſam quoque cavernam involuta lana per (*k*) *melotida* oleo calido tinctam paulatim penetramus, atque illic lana derelicta, ferramentum detrahimus. Tum *declinante* paſſione, *cerotaria* apponemus, dantes *varium* cibum & *vinum*: ac ſi humoris fuerit fluor, quem *rheumatiſmum* vocant, eadem adhibemus quæ initio doloris adhibenda probamus. Dehinc eorum augemus potentiam, ut cavernæ ipſi faciamus infundi *collyrium*, quod appellamus [1] *Diaglaucium* ex vino ſolutum, vel aceto, vel illud medicamen quod appellant [2] *heren*, vel *mulſum* ex vino factum, quod ſit præcoctum in *mali punici* cortice, cum *nardo*, vel *amygdalis* amaris, & *a-*
69 *ceto*, *croco*, & *myrrha*, & *alumine*, vel *herbarum* ſuccis conſtrictivæ virtutis: tum auriculæ vicinantia circulatim cataplaſmate ex cydonio malo, ac ſimili medentium virtute contegemus, vel medicamine quod appellatur [3] *diaiteo*, quod eſt ſiccativæ virtutis, vel [4] *icesio*, aut *diadictamno*, & his ſimilibus. Dehinc ſi paſſio coegerit, *radendum* eſt caput, & conſtrictivis cataplaſmatibus contegendum. Dandi etiam *cibi* conſtrictivi, & lenimenti temporibus, ſive dolorum tardantium, ſive humorum fluentium, *reſumptivus* adhibendus *cyclus*: tunc *recorporativus*. Et *localiter* ipſis cavernis per *clyſterem* (*l*) *modicum* injicienda, nunc deſtillatio aquæ (*m*) ci-
70 neribus liquatæ, quam vulgo *lixivium* vocant, Græci *νιτρον*, nunc *ſinapi* (*n*) liquido, atque etiam admixto fico erunt exteriora cataplaſmanda, donec *rubor maximus* fiat, quem *Græci φοινιγμὸν* appellant. (*o*) Item eundem immiſſione medicaminum ex *garo* confectorum, quod vulgo liquamen appellant, vel his virtute ſimilium materiarum: tum etiam *totius capitis* curationem ex illiſione aquarum ſupercadentium, quam Græci *cataclyſmum* appellant. Quibus etiam aurium vicina ſunt maxime concuranda. Dehinc *acopis* & *dropacibus*, & *malagmatibus* acrioribus, & *aquis naturalibus* utendum. Sic enim

h. μηλωτρίδα ſpecillum

l. oticum

m. e cineribus eliquatę

n. liquefacto ex aceto, ut ſup. §. 35.

o. item tentandum

1 De hoc vide Plin. H. N. libr. XXVII. cap. 10.

2 Hujus deſcriptio legitur apud *Gal.* de compoſit. medic. *κατὰ γένη* lib. IV. Paſtillum eum deſcribit *Paulus*. conſtat Aloes, croci, ſingul. drach. octo, Aluminis ſciſſil s drach. centum exceptis aqua. *Gal.* lib. 4. *κατὰ τόπους*, parabatur olim hoc medicamentum e glaucio, croco, myrrha, ſarcocolla. Meminit hujus remedii *Aetius* in curatione œdematis.

3 *διὰ ἑρτεῶν*, i. ex ſalice deſcribitur *Galeno* lib. IV. *κατὰ γένη*: ut & *Aetio* pag. 834. Iceſium vero 833. Dictamnum 836.

4 De hoc vide *Gal.* lib. V. *κατὰ γένη*.

enim intardata corporibus emoveri, atque excludi mutatione poterunt (*p*) curationis.

p. resumptivæ & recorporativę

CAPUT IV.

De dolore dentium. 71

Fiunt dolores *dentium* nunc omnium, nunc aliquorum, nunc unius, cum sibi vicinantibus *gingivis*, ut etiam contumescant, ac sæpe *ora* faciant subinflari, vel eorum aliquas partes crescente passione (*a*) terebari. Nam sæpe dentes & gingivæ computrescunt, corruptis *ossibus* quibus natura inserti sunt, & recedentibus tumore cogente gingivis, Sed etiam nunc erit *curationis* diligentia partienda, ut initio doloris, vel certe, si ita passio recurrendo tardaverit, *superpositionis* alia adhibeatur curatio, alia *lenimenti*. Quapropter adhuc *recentibus* passionis motibus: vel in asperitate superpositionis doloris constitutis, convenit *abstinentia* cibi, atque *requies* corporis, ut initiorum causæ *aqua* quæ virtute constringat, collutioni oris adhibenda sit, ut est a plerisque conscripta decoctio in aqua & vino herbæ *syderitis*, vel *acaciæ*, vel *leuces*, quam etiam polium vocant, aut *mandragoræ*, sed non sine cautione, ne quid ex ipso liquore transvorent ægrotantes: item *pentaphylli* herbæ, aut *papaveris*; necnon (*b*) *personatæ*, aut herba (*c*) *phlomos* in pusca decocta: vel ex *cornu cervini* drachmis quinque, & *aceti* hemina usque ad sui medietatem decocta, vel de (*d*) pinguis cum aceto decoctæ, aut (*e*) *alterci* radices cum (*f*) *uvæ lupinæ* succo, & vino sufficienti simul coctæ. Erunt præterea ex his, aliqua parte in doloribus constituta, apponenda, vel *lenientia*, vel simili virtute medentium materiarum. Tunc cum dolor vehementescere cœperit, *lecto* tradendus est æger, atque blando tepore (*g*) calefacientibus supino capite collocandus, sed paulo (*h*) prominentius a cætero corpore sublevato. Tum *articuli* fricatione calefaciendi, atque *musculi* buccarum lana oleo calido infusa circuntegendi, appositis *saccellis* ex pollinibus calidis confectis. Tum *oris collutio* ex oleo adhibenda dulci atque calido, vel fœnigræci succo, aut alica ptisana, vel glycyrrhiza, aut lacte cum melle. Et si nimius fuerit dolor, *phlebotomia* adhibenda. Tum tertia die, quo

a. abscedere suppurari

Variæ odontalgiam curandi rationes.

72

73

74

b. bardavæ
c. verbascum
d. caricæ pingues
e. hyosciami
f. solani furiosi

g. calefaciendus, &
h. altius quam reliquum corpus

quo sanguinis facta detractio est, sorbilibus atque calidis *cibis* ægri nutriendi, sed plus perungendi. Alia quoque die si dolor (*i*) steterit atque duraverit, & officium cessaverit ventris, erit (*k*) amovendus ex simplici *clystere*, & loca in dolore constituta *ferro* laceranda, appositis *cucurbitis* secundum buccarum musculos, atque gingivarum locos. Aliquando etiam ipsæ *gingivæ* scarificandæ, vel circumseparandæ a dentibus *ferramento*, quod περιχαρακτῆρα vocant. Est etiam mitigativa ex oleo *vaporatio*, quæ fit ex *ferventi oleo*, quo lanam (*l*) *melotidi* involutam tingimus, (*m*) tunc gingivis (*n*) altrinsecus imponemus, hoc est, interiori atque exteriori parti, & ipsis quoque dentibus, quantum æger ferre fervoris
75 potuerit. Sed prætegenda vicina sunt, lana præmissa, ne facile pustulentur. Alia quoque *vaporationum* genera, quæ sunt a veteribus tradita, erunt adhibenda: ut, *thuris* granum igne calefactum, & tenui linteolo involutum, dolentibus dentibus apponatur, & ita mordeat ægrotantes, ut ex (*o*) ipso vapore resumantur. Item thuris triti *pulverem* singulatim linteolis pluribus illigamus: tunc eorum singula oleo calido prætincta ægrotantibus offerimus mordenda, dentibus scilicet in dolore constitutis: Aliqui etiam *scyllæ* parvum modum aiunt oleo concoquendum, quod nos differendum probamus, ac *lenitatis* tempore adhibendum. Siquidem ob acrimoniam scyllæ recorporativam habeant virtutem. O-
76 portet præterea etiam *mentum* vaporari exterius: & *spongiis* expressis ex aliqua coctione laxativæ virtutis, ad mitigandam materiam, (*p*) ex ipsa adhibere fomentum. Tum *cerotaria* apponenda probamus ex oleo cyprino, vel irino: item *malagmata* sensim calefacientia: tunc *lavacro*, atque *vino* & *cibo vario* utendum.

i. perstiterit
k. admonendus, *alii*, movendus
l. μηλωτρίδι, specillo
m. & tinctã
n. utrinsecus
o. ipsius
p. ex ipsis

Odontalgia inveterata quomodo sit curanda.

Ac si tardi temporis dolor fuerit effectus, ut *chronia passio* videatur, & nunc superpositionibus asperata, nunc lenimentis emollita, oportebit *superpositionis* tempore in iisdem adjutoriis perseverare: totum vero corpus resumere, sicut
77 frequenter docuimus. Præterea tempore exercitii erit offerenda *cera*, quam ægrotantes mordendo dentes exerceant, sicut nuper demonstravimus de *paralysi* (*q*) scribentes. Ultimo autem tempore, *gestatio* erit adhibenda, & *fricatio* capitis atque oris, sed ipsius manibus ægrotantis patvissima, plurima vero ex alienis, sed longitudine temporis potius quam

q. sup. §. 42

vehementia, ne caput nimictate moveatur. Tunc, ne partes refrigescant, vel impleantur etiam, a *plurimis* erit corpus confricandum, ut *duobus* ministris ab humeris latera, & aliis *duobus* ab inguinibus (*r*) curata. Tunc a resumptione, paulo 78
fortius erunt partes *recorporatione* curandæ, ut post fricationem *strigili* non obtuso, vel asperis pannis buccarum musculos usque ad ruborem fricari faciamus, & nunc *dropacem* illiniri, (*s*) nunc etiam ipsos dentes atque gingivas vehementius fricari, dantes præterea jugiter oleum calidum sorbendum, atque continendum & despuendum, item aquam frigidam. Tum interpositis duobus vel tribus diebus, ex humore in quo fuerit (*t*) decocta mali punici cortex, adhibemus *oris collutionem*, vel in quo sit prætincta ignita galla, vel ex aquis sua (*v*) virtute medentibus. Item dentium *confricamentis* utendum, quæ constringere atque fortificare valeant, sicuti libris *medicaminum* ordinavimus. *Vomitus* vero 79
post cibum factus omnibus est contrarius, & maxime in ista constitutis passione: nec aliter *Venus* obesse probatur, & *vinolentia*. Multi autem veterum *Medicorum* accessionis tempore ea medicamina adhibenda jusserunt, quæ (*vv*) *anodyna* Græci vocaverunt, nos indoloria dicere poterimus, que ajunt nocturno tempore adhibenda, profecto *sensum*, *non dolorem auferentia*. Adhibent etiam *fumigationem* dentibus, ut bitumen cum simili pondere myrrhæ, vino consperſæ, molibus prunis (*x*) impositæ, jubentes ore aperto ægrotantem fumum accipere, cum fuerit melius hæc propter inflationem capitis prohibere, & offerre *mulsum calidum*, vel quenquam 80
mitigativum liquorem continendum, vel, ut aiunt, carbonibus infundendum, ut exinde exhalatione facta, solatium capiant ægrotantes. Item jubent circundandos atque involvendos dentes ex *opio*, *galbano*, *pipere*, vel *lasere*, & *peucedano*, & herba quam *tithymalon* vocant. Hæc quidem etiam corruptis dentibus adhibenda probaverunt, nec non tenue linteolum apponendum; (*y*) prælinitum *oleo* cocto vel *sale*, & *cedria*, vel ex *croco*, atque *pipere longo*, & *rosa* recenti, & *iride* illyrica, *galbano*, *cocco cnidio*, *styrace*, *nitro*, cum *melle* medicamine confecto: quæ omnia ob acrimoniam lenimenti tempore locum (*z*) potuerint invenire, quanquam sit etiam fugienda satietas medicaminum plurima. Omitto 81
quod *tithymali* succus appositus dentes infringit: non aliter etiam

r. crura

s. nunc

t. decoctus

v. ut aluminosis & salsis

vv. Narcotica intelligit

x. impositum

y. prius imbutum

z. forte poterunt, græcismus, quales Cælius plures habet.

etiam *ferrei* (*a*) *altheres* exhibiti, (*b*) qui dentium dolores mitigent locorum mortem faciunt, & ipsorum dentium laxitatem, qui aiunt ungendas gingivas accessionis tempore *amurcæ*: (*c*) cum simili modo infecta lana ex oleo veteri & myrrha, cum vino & oleo resoluta, atque (*d*) crassitudine mellis deducta, cum secundum methodon aliud sit tempus medicaminum lacessentium. *Alii* præsente dolore, in contrariæ partis auricula aiunt *balsami succum* mittendum:
82 cum succis supradictis simili modo vel folio. Iis omnibus resolutis, vel oleo decoctis, aut in quo decocta sint *ederæ nigræ* folia decem, & scillæ medium, in ulivæ magnitudinem, spe avocandæ materiæ (*e*) depravati, vel majoris doloris illati causam (*f*) anteriorem avocantes, obscurantesque avocatis sensibus (*g*) ægrotantes. Alii ejus partis, quæ dentis dolorem sustinet, *nari*, ederæ succum (*h*) infundentes, cum olei parte dimidia, ex ferramento quod (*i*) *rinenchiton* vocant. Adhibent etiam *sternutamenta*, & *apophlegmatismos*, & (*k*) odoris medicamina, quæ jugiter aiunt apponenda, & sint virtutis lacessentis; quæ (*l*) *stomatica* vocant: quorum singula, tanquam *recorporativa*, non mitigativa, in le-
83 nimento adhibere probamus. *Alii* statim ad auferendos dentes dolore pulsatos accurrunt, nescii quoniam *detractio amissio partis* est, *non sanatio*. Quapropter sicut alias quoque partes in tumore constitutas non detractione, sed mitigatione curamus, sic etiam dentes curandos accipimus. Etenim si quisquam dentium fuerit exesus, exigit primo mitigationem, tum sui detractionem faciendam. Quippe cum non sit a periculo remotum doloris tempore dentes auferre, & maxime integros, hoc est, qui non fuerint exesi, vel corrupti, aut mobiles. *Consensus* etenim superiorum (*m*) partium necessa-
84 rio sequitur & musculorum, & oculorum. *Herophilus* denique & *Heraclides* Tarentinus mori quosdam detractione dentis memoraverunt. Nam *Erasistratus plumbeum* inquit (*n*) *odontagogum*, quod nos dentiducum dicere poterimus, apud (*o*) *Delphum* in Apollinis templo ostentationis causa propositum, quo demonstratur, oportere eos dentes auferri, qui sint faciles, vel mobilitate laxati, vel quibus sufficiat plumbei ferramenti conamen ad summum. Sic autem putant, quod si omnis dens dolore vexatus, & qui (*p*) necet sanos, est detrahendus, oportet etiam omnes auferri, si omnes fuerint do-

a. Pericharacteres
b. locorum vero mortem faciunt, & dentium laxitatem, qui ut dentium dolorem mitigent, ajunt
c. aut
d. in crassitudinem
e. decepti
f. interiorem evocantes
g. ægrotantem
h. infundunt
i. instrumentum quo naribus aliquid infunditur
k. odoramenta
l. ἀναστομωτικὰ *Nota.*
m. capitis & cerebri
n. ὀδοντοαγωγόν. Græcorum quidam vocant & ὀδοντάγραν
o. Delphos
p. nocet sanis

dolore possessi. Quomodo autem sint auferendi dentes exesi vel moti, nisi servari potuerint, libris *medicinalium Responsionum* docuimus. Ac si aliquando ex humore *gingivarum* visi fuerint commoveri, oportet *constrictivis* uti collutionibus, 85
quarum (*q*) materiæ ex parte superius diximus. Adhibendum etiam *oleum lentiscinum*, & (*r*) *aquas cœlestes*, & *lac asininum*: est enim densabile: item decoctio *mali punici*, vel *gallæ*, aut *acatiæ*, aut *rosæ*, aut (*s*) *murtæ nigræ*, aut *mali cydonii*, vel *platani baccæ*: Ungendæ præterea *gingivæ* medicamine, quod appellamus (*t*) *diamaron*. Item [1] *diaporos*, & [2] *Diaroos*, & Dionphacion, & (*v*) *œnanthio*. Item si quædam emerserit *gingivarum sanguinatio*, corallii tusi pulvis cretus intus ponendus, & alumen cum melle. Item *eruca* cum aceto apponenda. Sed hæc sunt primo coquenda jugi motu versata.

q. materiam
r. aquæ
s. baccæ myrti
t. Diamoron describit Paulus
v. œnanthinum unguentum à Dioscoride descriptum.

1 Διὰ ὀπωρῶν, s. de fructibus, cujus apud Galen. lib. κατὰ τόπους duæ sunt descriptiones. Tale fuerit Electuar. de fructib. Mesues: aut Trochiscus Ramich.

2 Διὰ τῶν ῥοῶν cujus conficiendi modum vid. Gal. κατὰ γένη lib. V. Hujus medicam. basis est rhus coriarorum, sicut sequentium omphacium & œnanthe.

CAPUT V.

De apprehensione, sive oppressione, quam Græci Catalepsin *appellant.* 86

HAnc passionem veteres tanquam specialem, vel propriam tradiderunt, quasi nullo ex genere venientem, ut [1] *Chrysippus* memorat: (*a*) quod de ipsa [2] *Niceratus* conscripsit librum, probans scilicet etiam veteribus medicis cognitam, quod nos confirmamus. Sed quia nunc *tarda*, nunc *celer* à methodicis (*b*) adprobatur, quanquam sit a nobis *celerum passionum* libris plenissime (*c*) tradita, etiam nunc erit ordinanda. Quippe sæpe in tardum veniens motum, & 87
propterea [3] *chronia* nuncupanda. Sequitur autem patientes *febricula*, & *vocis* amputatio cum *oculis* patientibus, atque (*d*) *impalpebratione*, difficilior eo tempore quo statum sumpse-

a. seu
b. judicatur
c. cap. 10. l. 2.
Symptomata.
d. palpebtarum immobilitate

1 De tribus Chrysippis Medicis vid. *Diog. Laert.* lib. VII.
2 Hic fuit Asclepiadis sectator.
3 Morbus hic semper quidem est acutus, quia tamen sæpissime per intervalla redit, chronicis sine vitio adnumerari potest.

pserit accessio: & (*e*) omnis *immobilitas*, cum *palpebrarum* (*f*) impossibili atque (*g*) horrenti positione, quæ declinatione facta, aliqua ex parte accipiat motum. Etenim admota manu ac digitis, (*h*) circumtractis oculis (*i*) tenus (*k*) palpebra (*l*) recognoscitur ægrotantis, atque obtutu inter nota, translatione manus in quamlibet partem declina-
88 ta, sequetur, converso scilicet vultu. Dehinc inclamati oculos intendunt, *lachrymantes* sine ulla responsione: & si *odoramenta jucunda* fuerint admota, (*m*) *declinatione* quadam moveri intelliguntur, frequenter adducentes spiritum, hauriendæ exhalationis causa. At si *tetra* odoramenta fuerint admota, recusare videntur ac fugere. Item *dulcia* atque *amara* ori admota, labiis vel linguæ illita, sentiunt: non aliter si ulla fuerint punctione (*n*) pulsati; (*o*) ex nostro officio tentam manum (*p*) suo replicant, vel colligunt. Item lacessiti collugent, ingemunt, attestante *vultus rubore*, cum *pulsu* magno, ex vehementibus atque fortioribus saltibus
89 confecto. In *declinatione* vero plurimus sæpe *sudor* sequitur ac fervens, & in dimissione (*q*) limpidæ sinceritati proximi efficiuntur. At rursum in *accessionem* si redeunt ægrotantes, pejorante passione plurimus *fervor* accedit cutis, & *spiratio* celerrima, quam *Græci* ταχύπνοιαν vocant, *oculorum* conversio, *manuum* contractio, *sudoris* ignei defluxio, *maculis* emergentibus in thoracem atque vultum, & primo rotundis in similitudinem ulcerum, quæ (*r*) ἰόνθους appellant. Ab *apoplecti-*
90 *cis* hæc discernitur passio, quod in ipsis parvus atque creber pulsus inveniatur, & non, ut in *catalepticis*, major atque percussibilis, & neque jucundum, sive tetrum odorem accipiant, neque dulcia & amara sapiant: item ab iis, qui ex *stomachi* passione obmutescunt. Siquidem in his rursum parvus atque imbecillis pulsus invenitur, attestante *singultu*, cum manifesto *tumore* in stomacho apparente. Hæc est discretio similium passionum, sed ei *curatio* adhibenda est, quæ [4] *epilepticis* dicta est.

e. luminum
f. immobili
g. horrenda
h. circumductis
i. tenuis, exigua
k. palpebratio, nictatio
l. deprehenditur
m. delectatione
n. vexati
o. &
p. subito
Signa declinationis.
q. i. morbi vestigia vix apparent
Quomodo differat ab Apoplexia:
à passione cardiaca.

4 Recte sane, nam vera est epilepsiæ species: pueris iracundis admodum familiaris, quos tum mulierculæ obrigescere dicunt; nec equidem male.

CAPUT VI.

De vocis amputatione, quam Græci φωνῆς ἀποκοπὴν vocant. 91

Causa morbi

VOcis amputatio fit ex *clamore* nimio, aut *frigore*, aut *ardore*, sive ustura, faucibus asperatis, vel etiam *tumore* nimio. Fit autem obtusio sonitu emissæ per spiritum vocis, atque *hirta*, vel aspirationis tractu gravata *locutio*. Recenti denique passioni, atque ejus *initio* convenit adhibita *requies*, cum *abstinentia* cibi: & spongiarum cum *aqua frigida* expressarum admotio gutturi per ambitum faucium, quem *anthereona* vocant. Ac si passio *vehementescere* cœperit, ut majora deposcat adjutoria, adhibenda *phlebotomia*. Tunc sorbilibus *cibis* nutriendi, adhibitis etiam *gargarismis* ex *oleo* dulci atque calido, sive *calida* (*a*) ex oleo: vel aqua *mulsa*: aut decoctione *uvarum*, (*b*) *cantabri*, *ficuum pinguium*, *palmularum glycyrrhizæ*, nec non etiam succo alicæ, vel *ptisanæ*, ut ex eorum vaporatione, sive *exhalatione* (*c*) accensum spiritum rapiant ægrotantes. Tum etiam *spongiarum* adhibenda vaporatio, atque usus *electariorum* ex melle decocto, & (*d*) *nucleis* & *lini* semine, & ovorum *vitellis*, & (*e*) *draganto* mulso & vino præmollito. Dehinc sorbili ex *amygdalis* medicamine utendum. In *declinatione* vero *lavacro*, atque *vario* cibo, & *vino*, *deambulatione*, vel *gestatione*. Ac si querela tardaverit ægrotantium, erit in *lenimento* adhibenda *drimyphagia*, *dropacismus*, *defricatio*: tum etiam *vomitus* ex radicibus, atque varia *gestatio*, & vocis *exercitatio*, quod *Græci* ἀναφώνησιν vocant, adhibito præceptore, sicuti jam (*f*) dudum docuimus, temporum ordine servato. Adhibenda etiam & [1] *arteriaca* medicamina, & quæ partes in passione constitutas exerceant, a *Græcis* (*g*) ἀμυκτικὰ appellata. Quorum compositionem libris *Medicaminum* conscriptam dedimus.

Curatio recentis — 92 — 93

a. & *b.* furfuris — *c.* surgentem vaporem — *d.* nucis Pineæ fructu — *e.* tragacantho — *f.* sup. lib. 1. §. 146. — *g.* vellicandi vim habentis — *inveterati.*

1 Bechica vocamus. Ea tussim movent, & humorum in pectus labentium, vel lapsorum expulsionem per tussim irritant, & adjuvant.

CA-

CAPUT VII.

94 *De influxione, quam Græci* κατάρροον *vocant.*

FIt *influxio* nunc ad *nares*, quæ appellatur *coryza*: nunc ad *fauces*, quæ appellatur *branchos*: nunc ad *thoracem* vel pulmonem, quæ appellatur κτύσις. Sequitur autem eos qui *coryza* vexantur, gravedo narium & frontis, constrictio fluorum oris: *emunctio* humoris tenuissimi primo, tum crassi atque viridis: *sternutatio* jugis, cum lachrymatione oculorum, acrioris qualitatis vel mordentis. Aliquando etiam *tussiculæ* (*a*) impar atque obtusa apprehensio. Item consensus (*b*)
95 sessionis oculorum, cum capitis atque vultus inflatione. Eos autem qui *faucium* influxione vexantur, quod Græci βράγχος nos raucitatem vocamus, sequetur *pruritus* quidam secundum fauces, atque titillatus, *vox* obtusa & gravis, & impedita locutio, ut se præfocari sentiant ægrotantes. Aliquando etiam *tussicula*, & *transvoratio* difficilis. At si ad *pulmones* fuerit facta defluxio, *thoracis* gravedo sequitur, & *tussicula* vehemens, cum *sputis* spumosis, atque crassioribus, tum saniosis, attestante difficultate spiritus, quam Græci δύσπνοιαν vocant. Aliquando etiam *febricula*, quæ noctis initio sumit exordium, cum vocis obtusione, & vomitu cibi. Sed hæc pas-
96 sio a *peripneumonia* discernitur. Siquidem sit una ex *tardis* passionibus, & neque celeri atque acuta febricula corpus afficiat. Item discernitur a *rheumatismo* thoracis, sive influxione, quod cæteris communibus signis sequentibus, dolor etiam inesse videatur in parte thoracis, quæ pati perspicitur. Sunt autem *caussæ* antecedentes, ex quibus influxiones supradictæ nascuntur, ut sæpe probatur, (*c*) *perfrictio* profunda, vel extensio [1] *vomitus*. Veterum igitur *methodicorum* alii *strictuam* hanc passionem vocaverunt: velut expressis humoribus, atque coactis in alia venire loca, eam fieri as-
97 serentes: Alii *solutionem*, ut *Thessalus* manifestat, atque ejus (*d*) decessores, ut *Themison*. *Mnaseas* vero & *Soranus*, cujus etiam nos amamus judicium, (*e*) *complexam* inquiunt esse passionem, nunc strictura superante, nunc solutione. Etenim constrictio atque dolor accidentia sunt stricturæ, quæ Græ-

Partes catarrho obnoxiæ.
Singularum symptomata.
a. pituitæ quantitati non respondens
Quomodo differat a Peripneumonia.
a rheumatismo.
Causæ.
c. frigoris susceptio
Genus morbi.
d. qui ætate illum præcesserunt
e. complicatam

[1] An vocis? ejus enim nimia intensione facile raucedo contrahi potest.

Simptomata generalia strictura, & solutionis.

Curandi methodus, quando prævalet strictura.

Græci symptomata vocant. Multorum vero liquidorum egestio solutionis est signum.

Quapropter obtinente *strictura*, convenit ægrotos jacere *loco* lucido mediocriter, atque calido, adhibita *abstinentia* usque ad tertium diem, quem Græci *diatriton* vocant, cum *requie* corporis, atque animi, appositis *lanis* (*f*) *limpidis*, ac mollibus, oleo dulci atque calido prætinctis, *colla* circundantes, & *thoracem*: tum *oris* collutio adhibenda, sive fotus ex aqua calida. In ipsa autem *diatrito* (*g*) perungi 98
ægrotantes *oleo* calido, atque dulci: fovenda *facies* ex aqua calida. *Cibus* dandus sorbilis ex alica vel farre, oleo & anetho, & parvo sale (*h*) confecto, vel ex melle aut alicæ ex mulso confectæ sorbilis transvoratio, non sine *cautione* atque conjectura (*i*) utriusque passionis, ne (*k*) alteram faciat superiorem. Ac si passio permanserit, alia die *cataplasmata* laxativa adhibemus, iis scilicet partibus, quæ fuerint in querela. Tunc *cucurbitam* infigentes scarificamus, ac deinde *spongiis* vaporantes loca relaxamus, aut calidis lanis contegimus narium partes: tum *gargarismum* 99
damus calidum mulsum, aut decoctionem cantabri, & palmularum pinguium, & (*l*) myxarum, & glycyrrhizæ, vel ejus (*m*) succo resoluto ex aliquo liquore laxativo. Item *electarium* damus ex *lini* seminibus & *sesami* frixi, acetabulis (*n*) singulis, & ovi elixi *vitello*, & *nucleis* numero viginti, & *amygdalis* amaris (*o*) expolitis decem, *amyli* drachma una, (*p*) *traganthi* drachma una, *passo* eretico (*q*) demollito, & *mellis* decocti sufficienti: quod medicamen in avellanæ modum sumptum sub lingua teneant ægrotantes: tum defluens ac (*r*) deficcatum sensim atque paulatim transvorent, vel mel oleo concoctum. Multi autem (*s*) sub *fabam* fractam, 100
quod *Græci* [2] ἴτνος ἀκτὸν vocant, idque linguæ suppositum ac defluens transvorant, quo asperitas arteriæ (*t*) liniatur, vel ex *amylo*, & ex *mentha*, & *amygdalis* amaris confectum medicamen, quod habeat *palmularum* dulcium contritarum drachmas octo, & *nucleorum* drachmas quatuor, & *amygdalæ*

h. confectus
i. stricturæ & solutionis
k. alterutrã
l. prunorum generis
m. succum resolutum
n. singulorũ
o. decorticatis
p. tragachanti
q. emollita, & melle decocto
r. eliquatum
s. subjiciunt.
t. leniatur

2 Quid si ἴτνος vid. Gal. in lib. περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας. Sic apud eundem invenies κυάμινον ἴτνος, & apud Hippocr. φάκινον ἴτνος. Frequenter etiam utitur hac voce Aristoph. Ubique significat pultem ex leguminibus.

3 πρότροπος, πρόδρομος οἶνος, πρόχυμα, vinum sponte defluens, antequam uvæ calcentur. Mustum lixivium, aut, ut lego, musteum lixivium *Columella* vocat. Magna ex parte id olim dulce fuit.

le purgatæ drachmas duas, *glycyrrhizæ* succi obolum unum, hoc est, drachmæ partem sextam, (*v*) *dracanti* drachmam unam, collectis omnibus atque infusis (*vv*) ex vino [3] *protropo*. Ac si *venter* officium non agnoverit, simplici ventris laxativo utendum. Et si fuerit *caput* gravatum, adhibenda *detonsio*, appositis deinde laxativis medicaminibus. Tunc *cibus* alternis diebus dandus. Cum autem passio mitescere cœperit, danda olera, ut malva, lapathum, atriplex, quam *Græci* (*x*) ἀνδράφαξιν vocant, beta cum ptisanæ succo, vel alica, aut mulso, & pisces teneri, & volantum teneriora. Ipsis etiam locis apponenda *cerotaria* ex meliloto cocto confecta, vel *malagmata* simplicia: tum *lavacrum* atque *vinum* adhibendum.

v. tragacanthi
vv. in
x. usitatius ἀτράφαξιν

Ac si superans fuerit *defluxio*, quam Græci *rheumatismum* vocant, simili *abstinentia* utendum est frequenter. Sed frigido atque obscuro mediocriter loco ægrotantes jacere jubemus, & (*y*) abstinendos a *potu*, quo sitiendo siccentur: vel adstringentis *vini* parum dandum, cujus usus cum fuerit permissus, *oris* collutio frigida ex aqua, paulatim, atque parva probatur: tum appositio *spongiarum* ex aqua frigida expressarum, vel *pusca*, iisdem partibus quæ fluore vexantur, hoc est thoraci, atque gutturis summitati, quam Græci *Anthereona* vocant, nos rumam, aut lanæ limpidæ infusæ oleo (*z*) viridi conveniunt. Dehinc dabimus ore continendam, vel *gargarizandam* aquam frigidam, vel puscam, aut succum herbæ [4] *calycularis*, quam *Græci* ἑλξίνη vocant, aut *plantaginis*, quam iidem arnoglossum vocant, aut *uvam lupinam*, quam (*a*) σύχνον nominant, aut *intybi*, aut endiviæ decoctionem, aut *buxi*, aut *rosarum*: item lenticulæ, palmarum thebaicarum, *lentisci* (*b*) virgultis, aut *rubi*, quem βάτον appellant, singulis, vel in unum mixtis, pro passionis magnitudine. Aliquando etiam *diamoron*, sive (*c*) *diasycaminon*, cujus nota compositio, atque *Medicaminum* libris tradita comprobatur, ex aliquo supradictorum liquore soluta. Tunc etiam *epithemata* constrictiva adhibemus, ut est *mel* decoctum cum *alumine* (*d*) schisto, æquis ponderibus: vel *aceto*, & *aloe*: aut ex palmulis, & malis cydoniis, & his similibus: item *cucurbitam* constrictivam, & *electaria*, vel *catapotia*, ut est

Quando solutio prævalet.
y. abstinere
z. τῷ ἀμωτριβεῖ: e virentibus olivis expresso
a. solanum furiosum
b. virgultorum
c. Mora Latini vocant, συκάμινα Græci
d. scissili

4 Parietaria, Romanus etiam Urceolaris & Vitriaria dicta, quod ob nitrositatem suam, urceis, vitris & calycibus tergendis sit efficax.

est *diacodion* simplex, & *vinum* [5] *scivelliticum* coctum, donec mellis habeat crassitudinem, solum, vel cum melle, admixto etiam *cumino*: item *creticum* vinum, vel *passum* similiter 104
decoctum, aut tyrrhenum, vel protropum, & omne quod adjuncta dulcedine constringit, ut arteriam leniat, atque desiccet humorem: item *mel* admixto modico *cumino* concoctum, vel persicæ (*e*) *lachrymo*, vel *plantaginis* aridæ contusæ, atque cretæ pulvere, vel *rosarum* aridarum & *aluminis*. Item trochisci medicaminis [6] *trigoni* appellati. Tum *cibi* ordinandi supradictis jamdudum temporibus convenientes, sed *constrictivæ* qualitatis, ut est oryza, vel alica ex pusca, vel aqua frigida confecta, aut decoctio palmularum thebaicarum: item ova ἀπαλὰ, vel pultes parvissimo atque viridi oleo confectæ, & oriza, vel milio, aut pulento fri- 105
xo, aut alica, aut farre, aut ex amylo, vel ex [7] γῆς ἀστέρος, & melle decocto admixto (*f*) quiddam supradictis, quo (*g*) coagulentur, & virtutem medendi majorem sumant. Item *thebanarum palmularum* decoctarum admixtione in pulmentis uti possumus, vel ex aridis palmulis pane confecto, & oleo viridi, atque (*h*) *rore syriaco*, vel aceto, & galla. Ipsa quoque *pulmenta*, aut *cibos* aridos dare debemus: tum ἀπαλὰ ova, vel lac, decocta cum amylo ad modum *cotylæ* unius, vel duarum, quod est pondus unciarum decem, vel viginti. Dehinc danda *olera* constringentia, ut intyba, plantago, 106
cauliculi: sed hæc omnia cocta, atque *aceto* condita: tum *pisces* durioris corporis, atque *volantia* non pinguia, sed magis torrida; vel ex aceto & aqua cocta. Tunc *declinante* passione vinum dandum est asperioris naturæ. Dehinc adhibenda *gestatio prætecto ore*, quo (*i*) spiratio nulla tangatur injuria: dehinc *lavacro* utendum. Ac si passio tardaverit, superpositionibus ac lenimentis variata, erit in *lenimento* adhibenda *deambulatio*, & *vocis* exercitium mite: tum levis *unctio* ac *defricatio*, & cibi ex media materia dandi, scilicet pro qualitate passionis, solutione aut strictura obtinente, qui erunt quodam profectu augendi, aut minuendi, per *regulam cycli*,

e. lachryma gummi, quod ex arbore Persica stillat

f. portione quadam

g. spissitudinem acquirant

h. Rhoe: *ut infra cap.* 13. §. 159.

Cotylæ mensura unciar. X.

i. respirandi organa

5 Forte, squilliticum, aut Sebeniticum. Sybeliticum erat dulce & omnis mordacitatis expers, ut & Theræum, & Caryinum, *Gal.* lib. 6. Meth.

6 Pastillus trigonus a *Paulo* describitur. Constat, seminis apii, & hyoscyami, sing. drach. duabus, opii drach. tribus, anisi drach. decem tritis in aqua.

7 Aster genus terræ Samiæ, crustosæ, & cutis modo prædensæ.

107 *cycli*; usque ad volantum, atque agrestium; & porcinæ carnis percoctam partem tertiam: sicque *panem* ante pulmenti oblationem, si obtinens fuerit *fluor*, cum aqua dabimus: etiam (*k*) *uvarum fabrilium*, vel pensilium siccatarum acinos, vel intybi thyrsum aceto prætinctum, adhibito lavacro longo dierum intervallo, tum *drimyphagia*. Dandum etiam *laser* cum aceto atque (*l*) *liquamine*: ac deinde locis patientibus adhibendæ *cucurbitæ* (*m*) recorporativæ, quas *Græci* metasyncriticas vocant, & maxime *anthereoni*, hoc est thoraci, vel gutturis circulo, quam rumam vocamus: tum
108 *resinæ* [8] cadialis, hoc est (*n*) dicaminis illinimentum vel dropacis: dehinc etiam ex pulvere (*o*) nitreo lacera *fricatio*, quam Græci (*p*) *mixin* appellant, vel *smegmata*, quorum compositionem *Responsionum* tradidimus libris, vel lemnida cum oleo, aut pyretro cum pipere. Item *unctiones* ex oleo syriaco, & opobalsamo, & laurino, atque irino oleo, & butyro, & pice liquida (*q*) apponenda naribus, atque narium cavernis: Tunc etiam *sinapismus*, & *gargarismata* ex sinapi, vel aqua marina, aut decoctione thymi, origani, hyssopi, (*r*) *glaucii*, quod nos pulegium vocamus, & ho-
109 rum similibus. Dehinc *mutatio locorum* appetenda, & magis maritimorum: tum usus *aquarum* naturalium, quibus erit caput fovendum. (*s*) Decessores vero *medici*, nondum rigore methodico obtinente, in quibus est *Erasistratus*, secundo libro Salutarium præceptorum, & *Asclepiades* tertio Celerum passionum, item *Themison* Salutari libro, atque primo tardarum passionum, quas chronias appellant, (*t*) *meratum potum* dari jusserunt. Ait enim *Asclepiades* duplicandam vel triplicandam quantitatem vini solitæ temperationis, adeo ut uni cyatho unum admisceri jusserit, quo vini & aquæ quan-
110 titas coæquetur. Sed hoc facit in tardante passione. Etenim recentem atque novam curans, libris, quos ad *Geminium* scripsit, salutarium, vinum prohibendum tradidit. *Erasistratus* vero etiam *pileum* vini calidi infusione inflatum capiti imponendum jubet: Lateribus vero ac *præcordiis* lanas apponendas, vino atque oleo calido madefactas: Quorum primo, (*v*) *nervorum* vitiabilis est merata potio, atque capiti faciens *inflationem*: Dehinc etiam (*vv*) abstinentis vino vel solitæ consuetudinis gravabilis: atque noxius est usus pilei, vino

k. fumi vapore siccatarũ cap. 3. lib. 4.
l. Garo, *sup*. §. 40.
m. quales sint vide *sup*. §. 32.
n. liquaminis
o. nitri lancinans
p. μύξιν, i. muci extractionem
q. apponendas
r. γλήχωνος
s. Antiquiores
t. meracum
Asclepiadis libri Salutarium ad Geminium.
v. nervis vexabilis est meraca
vv. abstemiis vel vini usum intermittentibus nocet

N n ca-

8 *Cadialem* vocat resinam liquidam, quod cadis adveheretur.

calido præfusi, vel lanæ tinctæ lateribus ac præcordiis circumpositæ, ob (*x*) dolorum vehementiam. *Lucius* secundo libro Tardarum passionum, cum de iis quæ faucibus accidunt, disputaret, hoc est de supradictis fluoribus, etiam *aridam ficum* torridam, atque vino infusam ante cibum dari jubet. Siquidem rudis atque nova difficillimæ sit digestionis. Sed (*y*) hinc ait mixtum calidum sorbendum, hoc est, vinum cum aqua supradicta, (*z*) meratum. Item admixtam (*a*) *sandaracham*, quæ sit ex ovi albore conspersa, in quantitatem *oboli* unius igni imponendam jubet, vel radicem herbæ (*b*) *tussicularis*, quam βήχιον appellavit: tum per infundibulum ore rapere *fumum* adducto vento, imperat ægrotantes; (*c*) cum sit capiti vehementer contraria supradictorum incensa fumatio. Generaliter autem, atque communi (*d*) repulsione arguendos *Erasistratum* & *Asclepiadem* arbitramur, primo quod non viderint pro passionis motu in curationibus urgentiora nimis præponenda: *Themisonem* vero & *Thessalum*; memorantes constrictivam curationem, [9] libro hæc demetico atque secundo Regulari, quem *diæteticum* vocat, culpandos arbitramur, quod non viderint aliquando strictura fieri superiorum: Item (*e*) plurima *sulphurosa* admiscenda quod satis sit, probaverunt, & lanis, quibus thorax circundatur, (*f*) aspergenda, ordinantes etiam *odoramenta* iris illyricæ aridæ contusæ, atque ejus oleum: item opobalsamum, & (*g*) melanthium linteolo ligatum naribus frequenter admovendum, & anisum, & cuminum, & rutam, vel destillationem amaricini olei, & samsucum, & styracem, vel ex eo oleum confectum, quod *styracinum* dicitur: item (*h*) *hedichrum*, vel (*i*) murram cum thure & sulphure, & radicibus sylphii, quæ omnia caput implent, & propterea sunt evitanda magis accessionis tempore: in *lenimento* vero, ratione recorporativæ virtutis, atque interjecto tempore, per intervalla abhibita poterunt adhiberi.

x. vaporum

111

y. dehinc

z. non meracum

a. i. gummi juniperi

b. tussilaginis.

c. cum tamẽ

d. refutatione

112

e. plurimum sulphuris admiscendum cibis

113

f. aspergendum

g. nigellam

h. ἡδύχρων, vid. Cicer. 3. Tuscul.

i. myrrham.

9 Curationem, illum libro Epistolarum ad Dimantem, hunc secundo Regulari, Epistolæ Themisonis ad Dimantem citantur lib. 4. c. 1.

CAPUT VIII.

114 *De Tussicula.*

TUsficula nunc *arida*, nunc *humecta* corporis irruit, multos ac (*a*) pingues humores excludens: & quibusdam *sola*, quibusdam adjuncta *respirationis difficultate*, quam *Græci* dispnœan vocant, item *sanguinis* egestione, aut *phthisica* passione, vel horum similibus affectis corporibus. Sed de iis tusficulis, quæ aliarum fuerint appendices (*b*) passionum, singulatim scribentes docebimus: de iis vero quæ suæ sunt,
115 atque propria vexatione corpus afficiunt, nunc tradimus *curationem*: quæ ita erit adhibenda, ut de *catharro* scribentes docuimus: discreta scilicet (*c*) *specie*, quo possint electaria, atque pota medicamina, vel catapotia, sive alia quæque sub regula medicinali recte mederi corporibus. Monendi etiam ægrotantes, ne ultra modum competentem [1] *retinendo spiritum* (*d*) alterent potius *tusficulam* quam mitigent, quod quidem si fuerint moderati, ejus motum facilius am-
116 putare datur, quam nimis spiritum continendo. Tum (*e*) apponendum per quod æger adducto spiritu accipiat *vaporem* mulso, vel alica, aut succo ptisanæ: vel eorum quiddam sorbeat, aut ex aqua calida vaporem accipiat. Videnda etiam *uva*, ne ob tumorem sui, aut indulta laxitate, tusficulam provocet. Tum *garcarismatibus*, vel *inunctionibus* utendum, circa thoracem atque gutturis summitatem, *Græci* anthereona vocant. *Epithemata* etiam apponenda, nunc laxativa, nunc constrictiva, quorum species ex antedictis erunt accipiendæ, ne sæpius eadem dicere videamur.

Tussis species
a. crassos, viscidos
b. ut pleuritidis, peripneumoniæ, inflammationis hepatis
Curatio.
c. strictur ę atque solutionis
d. irritent
e. sub. vasculum cum infundibulo

1 Nam retentionem spiritus in hoc morbo quidam utilem judicaverunt: nec sine ratione; nihil enim magis ad citam tussis curationem confert, humorumque influxum prohibet, quam initio non tam spiritum, quam perpetuum tussiendi conatum, quantum licet, cohibere,

CAPUT IX.

De (a) *sanguinis fluore*.

a. Hæmorrhagia

Discrimen ex hæmorrhagiis internis, & quare.

b. viribus prostratis, & accisis.

SAnguinis fluor *occultis* ex locis veniens velut sæpe *salutaris* est, ita vehemens ingerit *periculum*, quibusdam extemplo, ob redundantiam fluoris, celerans mortem, (*b*) corpore disjecto: quibusdam in postremum effecta *phthisica* passione, vulnere non coeunte: siquidem primo tumeat, dehinc excorietur, atque fluidum ex [1] vapore fiat. Sunt autem quæ conventum sive *glutinationem* vulnerum impediant, plurimæ, vel innumerabiles *causæ*. Etenim natura altiora plurimum fervere necesse est, atque fluida (*c*) qualitate*manere, & multo, vel assiduo motu pulsari. Obstat etiam, quod occulta, atque alta, atque celata sint visu, & a vicino medicaminum tactu remota. (*d*) Frustrantur etenim frequenter eorum illatæ qualitates, priusquam locis patientibus adveniant, itineris detrimento, cum non statim, vel extemplo illibata partibus patientibus admoventur. Sunt autem passionis antecedentes *causæ*, ut sæpe approbatum est, *percussio* vel *casus*, item *exclamatio*, vel ponderis perferendi *conatio*, *vomitus* vehemens, aut *Venus* plurima, & *tussicula* perseverans: item abstinentia *hæmorrhoidarum* veterum, quæ fuerint (*e*) inertia amputatæ, nec juxta methodicam rationem curatæ: item *catarrhus*. Sed non erit secundum has differentias curationis regula commutanda. Nominatur autem sanguinis fluor duplici significatione, propria, & abusiva. Nam *propria* est, qua ex *supernis* partibus labens fluor significatur, ut de capite per sensuales vias: *Abusiva* est, qua etiam ex *inferioribus* ascendens fluor significatur, ut ex pulmone, vel stomacho, nausea, aut tussicula exclusus. Improprium est enim fluorem vocare id quod ascensu quodam, non lapsu fertur. Sed hæc *Græci* (*f*) versa vice posuerunt, derivationem nominis intuentes. Hi enim [2] ἀναγωγὴν vocant, quod magis ex inferioribus ad superiora fluorem significat. Differt præterea *fluor* sanguinis a *sputo*, quod neque fluor sanguinis spu-

117

118

119

120

c. sanguine multo abundare

* manare.

d. divanescunt, hebetantur

Causæ.

e. contra artis regulas.

Species.

f. promiscue

Quo differat sanguinis fluor a sputo.

1 Madore fordescit ac pus rejicit. aph. 16. lib. 7.

2 Eadem ratione vox hæc introducta est, qua & Græcis ἀναφορὰν dici, scribit infra §. 200.

ſputum dici poteſt. *Parvam* enim materiæ ſignificationem ſputus refert, fluor *plurimæ*: neque ſputus ſanguinis fluor eſt ſupradicta ratione. Parvam enim materiam ſanguinis ex gingivis, aut uva, aut faucibus emiſſam, ſputum magis, quam fluorem recte nuncupamus.

CAPUT X.

121 *Quot, vel quæ ſint differentiæ fluoris ſanguinis.*

DIfferentias etiam fluoris ſanguinis veteres quæſierunt. Et quidem ajunt *unam ſolam* eſſe vel intelligi, hoc eſt vulnerationis, ut *Themiſon* libro Tardarum paſſionum. Alii vero *eruptiones*, ut *Hippocrates*, *Euryphon*. Sed Hippocrates ſolarum *venarum*, Eurypho vero etiam *arteriarum*. Alii duas differentias poſuerunt, (*a*) *eruptionis*, & (*b*) *putredinis*, ut
122 *Aſclepiades*. Alii tres, *eruptionis*, & *putredinis*, & *oſculationis*, quam *Græci* anaſtomoſin vocant, ut *Eraſiſtratus*. Alii quatuor, adjicientes *expreſſionis*, ſive ſudationis, ut *Bacchius*, adſerens ex gingivis ſanguinem fluere ſine ulla vulneratione: & in curationibus fracturarum ſæpe faſciolarum ligamenta maculis ſanguinolentis aſperſa reperiri. *Demetrius* Herophili ſectator, *duas* inquit eſſe principales *differentias* fluoris ſanguinis: unam *inciſuræ*, aliam ſine ulla inciſura. Speciales vero plurimas, quas principalibus ſubjiciendas ordinavit. Etenim quam memorat *inciſura* fieri, in *duas* diviſit partes: quarum alteram vocavit *eruptionis*, alteram *putredinis*.
123 Eam vero quæ *ſine* ulla diviſura eſt, in *quatuor* dividit partes: quarum unam [1] raritate fieri dixit: aliam *expreſſione* ſive ſudatione: tertiam, defectione vel *debilitate* corporum, quam *Græci* ἀτονίαν vocant: quartam *oſculatione*: vult enim eam differre a ſupradicta, id eſt, expreſſionis, quam tertiam nominavit. (*e*) *Oſculari* enim inquit corpora nimia plenitudine, ſive virtute *medicaminum* oſculantium, quæ *Græci* anaſtomotica vocant: & magis, inquit venarum ultimos fines: exprimi etiam ſanguinem, ſive excludi per ve-
124 narum latera. Alii *Aſclepiadis* ſectatores unam eſſe dicunt (*d*) dif-

Varia hæmorrhagiæ diviſiones.

a. vi manifeſta

b. ex corroſione venarum

c. oſcula venarum aperiri

1 Raritate viarum fieri, *ut in fine capitis*. Raritas vaſis ad tunicarum vaſis laxitatem pertinet: expreſſio ad ſanguinis liquidioris & nimis flexilis tenuitatem.

d. ſpeciem
e. fluxum

(*d*) differentiam fluoris ſanguinis, hoc eſt *eruptionem*. Siquidem omnem ſanguinis (*e*) ſolutionem eruptione fieri *Aſclepiades* memoravit, negantes eam oſculationis differentiam; ſiquidem ſit impoſſibile, ſanguinem craſſum (*f*) tenera fieri per oſcula, vel excludi. Item *putredinis* eſſe differentias negant, ſiquidem ex iiſdem, non ex aliis locis acrior humor fieri videatur. Alii vero eundem *Aſclepiadem* non (*g*) naturaliter putredinis differentiam ab *Eraſiſtrato* conſtitutam expugnaſſe dixerunt: non enim ex aliis locis acriore veniente liquore (*h*) *pulmonem* fieri in putredine (*i*) accepimus, 125
ſed eundem quadam paſſione in putredinem, vel acerrimos tranſire liquores. Nos autem juxta *Sorani* judicium hac quæſtione nullis commodis curationes adjuvari probamus: ſed dicimus *tres* eſſe differentias fluoris ſanguinis, hoc eſt, *eruptiones*, *vulnerationes*, & *putredinis*, ſive lacerationis ex tuſſicula venientis, ſicut operantium manus jugi fricatione, laceſſiti vulnerantur. (*k*) Item ſudatione ſine vulnere, ſive ex *raritate viarum* effectus fluor (*l*) oſculationis differentiam tenet, ſive expreſſionis, vel cujuslibet alterius cauſæ.

f. tenuia ferri
g. rationabiliter
h. pulmonis fieri putredinem
i. exiſtimavimus *Calii ex Sorano ſententia.*
k. At
l. ad oſculationem, ſive anaſtomoſin pertinet.

CAPUT XI.

Quomodo intelligamus differentiam fluoris ſanguinis? 126

Explicatur Cœliana diviſio.

QUæſitum etiam quomodo ſupradictæ *differentiæ* intelligantur, vel apprehendantur. Sed diſcernuntur hoc modo. Nam *eruptionis* eſſe intelligimus fluorem, quoties *repente* ægrotantes atque *limpidum* ſanguinem fluunt, nulla querela vulneris præcedente. Vulnerationis vero differentiam dicimus, ſive *putredinis*, vel (*a*) defricationis, cum adjuncto humore *purulento* ſanguis excluditur, & non repente vel coacervatim: præterea antecedente longi temporis, vel multorum dierum [1] *tuſſicula*, vel catarrho. Item *ſudationis* di- 127
cimus eſſe, cum nullus fuerit vulneris ſenſus, aut acceptorum cibo vel potu acriorum materiarum mordicationis affectio. Qui ſunt *loci*, ex quibus ſanguis fluit? Loci ſunt plurimi, ſummitas *faucium*, arteria aſperior, quæ etiam *faux* nun-

a. corroſionis, lacerationis.

Loci unde ſanguis fluit.

[1] Licet Cælius in genere de quavis præternaturali ſanguinis eruptione agat, ubique tamen ad ſolum ſanguinis ſputum reſpicere videtur.

nuncupatur, *pulmo*, *thorax*, & membrana quæ interius latera cingit, a Græcis (*b*) *hypozygos* appellata: Item membrana, quæ thoracem a ventre discernit, a Græcis *diaphragma* appellata, quam nos discrimen dicere poterimus: item *stomachus*, *venter*, & secundum aliquos *jecur*, ac
128 *lien*, & *vena major*, quæ spinæ conjuncta est. Quomodo intelligimus ex quibus locis sanguis feratur? (*c*) Intelligimus locos, ex quibus (*d*) sanguis fluor, vel lapsus fertur, (*e*) quod erit aptissimum, ob adhibendam curationem iisdem, vel eorum vicinis partibus, & non, ut quidam existimant, commutandæ curationis causa, cum generaliter eadem cunctis adhibenda probamus. Iis igitur qui ex supernis *faucium* sanguinem fluunt, primo (*f*) *parvus* intelligitur ferri, aut si plurimus, *non spumosus*. Præterea cum quodam *excreatu* despuitur: ipsæ quoque partes sumpto cibo, vel potu, aut gargarismate mordicantis materiæ, dolore pulsantur, & inspicientibus nobis (*g*) expressa lingua, visu *locorum*
129 probatur *asperitas*. Plerunque etiam, ut *Erasistratus* ait, tubercula, quæ Græci *condilomata* vocant, visibus occurrunt, quæ sunt similia hæmorrhoidis, ex quibus sanguis fertur. Iis vero qui ex (*h*) *arteria* sanguine fluunt, *parvus* atque *flavus* sanguis ferri perspicitur, & sæpe *salivis* vel humoribus complexus, in imaginem (*i*) *capilli* unius, aut multorum. Sequitur etiam *pruritus*, ac mordicatio, & magis circà extantiam gutturis, cum quodam titillatu, & tussicula levi: Tum deinde [2] *plurimus* sanguinis fluor: *vox* (*k*) hirta cum *dolore*, qui nunc (*l*) tactu movetur, nunc tussicu-
130 la vehementi: plurimus, tenuis, & *spumosus*, & plurimum *fervens* sanguis excluditur, attestante thoracis gravedine, & aliquando dolore, cum voce hirta, & sæpe [3] *cibo* quodam, cum infracto sonitu, eo tempore quo sanguis excluditur. Iis vero qui ex *diaphragmate*, quod jamdudum discrimen vocavimus, & cætera (*m*) prædictos sequentur communia. Sed dolor *inferius* a pectore fit, *rotunditate* quadam thoracem pungens. Eos autem qui ex *hypozygo* sanguine fluunt, multa similia supradictis sequuntur: sed *dolor* secundum *latera* vel pectus, aliquando etiam *inter scapulas* fit: ipse quoque

b. ὑπόζυγος pleura
c. discernimus
d. sanguinis
e. quoniam est
Signa, cuivis parti propria,
f. paucus
g. depressa
h. nim. aspera
i. tenuissime striæ
k. rauca, obtusa
l. titillatu
m. prædictis

2 Cum insignior quædam arteria rumpitur.
3 Sæpissime contingit diaphragmate tussi vehementer quassato, cibos simul cum sputis evomi.

n. & minus copiosus
o. iis
p. superiora tendente
q. fluore,
r. anum
s. hepate, splene, vena magna
t. *sub.* ab
v. ac postea
x. quæ veluti sede
y. & etiam tanquam
z. pernrens
a. nares
b. commeantis
c. faucium

que sanguis minus flavus, (*n*) minus excluditur. In (*o*) 131
eos qui ex *stomacho* sanguinem fluunt, sine ulla tussicula *vomitus sanguinis* sequitur, nigri, atque gelati, & nunc *solius*, nunc cum admixtione *cibi*, attestante dolore inter utrasque scapulas, ad (*p*) superiores tendentem, & magis eo tempore, quo quædam remordentia transvoraverint ægrotantes. Accedit etiam animi desponsio cum fastidio cibi, & salivarum (*q*) fluor, & corpore frigido, & pulsu obscuro, vel demerso. Iis vero qui ex *ventre* sanguinem fluunt, cum supradictis, quæ sunt cunctis communia, & sequitur etiam *dolor*, & mordicatio, vel tormentum inter *præcordia*, & aliquando sanguinis particula per (*r*) *officium ventris* exclu-
detur. Item iis qui ex *jecore* vel *splene* sanguinem fluunt, 132
vel ex *vena magna*, quæ spinæ conjuncta est, ut quidam memorant, sensu loca designantur. Nam in dextera parte præcordiorum *dolor* cum colore *aurigineo* sequitur eos, qui ex *jecore* fluunt. Item in *sinistra* parte præcordiorum hæc accidunt, quoties ex *liene* sanguis ferri perspicitur: vel secundum *spinam*, quoties ex *majore vena* ferri dicitur. Sed *Soranus* alta consideratione ex iis (*s*) locis per *ventrem*, ac per ejus officium ferri sanguinem magis quam per *os* posse credibilius approbavit. Iis vero qui ex *gingivis*, vel *uva*, vel 133
faucium lateribus, vel *tonsillis* sanguine fluunt, supradictorum nulla sequuntur, sed locorum vulnerationem ore aperto oculorum approbat visus. Item ii, qui ex *capite* sanguinem fluunt acceptum primo, vel exceptum (*t*) *internis visceribus*, (*v*) atque ita redditum, si in arteriam defluxerit, excludunt: deinde, cum *tussicula*, vehementi etiam, (*x*) quam de pulmone feratur, similitudinem dabit. Sin vero in *stomachum* defluxerit, vel ventrem, commota *nausea* vomitur; (*y*) etiam quam ex iisdem locis ferri videatur similitudinem
dabit. Sed discerni hoc facile potest, siquidem ægrotantibus 134
fervor igneus ora (*z*) pertractans antecedat, & *capitis* gravedo, vel dolor, & extensio *venarum*, & magis earum, quæ tempora vel frontem cingunt. Sequitur etiam *faucium* titillatus, & aliquando per (*a*) *narium* quædam sanguinis distillatio, vel per eas cavernas, quæ ad *fauces* ex capite descendunt, quod aperto ore, atque exerta lingua visu probatur, & vicina loca quoque sanguinolenta apparebunt.
Aliquando etiam (*b*) remeantis materiæ causa laxiora (*c*) 135
tran-

transvorationis efficiuntur loca, & ægrotantes *excreatu* quodam sanguinem respuunt, accipientes ex supernis, adducto spiritu, ut sæpe muculenta consueverunt dormientes. *Præterea* in *ore* collectus (*d*) excitat sanguis: vel transvoratus, & in *stomachum*, vel in ventrem veniens premit permanens ægrotantes, aut ejectus relevat: & ii qui passione afficiuntur, acceptis vel transvoratis remordentibus materiis, nullam interiorum mordicationem sentiunt quod necessario eos, 136 qui ex stomacho fluunt, sequitur. Ac si in *arteriam* (*e*) fluxerit, tussicula rursum excluditur: quo rejecto, ægrotantibus tussicula mitigatur. Siquidem nulla inesse videtur interioribus remanens causa, quæ tussire provocet ægrotantes: nisi forte, quod est rarissimum, aliqua corpuscula *gelati sanguinis* inhæreant interioribus locis. Item de *pulmone* fluens discernitur, quod jam præcedente tussicula, *in* (*f*) *fluorem* (*g*) veniant, inde tussire non desinant. Communiter autem, cæteris inter se paribus signis, ex *arteriis* veniens sanguis (*h*) *tenerior*, ac *rubri* coloris, & *spumosus* esse perspicitur: ex *venis* vero *crassior*, & *atri* coloris. Hæc est locorum singulatim posita significatio.

d. nim. ad excreandum

e. sub. ex capite

f. acrium humorum affluxum

g. sub. ægri

Differentia sanguinis arteriosi & venosi.

h. tenuior

CAPUT XII.

137 *De effectu, sive exitu supradictarum passionum, quem Græci ἀποτέλεσμα vocant.*

QUæsitum de eventu, sive *exitu*, vel effectu passionum. Nam *Erasistratus* facile curabiles succulentos homines dixit, atque fortes, & *parvicolles*, quos μικροτραχήλους appellavit, hoc est, qui minimæ longitudinis habent colla: *difficile* autem curari posse *tenues*, ac debiles, & porrecta *collorum* longitudine formatos. In his enim, inquit, summa cum difficultate (*a*) sanguis & tussis plurimam per colli longitudinem (*b*) tractus, & quod obsident (*c*) *uvida* plurimo tempore (*d*) habitudinem gutturis, sive cannæ, quam arteriam vocant, ob hoc graves atque (*e*) tardas tussiculas 138 faciunt. *Asclepiades* difficile curabiles inquit *succulentos*, atque carnosos, ob vehementiam spirationis. Eadem ratione etiam *ætates medias*, & *pueros*: celerius etenim inquit spiritum ferri, & in sputis perficiendis offensione carnium retardari.

Prognosis.

a. sanguinis

b. tractu est:

c. sputa tenacia

d. substantiã

e. diuturnas

dari. Plurimi deinde etiam (*f*) *affectiones vitæ* quesierunt; & *regiones*, & (*g*) *temporum* annales partes. Item per (*h*) *putredinem* factum *fluorem* difficile curabilem dicunt, (*i*) ab eo qui (*k*) *eruptione* fuerit effectus; siquidem putrefactæ partes non coeant. Nos vero juxta *Sorani* sententiam fluores sanguinis alios dicimus esse *novos* corporibus atque recentes, alios tardi temporis atque *inveteratos*: & alios *solos*, alios 139
cum (*l*) *tumore*, alios etiam cum *febricula* & *tussicula*; & alios *juges*, alios dimissionibus *intercapedinatos*: ordine servato, aut inordinatos, & superpositionibus ac lenimentis magnis, aut parvis: & *detracta* virium fortitudine, (*m*) ac *servata*. Hæ sunt enim urgentiores differentiæ, secundum quas diligentiam variamus curationis, sive (*n*) servata, sive incerto motu existente passione. Sed *difficile* curabiles fluores, præ cæteris dicimus *tardos* magis recentibus, ob jugem perseverationem: item cum *tumore*, vel *febribus* (*o*) ab iis qui soli esse perspiciuntur. Etenim supradicti spem futuræ 140
conglutinationis negant, & ob (*p*) hoc *complexionis* contraria sæpe adjutoria poscunt, quæ sint diversis adversa: item *juges* fluores ab iis qui dimissionibus mitigantur. Etenim grave, atque minime tutum omne, quod nulla fuerit mitigatione variatum: item *inordinati* ab iis, qui ordine servato corpus afficiunt. Est enim *insidiosa* curationi temporum inopinata varietas. Non aliter etiam (*q*) *superpositione* asperati fluores curatione difficiles ab iis, qui in lenimento constituti sunt, judicantur, ob prædictam rationem vulnerum. Item ii qui plurimum corpus affecerint, atque *vires* ægrotantis insumpserint. *Dat* (*r*) etiam *adjutoriis medicina-* 141
libus fortitudo corporis (*s*) *viam*. Hæc denique etiam in *vulneribus* nudis, hoc est, in exterioribus partibus corporis constitutis fieri cernimus, cum *juvenibus*, vel, ut specialiter dixerim, athletis & laborantibus hominiubs *facilia* vulnera fieri videamus: *senibus* vero, & omnibus imbecillibus, *difficilia*. Quapropter etiam in (*t*) vacuis, vel exercitatis corporibus *Asclepiadis* dicta minime conveniunt. Item *ulceratione* facti fluores difficiles curatione ab iis, qui *eruptione* fuerint effecti, judicantur. Siquidem transcenso, atque prætermisso initio, *novitatis* (*v*) *fructu* caruerint, quo facilis glutinatio fieri solet: negat enim *tarditas* (*x*) facultatem. Item 142
eruptione facti fluores ab iis, qui (*y*) *sine* eruptione fuerint, dif-

f. ἐπιτηδεύματα, vitæ genera
g. anni tempora
h. erosionem
i. præ eo
k. violenta difruptione
l. phlegmone
m. aut
n. certe
o. præ iis
p. hanc complexionem
q. variis paroxysmis efferati
r. enim
s. operandi facultatem
t. nec plethoricis, nec cacochymis.
v. beneficio
x. facilitatē
y. simplici transudatione, vel anastomosi

difficiles sunt curatione. Ejus enim factæ glutinationes alterius (z) *passionis* initium referunt. Item ex partibus (*a*) *multis* factos fluores, ab iis qui *parvo motu* agitantur, difficiles curatione accipimus. Est enim motus cohærentium partium disjunctio. Item ex *occultis* partibus venientes ab iis, qui (*b*) *proprias* tenuerint partes. Etenim adhibita *adjutoria* occultis vel celatis partibus, vitiata suæ virtutis *sinceritate*, perveniunt, sanis primo locis excepta, ac deinde transmissa: ii vero qui ex (*c*) *primis* locis fluores veniunt, (*d*) indo-
143 mita adjutoriorum virtute curantur. Denique a *stomacho*, vel *ventre*, aut *faucibus* venientes, *facile curabiles* approbamus. Etenim pota *medicamina* patientibus *primo* locis adveniunt, & non nimio, aut jugi naturæ motu [1] exercitatis. Ii vero, qui ex *hypozygo* membrana fluores venerint, *difficiles* curatione judicantur: & magis si ex *diaphragmate*, quod nos jamdudum (*e*) discretorium diximus; item ex *arteria*, hoc est pulmonis calamo. Omnium præterea *maxime difficilis*, atque gravior curatione ex *pulmone* fluens accipitur, ob juge spirationis officium. Iis enim qui omnem fluorem de pulmone venientem *incurabilem* dicunt, assentiendum non est.
144 Sed juxta *Sorani* sententiam difficilis est eorum curatio judicanda: quippe cum vulnerationibus thoracis sæpe *pulmo penetratus* non intulerit mortem, ut purgamentis exclusis vel exeuntibus, etiam *febre* oborta, adhibita curatio in *cicatricem* vulnera fecerit convenire, ut omnes approbant *Chirurgi* memorantes in bello quendam sagittatum penetrato pulmone convaluisse, sanguinemque a sagitta (*g*) vomuisse, nec tamen mortem fuisse consecutam. Hæc sunt quæ de effectu, sive de *eventu* fluorum credidimus ordinanda. Etenim ex *capite* veniens fluor generaliter est curatione *facillimus*: siquidem non multos sustinet motus.

145 Nunc nobis necessario dicendum remanet, (*h*) ne cui [2] κοινώτητι *sanguinis* fluor adscribatur. Aliqui etiam *Thessali* sectatores recenti *incisuræ*, sive *vulneris* passioni subjici dixerunt. Non enim (*i*) oportet *locorum* differentia κοινωτήτων mutare virtutem. *Externam* igitur corporis eruptionem recen-

z. infidæ cicatricis
a. multum moris
b. eas ipsas unde fluit sanguis, ut nares, gingivæ &c.
c. superficiariis
d. nondum imminuta
e. discrimen
g. purum & copiosum exspuisse
Ad quodnam morbi genus spectet sanguinis fluxus.
h. numa licui
i. ex Asclep. sententia

1 ut pulmone. Referendum hoc ad supradicta: nempe ægre curari fluorem, qui fit ex parte motu jugi & nimio exercitata.

2 Κοινώτης, ut jam diximus, Methodicis significat analogiam quandam, quam morbi, eosque curandi modi ad se invicem habent.

tem dicimus *incisuram*, (*k*) quo erit consequens, ut etiam *interiorum* eruptio huic κοινώτητι subjiciatur. Sed his respondemus, quod (*l*) passio non *chirurgia*, sed *diætetica* traditur curatione. Omne etenim adjutorium, quod adhiberi videtur supradictis fluoribus est diæteticæ partis, non chirurgiæ. Quapropter *diætetices scriptores* libris regularibus, quos diæteticos vocant, de *hæmoptyicis* scripserunt, quos nos sanguinem spuentes nuncupamus. *Chirurgi* vero in chirurgumenis 146
hoc memorare non ausi sunt. Ipse quoque *Thessalus* secundo libro diætetico de *fluore sanguinis* scribens, nihil in *chirurgumenis* memoravit. (*m*) Et improprium, quod sola *diæta* (*n*) curetur, in adjutoriis adhibendis *chirurgiæ* κοινώτητα scribere. Nos vero juxta *Sorani* judicium, sive in *exterioribus*, sive *interioribus* corporis eruptionem factam *recentem*, divisuram recte dici probamus, atque etiam solutionem cognominamus, sed in exterioribus (*o*) *attentionem* recentis vulneris (*p*) judicamus. Hæc enim nos necessario rapit, siquidem solutioni divisura dominetur, & (*q*) figmentorum vel fabularum *conjunctionem* ex initio deposcat, atque hæc (*r*) *divisuræ* aptissima videantur, quæ non in omnibus sunt congrua (*s*) *solutioni*. Etenim (*t*) *sagittarum* divisuræ [3] laxativæ ne- 147
cessario accipiuntur. *Interiorum* vero eruptionum divisura urgente solutionis κοινώτητα ipsam magis cogimur (*v*) judicare. Siquidem prior [4] oculis occurrat (*x*) *solutio*, ac deinde *divisura* ratione atque intellectu mentis apprehendi videatur. *Secundo*, quod cum sint multæ *differentiæ* fluoris sanguinis, omnes uni subjici *solutioni* videntur, hoc est, eruptionis, & ulcerationis, & sudationis. (*y*) Quæ non cogatur. Hæc causa fluoris differentias quærere, aut (*z*) aliæ κοινώτητι *eruptionem* adscribere, aliæ *ulcerationem*, & non eidem sive ulcere, vel ruptione, vel (*a*) emissione emissum fluorem. *Ter-* 148
tio,

k. quare
l. de qua hic agitur, sanguinis fluxus
m. Est vero improprium in eo quod
n. curatur
o. indicationem, ἔνδειξιν
p. potius quam solutionis
q. filamentorum, sive fibrarum
r. vulneri inflicto
s. ex causa interna
t. membris adhuc infixarum
v. considerare
x. magis
sub. in internis consideramus solutionem quam divisuram
y. Quare non cogimur hac causa.
z. alii.
a. sudatione

3 laxandę solutiones. Divisura omnis fibrarum conjunctionē postulat: at non item omnis solutio. Nam sanguinis fluxus, qui accidit hærente adhuc sagitta, quamvis solutionis morbus fit, laxandum & diducendum vulnus ostendit, ut telum extrahatur, id quod solutionem auget, & conjunctioni fibrarum contrariū est.

4 In externis vulneribus facilius à nobis divisura cognoscitur, ut quam oculis intueamur: solutionis vero morbum esse, non adstrictionis, haud ita facile nos intelligimus, quoniam ex Methodi & artis principiis statuendum hoc est. At in internis vulneribus solutio, quam sanguinis fluxus ostendit, prior cognoscitur, ex eaque divisuram factam deprehendimus, cum in externis potius divisura solutionem denuntiet.

tio, quod nullo adjutorio *chirurgiæ* uti cogamur, sed omnibus congruis solutioni, quæ sæpe (*b*) consequenter etiam glutinationem partium perfecerunt. Ad *summum* quidem, est recens *incisura* sive vulnus κοινώτης, sed ex medicaminum regula, quam Græci *pharmacian* appellant, diæteticæ parti (*c*) ingesta apte curatur (*d*) quibus etiam supradicta passio curatur, obtinente judicio solutionis. Hæ sunt fluoris sanguinis κοινώτητες. Eas enim (*d*) qui iis cognominari atque conscribi possunt, præscripta lectione tradidimus. Nunc *curationem* necessario ordinamus.

b. optime
c. sociata
d. diæta & medicaminibus
d. quæ in his nominari, eas nempe κοινώτητας divisura & solutionis

CAPUT XIII.

De curatione.

149 OPortet igitur ex qualibet parte sanguine fluentes jacere *loco* mediocriter *frigido*, atque *obscuro*, *lecto* immobili, & *schemate* (*a*) declinato, ut paulo (*b*) promptius caput levatum habere videantur, *stramentis* non nimie cedentibus, neque calidis, & ut potuerint, uno atque eodem schemate perseverantes, hoc est, *immobiles*: præterea *animi* intentionibus solutos. Vehementer enim (*c*) motibus corporis *animorum curæ* sæpius turbationes addiderunt. Erunt etiam *solo*
150 consternenda folia atque rami *lentisci*, *vitis*, *mali punici*, (*d*) *thalliæ*, *murti*, *salicis*, *pini*, & horum similium, quibus sine capitis injuria *constrictivus* aer (*e*) adnatus, atque confectus congrue (*f*) ægrotantibus inspiramentis inseratur. Non enim *cibi* atque *potus* ratio, ac diligentia curanda est, quæ intervallis distantibus adhibetur, quo *constrictionis* faciant commodum, vel fluentia retineant, potius quam *aer*, qui (*g*) pausabiliori inspiratione adductus, omni parti atque particulæ corporis ingressu suo fluentia facit cohiberi, miti (*h*) *densitate* [1] persuasa. Convenit præterea, ægrotantes elatiore lecti *sessione* declinari, ut omnifariam immobiles curandi perseverent: prohibere etiam occasiones, quæ (*i*) poterint passionem (*k*) in *commemorationem* perducere, ut locutionis
151 vel *visus*: ne aut eadem plurimis (*l*) fabulis revolvendo aut

Curatio generalis.
a. decliviori corporis
b. altius
c. humoribus an morbis?
d. oleæ
e. inductus
f. ægrotantium
Aeris major habenda ratio, quam cibi & potus:
g. mitiori, leniori
h. vi adstringendi
i. poterunt
k. irritare
l. multa oratione, & sæpius repetita

1 Hac voce Cælius sæpe magna cum ἐνφάσει utitur, quando aliquid non vi trahi, sed quasi ratione duci, & blandimentis persuaderi vult innuere.

aut inſpiciendo quæ excluſa ſunt, viſo admoniti commoveantur. Convenit denique etiam *ſanguineos colores* parietum, vel ſtraminum, ſive operimentorum declinare. Adhibenda præterea *cibi abſtinentia* permittentibus viribus, uſque ad *tertium* diem, non ob [2] relaxanda corpora, ſed quo (*m*) *altiora*, quorum eſt officium accepta digerere, immobilia perſeverent. Omnis etenim ciborum (*n*) *appropriatio* motu quodam neceſſario (*o*) perſpicitur. Quo fit, ut ea que ſunt aptiſſime (*p*) conglutinanda, motu reſoluta differantur. Quapropter ob acceptorum digeſtionem, cibum ſumi prohibemus, & *abſtinentiam* utiliſſimam judicamus. Prohibendi denique ægrotantes ab officio *locutionis*, ut ſi quid voluerint, uſi nutibus, vel ſcriptura dari ſignificent; magis quando ex *pulmonis cannula*, quam *Græci* arteriam vocant, vel ipſo *pulmone*, aut thorace ſanguinis naſcitur fluor. Convenit etiam articulorum tenacior *ligatura*, ſi fluor vehemens fuerit. (*q*) *Denſitati* etenim articulorum patientes conſentiunt partes; item *ſpongiarum* mollium, ac limpidarum, & levium, ex aqua frigida, vel aqua & aceto, vel decoctione mali punici, vel rubi, aut lentiſci, aut myrti patientibus partibus appoſitio, hoc eſt, ex quibus ſanguinem ferri agnoverimus. Et erunt hæc jugiter *commutanda*, ne naturali corporis vapore tepeſcant. Ac ſi ſpongiæ viſæ fuerint ægrotantibus graves, erunt apponenda (*r*) *ptygmata* ex ſupradictis liquoribus infuſa, aut *ſucco* plantaginis, vel intybi, aut herbæ calicularis, aut uvæ lupinæ, quam *Greci* στρύχνον vocant, vel ſempervivę, quam αἰείζωον appellant, aut polygoniæ, & acaciæ ex aceto ſolutæ. Ac ſi ex *capite* fuerit ſanguinis fluor, erit *pſilothro* (*ſ*) exſpoliandum; tum *fomenta* adhibenda ex oleo viridi, aut roſeo, aut lentiſcino, aut [3] melino, aut murtino. Sin vero plurimus fuerit fluoris lapſus, *radendum* caput, atque *gypſo* illiniendum, vel acacia ex aceto, & magis frontis atque temporum partes. Perſeverante fluore *cucurbita* quoque apponenda, ſubjecta flamma plurima, occipitio. Si autem etiam per nares ferri videatur, erit (*t*) συπτήρια immittenda ſicca, vel aceto infuſa, vel (*v*) alia qualibet ex liquoribus ſupradictis. *Ora* quoque ſpongia ex aqua frigida expreſſa

m. viſcera

n. acceſſus appulſus, vel etiam ὁμόιωσις, aſſimilatio.

o. perficitur

p. conglutinata

152

q. arctationi & adſtrictioni

153

r. involuti panniculi & multiplices

ſ. capillus detrahendus

154

t. alumen

v. alio quolibet

2 Nam Methodicis inedia laxat, potus & cibi adſtringunt.

3 Oleum hoc conficitur ex malis cotoneis & ſtrutheis. *vid.* H. N. *Plin.* lib. XIII. cap. 1.

ſa jugi tactu detergenda. Tunc etiam *cataplaſmatum* adhibendus eſt uſus ex rebus conſtrictivis atque *epithematibus*, quæ paulo poſt cum ſuis nominibus ordinabimus. Danda etiam aqua frigida, vel puſca frigida, aut *gargariſmus* ſine ullo (*x*) percuſſu, quoties ex proximis partibus *gutturis* ſanguinem ferri viderimus. Ac ſi per (*y*) *inferiora*, vel (*z*) *altiora* ferri ſanguinem viderimus, ſorbendos dabimus (*a*)
155 *cyathos* duos vel tres. Quod ſi minime mederi valuerint, etiam *ſuccus* plantaginis, aut intybi, vel uvæ lupinæ, aut (*b*) polypodii, aut herbæ calycularis, aut roſæ erit offerendus, & neque *plurimus* jugiter, ne ejus percuſſu partes noceantur, aut liquidorum (*c*) influxio, quę (*d*) quidem ſint *conſtrictivæ* virtutis, redundantia tamen, laxare videatur: neque rurſum *longioribus* intervallis. Sic enim *frigus* a nobis illatum naturali (*e*) vapore obtuſum parvi temporis medelam dabit vitiatam: tum *tertia die* tranſacta, hora acceſſionis ſolitæ *articulos* leviter ungimus frigido atque viridi
156 oleo. Dehinc detergemus *faciem* quoque, ſpongia aqua frigida expreſſa (*f*) retangentes: *cibum* damus parvum, *conſtrictivum*, ut panem ex aqua frigida, vel puſca, aut alicam ſimiliter, vel oryzam decoctione thebaicarum palmularum confectam, vel eaſdem ex aqua [4] recenti confectas: aut ſi plurimum valere hæc voluerimus in aqua cœleſti tamdiu coctas, donec liquor mellis habeat craſſitudinem, aut ex (*g*) malis cydoniis. Tunc etiam danda *ova tremula* ex puſca, aut rhoe Syriaco aſperſa. Dandus etiam *panis* ſimplex, aut in his infuſus, tum interpoſito ſpatio temporis dandus potus aquæ frigidæ parvæ. Dehinc permittentibus viribus *alternis* diebus æger nutriendus, etiamſi nondum repreſſus fluor videatur, uſque ad id tempus, quo cicatricem firmatam ſen-
157 ſerimus. Quod quidem *Themiſonis* atque *Theſſali* ſectatores uſque ad ſeptimum diem (*h*) ſervari dixerunt, hoc eſt, trium *diatritorum* ſpatium. Ut enim [5] *Antipater* ait tertio Epiſtolarum libro ad *Gallum* ſcribens, Naturalis eſt ratio trini numeri, non ſolum in his diebus, ſed etiam in omnibus diatritis. Sed eſt melius, ut *Soranus* ait, quoniam non æquali tempore, nec dierum numero cunctis poterit *cicatri-*

x. odore gravi, & caput feriente
y. uterum, ſedem, urinæ vias.
z. vomitum
a. ex præſcriptis adſtringentibus
b. polygonię ut ſupra
c. ingurgitatio
d. quamvis
e. tepore corporis
f. ſæpe contingentes
g. ſub. aliquid
h. ſervandum

4 Recenti pro *dulci* an forte *recentes*? Nam vetuſtæ palmulæ dulceſcunt, & minus adſtringentes fiunt.

5 Hic fuit Methodicus Galeno coævus. aut paulo vetuſtior.

tricis firmari ſoliditas, ob alias cauſas, & ob fortitudinem corporis, ac debilitatem, pro differentia naturali variatam; neque nos unum atque eundem (*i*) ſignare poterimus finem.

i. determinate

Quid porro fieri debeat.

Dehinc ſequentibus diebus aliqua erunt *emplaſtrorum* apponenda, aut *epithematum* conſtringentium, atque frigidantium, quæ ſunt plurima particulariter. Etenim *Thebaicæ* palmulæ vino (*k*) acriori infuſæ, vel aceto contritæ, admixtis malis *cydoniis* decoctis, aut mali *punici* corticibus, aut alumine vel acacia, aut hypociſtide, aut galla, aut œnanthe, aut aloe, aut cerotario ex oleo roſeo confecto, vel melino, aut myrtino, aut lentiſcino, aut œnanthino, aut mixta etiam maſtiche trita, aut mele decocto, galla contrita, (*l*) aut aſpera, aut pulvere mali punici, vel mannæ thuris admixto alumine (*m*) *Liparo*, quo malagmatis ſumant omnia qualitatem, tum linteo, vel panno illinita patientibus partibus apponenda: vel illud medicamen, quod libris *Celerum* paſſionum memoravimus, de *cardiacis* ſcribentes, & appellavimus *diarrhoos*, vel ex polento, & virgultis rubi, vel arnogloſſæ, aut herbæ ſideritis, vel uvæ lupinæ, aut (*n*) calicularіæ, aut anulorum vitis, aut ſempervivæ: item intyba cum pane ex aceto, aut palmulis, aut (*o*) murtæ mollibus foliis, aut ejuſdem ſemine viridi, ante cibum offerenda: vel ante cibum dare oportet [6] *elixum* aut non coctum *panem*, & plantaginem ex aceto coctam & viridi oleo, aſperſo rhoe Syriaco: item *bulbi* ex aqua & aceto, & rhoe Syriaco confecti dari poterunt cibo. Non aliter etiam *cochleæ* erunt offerendæ: habent enim quiddam glutinis naturalis [7] utraque, & compaginandi virtutem, cum proficiente curatione. Danda etiam *pomorum* quædam, ut mala cydonia cocta recenti mulſo: vel (*p*) torrida præſumpto tegmine, farina conſperſa, aut ſorba, aut mali punici grana, aut (*q*) *fabrilium* uvarum; item *volantium* non pinguia, ut ſunt pectora turdorum, vel pullorum matrem ſequentium, item columbarum, aut phaſianorum, aut attagenarum, aut perdicum, quarum erunt murta pectora penetranda: tum etiam porcinæ carnes, cerebrum, pedes, auriculæ, ora, vel

158

159

160

k. acerbiori

l. & aſperſa

m. Liparæo in inſula Lipara confecto. Plin. ca. 15. lib. 35. *Medicamen diarrhoos.*

n. calycularis

o. myrti

p. toſta prædempto

q. fabriles uvas *vide n.* 3. *lib.* 4.

6 Pane hoc elixo, vix panis nomine digno, ruſtici in Germania mire delectantur. Ex farina cum aqua ſubacta formant globulos ad ovi anſerini magnitudinem, quos aliquandiu in aqua elixatos, poſtea cum butyro in ſarragine frixos comedunt.

7 Utræque aquaticæ & terreſtres: vel pomatiæ & vulgares: vel nudæ & tectæ.

vel auricularum summitates, quæque fuerint nutribilia, nec
161 tamen difficilia digestione. Dandum etiam *catapotium* ex mel-
le decoctum, sub lingua detinendum, singulare, aut ad-
mixto (*r*) gummi, vel (*s*) draganto. Etenim sufficienter
decoctum *mel*, sicut in externis corporum, glutinat divisu-
ras, non aliter etiam interioribus mederi necesse est, atque
jam glutinata solidare proficiente curatione. Dabimus etiam
vinum, & magis illud quod non fuerit mordicantis virtutis,
hoc est quodam sensu linguam remordentis, tum ad sum-
mam paulatim erunt ægrotantes resumendi, cum *præcautio-
ne* vehementium commotionum. Sunt enim leviter atque
sensim *movendi*, (*t*) portatoria scilicet, vel cathedra lon-
162 giore, & firmato corpore *lavandi*. Etenim *lavacra* fervoris
causa atque motus illati, quod corpora (*v*) celerato spiritu
agitant, recentium glutinationum atque mollium vulnerum
redulcerantia (*x*) probantur. Cum enim oporteat coherceri
atque densari patientia loca *contraria qualitate*, necessario (*y*)
vexantur fervoris illati causa. Inflata etenim parva ex occa-
sione, atque turgentia redulcerantur. Præcavenda denique
etiam *vehementia* exercitia, & magis retento spiritu peracta.
tum utendum *peregrinatione* terrena atque maritima: & si
corpus viderimus (*z*) non attestante fortitudine *augmenta
carnis* accepisse, erit abstinentia cibi imperanda: tum sequen-
163 tibus diebus parvus dandus est cibus vino detracto. Etenim
cicatricis novitas, quippe ex venarum vasculis confecta, at-
que nondum fortificata, si carnis pondere fuerit prægrava-
ta, necessario rumpetur. Semper autem oportet *ventrem* mi-
tius emollire. Acriores etenim *clysteres* incongruis motibus
lacerant cicatrices, atque recursum faciunt passionis. At si
vehemens atque plurimus fuerit *sanguinis fluor*, erunt exten-
dendæ adjutorii virtutes. *Acetum* denique (*a*) syncere dabi-
mus ore retinendum, vel gargarizandum, aut sorbendum,
spreto quorundam judicio, qui asperum, vel tussiculam com-
movens, atque fluorem provocans acetum dixerunt, siquidem
164 etiam *gelatum* sanguinem solvit. Etenim asperat, vel tussi-
culam commovet, si jugiter atque immodice fuerit datum.
(*b*) Solvit autem ejus *percussibilem* virtutem distantia tem-
porum, oblatione variata, quæ non sensibili tactu, sed (*c*)
remissibili quadam digestione longioribus actibus immoratur.
Item quod *fluorem* non provocet, demonstrandum non est,

r. sub. arabico
s. tragachanto
t. sub. sella
v. i. accelerato humorum & spirituum motu
x. probabiliter credunturur.
y. vulnera *sub.*
z. absque viribus
Vires aceti.
a. syncerum
b. minuit
c. leni

siquidem sit manifestum, in externis corporibus *vulneribus* constitutis necessario fecisse densitatem, & propterea conducibilis atque glutinantis virtutis fuerit approbatum. Danda 165
etiam *acacia* aceto soluta, aut *pusca*, aut ex supradictis liquoribus: non aliter etiam *hypocystis*, vel [8] *licium* indicium, aut *omphacium*, vel *balaustium*, aut *œnanthe*, aut (*d*) *polios* herba, aut *gentiana*, aut [9] *macir*, aut (*e*) *ponticum*, vel [10] *Ægyptia spina*, quam acaciam vocant: quarum nunc sunt radices infundendæ, vel decoquendæ, nunc earum succi vel lachrymæ admiscendæ: siquidem sint frigidæ atque constrictivæ virtutis convenientia obturamenta: item [11] *corticis* vasculi vetustissimi vini, exusti, & triti pulverem asperum tribus *cyathis* puscæ frigidæ, aut decoctionis, quam supra diximus, bibendum (*a*) dari, in modum *cochleariorum* duorum. Etenim constringit cortex inveteratus, & magis antiquissimi vini, commutatus, tarditate temporis aucta virtute. Utendum etiam *trochiscis* confectis ex supradictis speciebus, item ex *rosæ seminibus* [12] trochiscis, quorum compositionem *Responsionum* libris, de medicaminibus dicentes, tradidimus: item eo quod appellatur (*b*) *dielectrum*, item eo quod *œnocraton*, & alia similia, quorum compositionem, ut supradictum est, *Medicaminum* libris tradidimus.

d. polium
e. Rhaponticum
a. dare oportet
b. ex succino

Quid faciendum in sanguinis fluore immodico.

Ac si coadcervatus perseveraverit *sanguinis fluor*, utendum etiam vehementioribus quibus obturentur altiora, (*c*) sua & teneritudinis causæ, tamen erunt *ocyus* adhibenda, ne passionis ipsius impetu in manibus nostris vitam linquere cogantur ægrotantes. *Prædicto* igitur *periculo* eorum proximis 167
aut ministris, vel quod producta vita spem sæpe vanam de-

c. suæ tenuitatis causa, quæ

de-

8 Lycii historia apud Botanicos recentiores admodum est confusa & intricata. Ex veteribus constat fuisse id succum inspissatum ex frondibus arbusculæ alicujus spinosæ, sive rubus ea fuerit, sive rhamnus, sive acacia. *Vid. Plin.* H.N. lib. XXIV. cap. 14.

9 De hoc macir *Vid. Plin.* H. N. lib. XII cap. 8.

10 Pastillos ex Ægyptia spina describit Aetius pag. 465.

11 quidam hic *facem* interpretantur. Ego vero, *picem siccam* in fundo doliorum vini repertam, eorum præsertim, in quibus vinum dulce vetustatem adeptum est. Ejus & sabinæ pulvere curatum Ægyptium quendam fuisse jam ad hydropis initium perductum, Aetius tradit pag. 568.

12 Pastillos ex rosis & ex succino describit *Paulus*. Quidam legendum putant, pastillos ex rosis, διὰ ῥόδων, & ex seminibus, διὰ σπερμάτων. utrosque hic convenientissimos *Paulus* descripsit.

derint ſanitatis, erunt hæc adhibenda : ſupradicti *corticis* cinis exuſtus cum liquida *pice* ſpongiæ impreſſus : decoctio *lentiſci*, & *rhois* Syriaci, & (*d*) *clygmatium* ſupradictorum ſuccorum. Nam hæc conficiuntur hoc modo. (*e*) Agmine *vitis* uſtis virgultis, atque ex eorum cinere confecto (*f*) *liquamine*, ſcilicet aqua imbriali admixta, quam vulgo *ciſterninam* vocant, dabimus ex ipſa bibendos *ciathos* tres, vel quatuor, nullis aliis ſpeciebus admixtis. Nam quidam in his, ſi *febribus* adficiantur, etiam *vinum* immiſcuerunt (*g*) vividum, vel *ſpongiæ* uſtæ cinerem, qui conficitur hoc mo-
168 do. *Spongia* expreſſa *aceto*, atquu *pice liquida* madefacta, vaſculo novo includitur teſteo: tum circuntegitur luto, & uſque eo inuritur, donec carboneſcat: dehinc (*h*) trita in pulverem, ex quo *cochlearis* unius quantitas aquæ vel puſcæ frigidæ mixta datur bibenda: vel ſi virtutum medicaminis augere voluerimus, tinctam, ut ſupra diximus, ſpongiam (*i*) liquidæ picis pulvere *bituminis* aſpergimus. Decoctio autem *lentiſci* conficitur hoc modo: Ejus *virgultorum* ſumentes ſufficientem modum, *aquæ* imbrialis infundimus *ſextariis* duobus: tum decoquimus: & cum ſemel, vel ſecundo (*k*) ſca-
169 tere viderimus, expreſſas detrahimus lentiſci comas: tum *liquorem* decoquimus, donec ad tertiam partem deducatur, cujus *cyathum* admixtum duobus cyathis *aquæ* bibendum propinamus. Non aliter etiam electariorum decoctio conficitur. Ob *electarium* autem conficiendum erunt ſumenda *mala punica* recentia & infuſa, niſi fuerint mollia, quibus contuſis atque compreſſis, aliquantum detrahimus ſuccum, atque decoquimus, donec *mellis* craſſitudinem ſumat. Et quantum *medicaminis* virtutem (*l*) tendere voluerimus, tanto valentius mala exſuccamus, quo expreſſa ultimum atque craſſiorem ſuccum dimittant, ut etiam eorum *cortex*, ſi quid humoris
170 habuerit, ſudet. Convenit etiam medicamen, quod *Themiſon* ordinavit hoc modo. *Mali punici* partibus duabus *aloe* admixta parvi cochlearis quantitate cum *aqua* frigida offerenda. At ſi *ſalutio* perſeveraverit, addenda etiam conſtrictiva *cucurbita* parientibus partibus, tum (*m*) *diæteon* emplaſtrum, quod vehementer aſtringit ſuperimpoſitis ſpongiis aqua puſca infuſis, ut ſupra ſcriptum, *ciborum* conſtrictiva qualitate permanente. Dandum etiam noctis initio medicamen, quod (*n*) *diaporon* appellant, vel *diaſycaminon*, ſive *catapotia*, quæ

d. ἔκλειγμα
e. Faſciculo
f. lixivio
g. uvidum: humoremulto dilutum.
Spongias urendi modus.
h. teritur
i. deeſſe videtur vox *vice*, aut *loco*
k. ſpumare
l. intendere
Themiſonis quoddam medicamentum.
m. διὰ ἰτεῶν
n. διὰ ὀπωρῶν

Medicaminum libris prædiximus. Nunc autem perficienda conscripsimus hoc modo. *Gummi* & *acacia* æquis ponderibus, 171
admixto *alumine* scisso ad duplex pondus, sunt colligenda decoctione papaveris, & danda quibusdam in duplicem modum. At si quisquam non plurimum sanguine fluxerit, nec tamen materia ferri cessaverit, convenit etiam tertia die *phlebotomiam* adhibere. Etenim ex eo quod sanguis ferri non quieverit, manifeste conjicimus *glutinationem* non fuisse perfectam divisuræ, sive vulneris partium, & propterea in tumorem venisse perspicimus. *Omne* etenim *vulnus, quod usque in tertium diem glutinari non potuerit, necessario tumescit. Thessalum* denique indigna accusatione appetitum *Sorani* sententia recte purgavit. *Tertia* etenim die phlebotomandos sangui- 172
ne fluentes constituit, nutriens constrictivo cibo, non (*o*) inconsequentia ordinans adjutoria, sed tanquam complexis passionibus apta, ut contrariis contraria objicere videatur. Ac si etiam intra *diatriti* tempus fuerit (*p*) attestata partium *gravedo*, vel dolor, aut *spiratio* difficilis, vel *tussicula* sicca, phlebotomare convenit, atque *aerem* loci parvissimi tepidare, & iisdem partibus lanas oleo calido viridi expressas apponere, vel ob sanguinis fluorem ea ordinare, quæ glutinare valent, sed virtutis frigidæ non sint, neque transvorationis asperent loca, nec tumorem commoveant. (*q*) Plu- 173
rima dabimus etiam samiæ terræ, quam (*r*) *ges astera* vocant, unciæ partem tertiam, cum duobus, vel tribus cyathis aquæ tepidæ: non aliter etiam *amylum*, vel (*s*) *argallici* radicem, atque foliorum ejus succum. Convenit denique *sub lingua* retenta ejus radicis particula, sive amyli, sive terræ supradictæ. Danda etiam ex *gummi*, sive (*t*) *draganto*, & *thure*, & *opio*, & his similibus confecta *electaria*.

Tunc tertia die accepta *diatriti* temporis observatione, non solius *fluoris*, sed etiam *febrium*, erunt ægrotantes *oleo* calido atque plurimo, & viridi perungendi. *Facies* quoque 174
aqua tepida fovenda. *Cibus* dandus complexioni passionis aptus, & *pultes* ex oryza vel alica frixa, sive (*v*) simplici, vel milio, & decoctio *Ptissanæ* calidæ, sed non oleosæ, ac potius siccæ, vel ex oleo viridi confectæ, aut cum palmulis, vel amylo, admixto (*x*) γῆς ἀστέρος, aut *argallici* radice incocta. Cæteris vero *diatritis*, hoc est intervallis dierum trino numerum servatis, cogentibus doloribus erit utendum

o. incongrua

p. præsens

q. Plurimis

r. γῆς ἀστέρη

s. Symphyti. *c. 2 lib. 5.*

t. tragacantho

Quid tertia die maxime observandum

v. cruda

x. sub. parum

fo-

fomentis, atque *cataplasmatibus* laxativis, tum etiam cum scarificatione *cucurbitis*, sive *hirudinum* appositione, quas sanguisugas vocant: Tum *vaporatio* spongiarum apponenda. Sin
175 vero etiam fluor *periculosus* fuerit sanguinis, cum *tussicula* vel *asperitate* gutturis, erit utendum quidem constrictivis *epithematibus*, sed calidis: dandum etiam sorbendum *mulsum* ex melle decocto, & a *vino* abstinendum: danda denique aqua potanda calida, sed parvo modo: tum sorbilia, quæ passioni virtute apta mederi possunt, ut est *amygdala* (*y*) ex pusca, in mulso decocta, quæ abjicienda, & (*z*) admittendum *amyli* quantum valeat mulsum in quandam crassitudinem redigere. Deinde similibus electariis, atque sub lingua continendis medicaminibus utemur tempore (*a*) *amissionis*, ut est mel Atticum admixto gummi, vel (*b*) tracanto de-
176 coctum, aut *glycyrrhiza*, vel ejus succo: nisi quisquam ægrotantium hoc improbaverit, nausea commotus, quo ejus stomachus facile ad vomitum moveatur: item ex *lini* semine trito, & *tracanto* drachmis duabus, & *amygdalis* expoliatis XXV, & (*c*) *strobilorum* granis XXX, & *ovi* unius tosti vitello, & *amyli* drachmis duabus, infuso *passo* sufficientis quantitatis, quo medicamen *electarii* crassitudinem sumat. Sin vero etiam *rauci* fuerint ægrotantes, erit *mel* decoquendum cum cæteris speciebus singulatim, resoluto tracanto, ex infusione passi confecto. Terminatur enim hoc asperitas faucium, & transvorationis partes leniuntur, & tussicula mi-
177 tigatur, sputaque sanguinolenta reprimuntur. Dandum etiam noctis initio, nisi *febrium* obstiterit accessio, simplex (*d*) *Diacodion*. Continuum vero medicaminum usum, quæ [13] *tussicularia* sunt appellata, sive eorum immodicam quantitatem necessario fugiendam mandamus. Est enim melius *simplicibus* atque consuetis mederi rebus. Illa enim temporaliter quidem mitigare videntur tussientium motum, sed passionem totam faciunt deteriorem. Ac si attestante *tumore*, fluor perseverans produxerit tempus, in iisdem perseverare convenit, quę supra memoravimus, admixto etiam *lacte*. Si minui tumorem viderimus, dandum quoque *lac amylatum*, & panis *laganum* pultibus infusum, sed ex fermento confectum, quo panis

y. expoliata paulo post
z. admiscendum
a. remissionis
b. tragacantho
Electuarium.
c. pini nucleis
d. describitur a *Paulo*

13 Veluti ejusmodi linctus & electuaria, utpote quę sunt cum lentore quodam & viscditate dulcia, & appetitum dejiciunt nimis diu usurpata.

panis habeat qualitatem, faciat etiam medelam meliorem: *Strobilus* denique cum suis fructibus, quod in semet habeat 138
(*e*) *resinale*, ptisana decoctus. Dehinc profectu (*f*) cedente erit panis cum *malva* decoquendus, sed non exquisitę conditus. Danda etiam ptisana cum *lenticula*, quam Græci (*g*) *psisanæon* vocant, & apponenda extrinsecus *cerotaria* ex murtino vel lentiscino, aut melino oleo confecta: tum urgentius augenda *resumptio* ut supra demonstravimus: atque ita abstento sanguine, quoad fiet glutinatio perfecta. At irruente tumore erit conjiciendum, vel advertendum, utrum glutinatio (*h*) fecerit *retentionem*, cum neque gravedo, neque dolor, aut *punctio*, vel *pulsatio*, vel saltus partium, aut extentio, vel febris cum *arida tussicula*, aut *stridor*, aut singultus, 179
vel quæpiam (*i*) sanitati impedita *saucietas* ægrum sequi videbitur: sed sit æqualis, atque ordinata (*k*) aspiratio perseverans. Tum si *tumoris* causa fuerit retentio sanguinis (*l*) *temporaliter* effecta, quæ necessario *sordidum* atque humectum vulnus efficit, *phthisicorum* fluorem [14] pronuntiamus.

e. resinale quidam, *ut inf.* §. 106. *f.* succedente *g.* φακοπτισσάνην

h. stiterit sanguinis fluxum *i.* sanitate *k.* respiratio *l.* pro tempore

Quomodo curandus sit sanguinis fluxus, cum in morbum chronicum abiit.

Tum cum producto tempore sanguinis fuerit (*m*) *ruptio* variata, erit *curatio* pro moribus temporum (*n*) varianda, ut (*o*) *superpositionem* emergentem eadem curatione curemus. In *lenimento* vero leves atque quietos adhibemus *motus*, sub magisterio *aliptæ* vel *musici*, quo etiam vocis exercitium artificis præcepta moderentur. *Cibus* dandus ex me- 180
diæ qualitatis materia, adhibitis *resumptivis cyclis*, in quibus non erunt repentinæ mutationes faciendæ, sed ex mediæ qualitatis materia *primus* ordinandus est cyclus, dehinc ex volantum *secundus*: tunc ex ægrestium *tertius*, atque ex porcinis carnibus *ultimus*, & conjunctis deinde duobus [15] contiguis ordo dirigendus, atque ita omnibus, & singulis materiarum speciebus erunt magis *constringentia* procuranda, ut in *oleribus* intybum, plantago: in *marinis* squillæ, mulli: in *volantibus* perdices, phasiani, attagenæ: in *agrestibus*, lepores, capreæ: & si celeriter ægros crassificari viderimus, erit *abstinentia* intercalanda: tum venter emolliendus. Utendum 181
præterea partiliter nunc *aquæ* potu, nunc *vini* leviter (*p*) remordentis: deinde veniendum ad *recorporativæ* curationis ma-

m. eruptio iterata *n.* iteranda *o.* paroxysmum *p.* adstringentis

te-

14 fore, ut æger putria & purulenta multa spuat, & phthisicus efficiatur.

15 primo & secundo: secundo & tertio: tertio & quarto.

teriam, (*q*) latenti motu adhibita *drimyphagia*, ex pisce gobione, admixto melle. Dandi etiam pisces, & suis cerebrum una tantummodo die: intervallatis diebus, adhibitis *localibus* adjutoriis recorporativis, ut *dropace*, partibus primo, quæ fuerint *remotæ* a patientibus, tum *vicinis*, ac deinde *ipsis*: addendus etiam ex *sinapismo* rubor, quem *Græci* κοίνιγμὸν vocant, atque sicca *fricatio*: tum torrendum corpus *sole*, quod *Græci* ἡλέωσιν vocant: adhibenda quoque (*r*) παρόπτησις, & aliquando (*s*) *sicca* cibatio, aliquando cum pane
182 palmulæ offerendæ: & (*t*) imitanda consuetudo (*v*) frigida *lavacri*, atque *potus* parvus, scilicet primo ac deinde auctus (*x*) suggestione, quo possint etiam iis ægrotantes uti (*y*) partiliter. Facit enim duriora corpora, atque valentia, acceptorum vel gestorum differentia *contrariorum* mutatione variata, quanquam sint ex eodem genere venientia. Utilis præterea *navigatio* approbatur, & *peregrinatio*: inde enim res salutares venient. Præcavenda etiam *Venus*: facile autem hæc passio refricatur. Hæc est secundum *methodicos* ordinata curatio.

Quo ordine recorporativa externa sint adhibenda.

r. q.d. ad focum adflatio

s. absque potu

t. ineunda

v. frigidi

Quod corpora reddat firma.

x. potu largiore paulatim concesso.

y. vicissim, & alternis.

183 Apud *veteres* vero dissonantia sunt ordinata. Etenim de *schemate* jacendi, atque *phlebotomia*, & *ligatione*, & constrictivis, vel frigidis *cataplasmatibus*, & *aceto* bibendo, varia disceptatione pugnatum est. De *schemate* inquam jacendi: siquidem alii supinos jubent ægrotantes jacere, vel super eas partes, quæ non patiuntur. *Asclepiades* (*z*) consequenter approbat supra partes quæ patiuntur, esse locandos ægrotantes: siquidem cum scriberet necessarias esse curationes, adprehensa causa, sic fuerit elocutus, etiam sanguine, inquit, fluentes ita esse locandos. (*a*) Siquidem *Erasistratus* phlebotomari præcepit patientes. *Alii* vero ejus sectatores etiam fieri principaliter damnaverunt hoc adjutorii genus, tanquam virium vexabile: item plurimi nostrorum, tanquam laxativum, & propterea inconveniens fluori sanguinis, ex solutione venienti, & (*b*) indignum ad constrictionem. *Alii*
184 adhibendum probaverunt, ut *Hippocrates* de morbis scribens: *Diocles* libro quo de passionibus, causis, & curationibus scripsit: *Praxagoras* libro tertio de curationibus: item *Asclepiades* libro, quo de clysteribus scripsit: Dehinc *Themison* secundo libro Tardarum passionum: & *Thessalus* secundo libro regulari: sed adjecta discretione. Etenim si tertia, inquit, die rursum san-

Varia veterum sententiæ examinantur.

z. inconsequenter

a. At quidem

b. non idoneum.

ſum ſanguine fluxerint ægrotantes, atque plurimo: quo intelligitur tanquam in complexis paſſionibus, hoc eſt, ſtrictura obtinente, faciendum approbaſſe. *Alii* vero omnes ſtatim, atque ſine ulla dilatione, phlebotomandos dixerunt, & magnis ſi ex *thorace*, vel *pulmone* ſanguis fluxerit, vel plurimus, avertendæ materiæ cauſa, quo patientibus partibus derelictis, aliorſum feratur, hoc eſt ad eas quæ non patiuntur; vel ob educendam materiæ multitudinem. Denique ſæpe inquiunt faciendam (*c*) *conſuetudinem*, ſi opportuerit, ſemel, & ſecundo, vel tertio, quo (*d*) recurrens ex brachio, poſt (*e*) abſtinentiam ſanguis, iterum avocetur, velut *Themiſon* ait, ſecundum ſe, & laxamenti eſſe, & minutionis, ne initium tumoris efficiat. Item, ut *alii* evacuandas (*f*) venas, quo excant late, celerius concedant, atque coeant diviſuræ, velut *Aſclepiades*, ad minuendum ſanguinis curſum, ſive (*g*) ſpirationem, quibus paſſio adjuvatur. Item de *ligationibus* pugnaverunt. Siquidem [16] *Xenophon*, & [17] *Dionyſius*, & *Herophilus* primo libro Curationum, & [18] *Eraſiſtratus*, probant articulorum faciendam conſtrictionem. [19] *Herophilus* vero capitis, & brachiorum, & fœmorum: *Eraſiſtratus* magis inguinum & alarum. Etenim (*h*) laxationem ſenſus ſanguinis (*i*) approbat fieri retentionem. *Aſclepiades* vero ad ipſum ſcribens libros *Paraſceuaſticos*, ligationem (*k*) excludit, eamque (*l*) neque *Eraſiſtrato* congruam, dicens (*m*) oſculari non poſſe ſub *diſcrimine* venulas, quod *Græci* diaphragma vocant, (*n*) vel miſceri eas, quæ ſupra diaphragma eſſe videntur. Omnes etiam noſtræ ſectæ principes id approbaſſe videntur: (*o*) impreſſa etenim, inquiunt, ligatura vexat, non impreſſa inutilis eſſe perſpicitur: item *Antipater* tertio libro Epiſtolarum, ait, teneri materiam quidem ligatione, ſed cum fuerit indulta, vel relaxata, in repentinum atque immodicum fluorem (*p*) veniat. Siquidem abſtinentiæ cauſa altiora (*q*) pendendo latere potius, quam teneri videantur. Item de (*r*) conſtrictis *cataplaſmatibus* plurimi diſſenſerunt. Nam *Eraſiſtratus* hæc approbat: *Aſclepiades* excludit, tanquam materiam imprimentia, vel coercendo in al-

185 186 187

c. nimirum venam ſecandi
d. in partem affectam
e. ſuppreſſa vacuatione, & clauſa plaga.
f venas concedunt amplo vulnere, quo latæ exiſtant, nec celerius coeant
g. ſpirationis difficultatem
h. ligatione ſenſus, ſci. ſtupore
i. putat
k. reprobat
l. negat eſſe
m. occludi ligatione non
n. nec vinciri
o. arcta
p. venire.
q. ſuſpenſa
r. conſtrictivis

16 Medicus Cous,
17 Empiricus.
18 De hoc *vid. Plin.* H. N. lib. XXVI; cap. 2.
19 Herophili laudes. *vid. Plin.* H. N. lib. XXVI. cap. 2. & 3.

altum revocantia. Item *acetum* alii tanquam tusiculam vel fluorem commovens expulerunt, vel quod duras partes den-
188 sando faciat. *Themison* vero his repugnans adhibendum judicavit, attestante etiam *Thessalo*. Alii ajunt ejus acrimoniam vel nimietatem temperandam admixtione aquæ. *Plurimi* vero contrariarum sectarum etiam *clysteres*, atque *urinales* ajunt virtutes adhibendas. *Diocles* [20] taurinum gluten bibendum dicit, farinæ concoctum & rubo: vel cum nepita amylum, vel marrubium, vel rosmarinum in aqua pusca dandum. *Motus* vero alii adhibuerunt, non solum fricantes, sed etiam deambulationem imperantes post cibum, ut *Erasistratus*. *Asclepiades* vero de communibus adjutoriis
189 scribens, gestationem in *hæmopthyicis* prohibet. Utuntur quidam præterea etiam *purgativis* medicaminibus ex [21] papavere, vel helleboro, aut diagridio, quod Græci *scammoniam* vocant, ut *Diocles*: item sudorem moventibus & vomitum, ut *Praxagoras*, qui etiam plurima urinalia ordinavit. Sed hæc facile judicantur ex iis, quæ secundum *methodicos* tradidimus.

Errores aliorum monstrantur.

Demonstranda tamen eorum *contradictio*, & brevi ratione formanda. Peccaverunt igitur, qui supra patientes partes ægros jacere voluerunt. Omnis enim impressio, sive (*r*) affectio incongrua glutinationibus approbatur. Ceciderunt etiam falsa intentione decepti, qui non addita discretione
190 *phlebotomiæ* memoraverunt usum. Non enim in omnibus oportuit prohiberi, cum fluorem sæpe fuerit vehemens *strictura* complexa: & si secundum *Erasistratum* osculatio venarum ex redundantia materiæ veniens, fluorem faciat, convenit uti detractione. *Facile* enim *corrigi*, vel *reparari parva virium vexatio potest*: plurima tamen ex adjutorio patientibus utilitas fuerit. Neque item in omnibus erit approbanda phlebotomia. Nam nullo tumore apparente vexabilis judicatur. Etenim corporis (*s*) fortitudo necessario (*t*) depurgatur, & stomachus vitiatur, atque debilitate irruente difficile coeunt divisuræ, & eadem patienti videbimur inge-
191 rere, quæ prohibenda suscepimus. Quippe cum non *aversio*,

r. afflictio, *alii* affixio.

s. vires
t. labefactatur

20 Gluten omnium præstantissimum fit ex auribus taurorum & genitalibus.

21 Seminis papaveris sylvestris & corniculati acetabulum ventrem ducit: tantundem vero seminis aphrodis vomitum provocat. *Dioscor.* De utroque *vid. Pl.* H.N. lib. XX. cap. 19.

v. geminata effusio
x. de novo affligente

sed potius(*v*)partitio sanguinis fieri intelligatur, & duplici egestione celerata, nullam mortis habeat dilationem. Dehinc erit *anceps*, utrum (*x*) irruente rursum tumore, phlebotomandi necne sint ægrotantes: sed phlebotomati apertissime interficiuntur: non phlebotomati magno adjutorio privantur. *Ligationes* vero non (*y*) tantum ad divertendam materiam, ut supra memoravimus, (*z*) quantum ad *densitatem* faciendam adhibendas probamus: siquidem imprimendo coerceant: sed *mediocriter* (*a*) adhibere, ne moderatione cessante, vexare potius quam curare (*b*) videantur. Peccat 192
etiam *Asclepiades*, frigida vel constrictiva *epithemata* recusando. Sunt etiam inconsequentia [22] *Erasistrati* placitis, sed officio congruæ curationis efficacia. Nam solutionem constringunt, divisuras conglutinant, quod ex vulneribus in superficie constitutis, & sub visum venientibus usu approbatur quibus apposita apertissime profuerunt. Peccant etiam non aliter, qui bibendum *acetum* negant. Non enim in omnibus fluoribus sanguinis dandum probatur, sed in iis, qui (*c*) approbato atque *largissimo* fluore vexantur. In *parvis* enim aqua frigida sufficere potest, aut admixto parvissimo aceto. At si *tumor* fuerit attestatus, ut *complexam* passionem 193
demonstret, proculdubio constringentia fugienda, quantum res pati, vel admittere possunt. Est igitur *improprium*, ut ea quæ incongrue adhibita nocere demonstrantur, etiam cum necessario convenire fuerint visa, prohibenda existimentur. Etenim *adversantia solutioni* tussiculam ex fluore venientem mitigant, atque ipsum fluorem constringunt, & sanguinem retinent cohibendo, & neque noxam inurunt. Siquidem sæpe (*d*) reddita per *digestionis* vias, patientibus partibus adveniunt temperata, atque admixta (*e*) *liquidis* in alto constitutis: & propterea obtusa virtutis violentia perdurant. Sunt etiam *clysteres* contrarii. Siquidem commoveant corpus 194
eo tempore præterea, quo conglutinationem (*f*) faciendam nitimur. Hac ratione etiam *urinalia* medicamina, atque *ventriflua* magis noxia judicantur. Siquidem turbent atque vexent, & (*g*) vertant stomachum. Item (*h*) protervus omnibus *vomitus*, & propterea *contrarius* judicatur. Rescindit enim vulnera, nisi quis eum jam solidatis cicatricibus ob re-

y. tam
z. quam
a. adhibendas
b. videamur
c. valde manifesto
d. delata per ventriculum & intestina
e. sanguini, & reliquis humoribus
f. facere
g. subvertant
h. absque ulla ratione

22 qui putavit his introrsum retrudi sanguinem, & ita vasorum πλαρόμωσιν augeri, cujus causa est redundantia.

vè corporationem adhibendum probaverit. Est propterea affectatio sudorum, quam *Græci* ἀφίδρωσιν vocant, contraria. Cum enim superflua, atque redundantia tollere videtur, laxativæ
195 virtutis causa, coeuntia disjungit. Item *taurinum gluten* tensionem atque duritiam facit. *Motus* vero corporis neque excludendos generaliter probamus, neque (*i*) approbandos. Siquidem prius quam passio declinaverit, requiescere debeant ægrotantes. In *declinatione* vero sint movendi, sed non post cibum. Tunc enim ob digestionem celebrandam tempus est quiescendi: quo fit, ut prius quam cibum sumpserint ægrotantes, *gestatione* sint movendi, (*k*) secunda etiam deambulatione. Etenim parva (*l*) adjectione neque ulcera refricantur, & in resumptione virtus corporis excitatur.

i. admittendos

k. i. post cibum sumptum

l. sub. motus

196

CAPUT XIV.

De Phthysica passione.

PHthysis, sive, ut plerique appellant, *phthoe*, quod corporis faciat (*a*) *defluxionem*, sive corruptionem, fit frequentius antecedente *sanguinis fluore*, aliquando etiam longi temporis *tussicula*, sive catarrho, quo thoracis (*b*) altiora lacerantur, & primo levius: tunc *ulcerata*, facientia collectionem intrinsecus, quæ cum siccata non fuerint, citius sumat passio initium. Sed non secundum has *differentias* erit efficacia curationis mutanda. Siquidem antecedentes causæ, quamquam diversæ, *unam* facere passionem videantur.

Phthiseos causa antecedentes.

a. dissipationem σύντηξιν

b. profundæ & intimæ partes

197 Sequitur autem ægrotantes *febricula* latens, & sæpe quæ initium declinante accipiat die, atque veniente luce levigetur, attestante *tussicula* plurima initio noctis, atque fine, cum *sputis* saniosis, ac parvulis *primo*, in iis qui non ante sanguinis fluore vexantur: quæ quidem admixta saliva latere, (*c*) *secundo* autem, etiam plurima ferri videantur. Iis vero, qui ex *fluore sanguinis* in istam veniunt passionem, primo sanguinolenta sputa efficiuntur, hoc est, *cruenta*, quæ *Græci* αἱμάλοπα vocaverunt: tum *feculenta*: dehinc *livida*, vel *præsina*: & in ultimo *alba*, atque *purulenta*, dulcia, vel salsa, cum *vòce* rauca, aut (*d*) acuta, & difficultate *inspirationis*, atque *genarum* rubore, & cæteri corporis cinereo co-
198 lore: item sequitur *oculos* exoletus aspectus, & corporis *te-*

Signa & symptomata.

c. deinde, deinceps, postea

d. clangosa

nuitas, quæ nudatis membris proditur magis, quam ex aspectu vultus. Quosdam etiam *sibilatio* vel (*e*) stridor thoracis sequitur, & crescente passione, *sudor* superiorum partium usque ad pectoris finem, *cibi* fastidium, & major appetitus *sitis*, & quibusdam (*f*) *gravedo* vulnerati pulmonis, ut etiam ejus exspuant fibras, quibusdam *punctio*, ulcerato thorace: *pulsus* debilis, densus, ac deinde formicalis, quam *Græci* μυρμηκίζοντα vocant: *Digitorum* summitates crassescunt obuncatis unguibus, quod *Græci* γρύπωσιν vocant. Sequitur præterea *inflatio* pedum, & nunc *frigus*, nunc *fervor* articulorum: *nasi* summitas pallescit, atque *aurium* (*g*) laminæ frigescunt. Tunc *pejorante* passione *ventris* efficitur *fluor* albidarum egestionum, & indigestarum, debilitatis naturalibus digestionis officiis. Discernunt præterea plurimi purulentum liquorem, *phlegmata* carbonibus imponentes, quo exusta probentur. Nam tetri (*h*) *odoris* esse necesse est omne quod natura fuerit mutatum, velut ex (*i*) *defluxione* carnis veniens. Item in *aquam* mittunt ægrotantium sputamina. Etenim *naturalia* facile solvuntur, vitiata vero atque mutata, perseverant, quadam (*k*) tenuitate coacta, & subsidunt: siquidem sint gravia, & contra naturam ex defluxione carnis venientia. Vicinæ atque similes passiones sunt phthisicæ, σύντηξις quam nos defluxionem dicere poterimus, & *atrophia*, quam nos nutrimenti cessationem vocamus; item *empyica* passio, sive [2] ἀναφορητικὰ, quam nos purulentam, sive (*l*) vomifluam dicere poterimus, quod ex *vomica* interioris (*m*) collectionis purulenta per tussiculam excludunt sputa. Sed hæc discernuntur. Siquidem ex his *atrophia* longo tempore faciat tenuari, nullis etiam attestantibus sputis, sæpe etiam sine ulla tussicula. Etenim longo tempore febricitantes, atque tussientes, (*n*) limpidis adhuc sputis affecti, necdum *phthisici* judicantur; in phthisicam vero passionem proni ac declives esse noscuntur. Item *empyica* passio, sive, ut supra diximus, ἀναφορητικὰ, discernitur a phthisica, non aliter quam ulcerum collectione. Quippe cum empyicos sæpe antecedat *pleuritis*, vel *peripneumonia*, & *tumor* immensus, & *febres* vehementes cum horroribus frigidis & inordinatis. Dehinc quod sæpe *coadcervatam* puris copiam excludant repen-

a ῥόγχον vocat *l. 2. de acutis §. 72* *f.* gravis doloris sensus

g. fibræ. eadem voce utitur *sup. § 21.*

Modus sputa probandi

h. Aphor. 11. & 22. lib. 5.

i. colliquatione, putredine

k. tenacitate

199

Quomodo differat phthisis

200

l. vomicofluam

m. abscessus *ab atrophia*:

n. minime vitiosis, alienis, pravis

ab empyemate

201

1 eadem ratione vox hæc formata est, qua supra §. 120. dixit à Græcis vocari τὴν ἀναγωγὴν.

pente *Empyici*, ac deinde egestione facta, febribus atque horroribus præteritis liberentur, ut aut omnino iis careant, aut ex parte afficiantur: in *phthisicis* ea, quæ supra diximus, antecedant, & liquida *paulatim*, non coadcervata excludantur, & pro modo auctæ passionis, etiam febres augeantur.

202 Communiter autem hæc passio *strikturæ* atque *solutioni* erit adscribenda, & subjacentibus passioni (*o*) temporalibus (*p*) *cœnotetis*. In quibusdam etiam *ulcerum* differentias monuimus (*q*) promovendas. Sunt enim necessario intuendæ. Siquidem complexa sit regulæ, quam *diætan* vocant, medicaminum ratio, quam *pharmacian* appellant. Denique si *tumens* ulcus fuerit, quod intelligitur ex *dolore* consequenti, & cæteris tumoris signis, convenit ægrotanti *calidus* locus, & *abstinentia* unius diei: tum *fomentatio* laxativa, atque *cataplasmata*, & *cucurbitæ* appositio cum scarificatione, & *va-*
203 *porationibus* spongiarum, & totius corporis *perunctione*: *cibus* quoque sorbilis, calidus, & magis (*r*) panosus, observatis temporibus singulorum adjutoriorum, ut sæpe docuimus: at si *tumens non* fuerit ulcus, ob purgationem sordis erunt *aquæ mulsæ* cyathi duo vel tres offerendi ante cibum, vel *fœnigræci* sæpe (*s*) torti decoctus succus, sed non ita ut viscosus fiat, quod (*t*) servabitur: Si secundo vel tertio (*v*) mollius scatere cœperit, deponatur, (*x*) quod sit colore vinosus, ac deinde uni cyatho liquato admiscetur *mellis* cochleare: habet enim virtutem *fœnigræci* semen mitissimæ detersionis: vel certe mulsum dabimus ex *lini* semine fricto atque trito, admixto pulvere, aut (*y*) liquato linteolo lim-
204 pido, vel farina (*z*) meregmi. Si autem *major purgatio* fuerit facienda, *irin* illyricam atque (*a*) *herbum* dandum probamus. Oportet etiam *herbum* rubrum aquæ infundere, donec infletur: tum testa calefacta atque ignita molere, terere, ac deinde tum tenuissimo cribello ejus *pollinem* mulso aspergere in cochlearii quantitatem: vel ex melle decocto *electarium* facere, admixto scilicet polline supradicto. Sed propter *vehementiam herbi*, erit conjicienda *sordis* magnitudo, ut si fuerit putrosa, quam *Græci* δυσώδην appellant, tum solo herbi polline utemur: Sin vero non ita fuerit cogens causa, admixto *sesamo* (*b*) iri illyricæ æqualis ponderis, aut
205 superantis, pro passionis magnitudine. At si plurimum *putruo-*

Cujus generis morbus sit Phthisis, & quomodo curanda.

o. pro variis morbi temporibus

p. κοινώνησι.

q. proponendas, considerandas

r. ex pane

Varia ulcus pulmonum detergentia.

s. tosti

t. cavebitur

v. lenius bullire

x. quoad

y. ligatio in linteolo

z. immersa, an mera?

a. ervum. & *sic in sequ.*

b. iridi

truosum apparuerit ulcus, ex iis quæ feruntur, non solum *per os* convenit *herbi* pollinem dari; sed ex ipso confectum etiam *cataplasma* cum aceto, atque melle extrinsecus apponere. Tunc etiam *lenticula* simili usu adhibenda probatur: Et præterea purgativæ virtutis *aristolochia*, & dracontia herba, sive quæ appellatur *aron*. Ejus generis etiam *marrubium* approbatur, quanquam sit stomachi vexabile, purgativæ tamen virtutis. Oportet autem ejus *manipulum* tribus aquæ sextariis decoquere, donec ad tertiam partem redeant: tum marrubium detractum projicere, atque admiscere *mellis* boni libram, & rursum decoquere, donec ad suam veniat craffitudinem. At si *marrubium* viridius fuerit, tundendum 206
atque (*c*) exsuccandum, & in unum cyathum succi libra mellis miscenda, & ita decoquenda: aut aquæ sextarii tres decoquendi, sive admiscendi, donec mellis craffitudinem sumant. Faciunt etiam ex *strobilis*, & *amygdalis*, & *lini* semine, vel supradictis, electaria: item ex *amygdalis*, & *ptisana* cum *melle* & *lacte* sorbile medicamen, & primo cum pane (*d*) acceptum infuso (*e*) melle: tum etiam singulare sorbendum, parvissime, ad modum unius cyathi vel duorum: dehinc plurimum, longe ante tempus alterius cibi: quanquam sit in quibusdam hoc solum (*f*) cibo sufficiens. Ete- 207
nim corpus nutriet, & vulnera reterget, & cruentos, vel purulentos juvat. Dehinc cum *tenuia sputa* ferri viderimus, facit etiam *strobili* decoctio, quæ conficitur hoc modo. Viridem *strobilum* sumentes, (*g*) fructuosum, qui in semet habeat quædam resinalia, (*h*) quem tribus sextariis immixtum decoquimus, donec pars dimidia liquoris insumatur: tum detracto strobilo, erit residuæ parti liquoris miscenda *mellis* libra, vel *glycyrrhizæ*: Tunc (*i*) decoquendo donec craffitudinem sumat. Convenit etiam ex *squillitico* vino electarium confectum, ex quo erit sextarius unus libræ *mellis* admiscendus, & *gummi* vino perfusi selibra: tum decoquendum mel donec vinum insumatur. Potest præterea etiam *melilotum* 208
linteolo ligatum tempore decoctionis immitti: item succus *glycyrrhizæ* simili modo, atque eodem tempore misceri probatur. Convenit etiam *Diocodion* medicamen cochlearis quantitate sumptum, vel *butyrum* cum *melle* in electario datum, & præterea purgativæ virtutis atque siccativæ hoc medicaminis genus: *marrubii* succi viridis sextarii tres, *mellis* libra

Decoctum marrubii.

c. exprimendus succus

d. accipiendum

e. melli

f. pro cibo

Decoctum strobilorum pini.

g. nucleis plenum

h. aquæ

i. decoquendum

Medicamen purificans & exsiccans.

bra una: quæ cum fuerint coctione crassificata, (*k*) *iris* illyricæ immittendæ sunt drachmæ duæ. Sed oportet neque semel, atque eodem tempore omnia hæc ægrotantibus da-
209 ri. *Varias* etenim materias posuimus: siquidem jugis speciei unius oblatio satiat ægrotantes, & propterea recusatur, neque *accessionis* tempore hæc danda mandamus. Quapropter (*l*) uni etiam cætera in curationibus monemus intuenda, quo purgáto ulcere (*m*) humanioribus cibis utamur, hoc est ex mediæ materiæ qualitate. Convenit interea *motus* (*n*) *latens*, pensili primo lectulo, vel cathedra longiore, atque in vicina porticu. (*o*) Adhibita etiam *perunctio* primo sedenti, ac deinde recepta fortitudine *stanti*: purgato ulcere damus *vinum* album, atque lene, mediocriter remordens. Tum *lavacrum* adhibendum, quando etiam *sicca* convenit *ci-*
210 *batio* singularis, vel cum palmulis thebaicis: & *pulmento* in cibum dato: vel *arnoglossa* herba, & *volantum* non pinguia: item sub lingua *amylum* (*p*) datum, quod retentum in defluxionem veniens subjectis partibus patientibus irruat, & paulatim adjuvet *cicatricem*: vel *mel* decoctum simili modo datum, aut parvo ex *amylo* admixto: Tum etiam *trochiscus*, qui appellatur (*q*) *trigonos*, vel *mel* vino remordenti admixtum, (*r*) parti suæ quantitati, & decoctum, donec (*s*) incoquatur vinum: tum etiam *antidotum*, quod appellatur *theriaca* & *mithridatios*, quæ in semet habet siccandi atque recorporandi virtutem: item [2] *zapirios*: & (*t*) *dierisimus*.
211 Apponenda præterea extrinsecus *emplastra*, quæ in cicatricem ducere valeant, ut est [3] *melinon*, ac deinde siccantia magis. Tum cum firmum apparuerit lenimentum, erit [4] *amitaonion* imponendum, vel [5] *polyarcyon* malagma, admixto cerotario, ex oleo *cyprino* confecto, parte tertia: siquidem hæc singularia primotempore ægrotantes ferre minime possint. Tunc *cyclica regula* adhibenda, sed quę non repentinas habeat ordinum mutationes. Denique nunc *vinum*, nunc *aquam* potare permittimus, juxta cycli rigorem. Danda etiam *drimyphagia*, quam despuentibus sanguinem memo-
212 ravimus. Adhibenda etiam *localia* adjutoria, similiter *cucurbita*,

k. iridis
Cautela practica.
l. unis
m. liberalius
n. blandus, vix sensibilis
o Adhibenda
p. dandum
q. *vide supra* §. 105.
r. pari
s. insumatur
t. dierisimum

2 hanc Paulus describit.
3 Describitur ab Aetio.
4 Amythaonium emplastrum describitur a Paulo.
5 Polyarchium describitur a Paulo, & Celso.

bita, *dropaces*: & *sympasmata*: & *paroptesis*: & *sinapismus*; & bibendum medicamen, quod[6] *diapipereon* appellatur. Valet enim *callositatem* ulceris tenuare, atque siccare. Fugienda praeterea bibendi medicaminis *satietas*, & eligendus consuetorum usus. Magis siquidem insueta materia vexatus *stomachus*, atque fastidio supinatus prodat ægrotantes. (*v*) Et propterea vehementer utilis *navalis gestatio*, atque longa navigatio, *lectio*, vocis exercitatio, & omne quod dare corpori *fortitudinem* potest.

v. Est praeterea

Curatio ad mentem veterum Medicorum.

Veteres autem medici alii nihil de ista passione memo- 213
raverunt. Sed *Diocles* libris, quibus de passionibus atque causis, & curationibus scripsit, jubet initio *cibos* detrahi, nihil de fine abstinentiæ significans, aut quousque sint ægrotantes retinendi: tum *sudoris* commovendos, quibus necessario vires auferuntur, & neque hoc quemodmodum faciendum sit, ordinavit. Utitur etiam (*x*) *anacœliasmis*, quorum qualitates non memoravit, adjiciens verrendum, sive deducendum a pulmonibus humorem, quando fuerat mitigandum potius ulcus quam repurgandum: item *vomitum* ex oxymelle adhibendum, quo corpus disjiciendo ulceratas la- 214
cerat partes: atque hoc jugiter, & post cœnam faciendum probat: dehinc proterva mentis cæcitate deceptus, etiam ψυχρολουσίαν imperat adhibendam, & *allium* dandum, quod necessario vexet ægrotantes inflando: tum *vino* flavo utendum, sive nigro, & propterea duro, atque post prandium *deambulatione* vexandos imperat ægrotantes, & nulli adjutorio sua tempora reddenda perspexit. *Praxagoras* secundo libro curationum, iis qui pulmonis ulcere afficiuntur initio *helleborum* probat, atque *sitim* faciendam: tum resumendos: 215
non advertens *primo* resumptione, *tum* helleboro utendum, quo possint ejus laborem perferre ægrotantes. Ad summam, non resumto, & viribus deficienti *helleborum* non convenit, resumpto autem, vel fortificato *exclusa*[7] *phthisica passione* comprobatur, & propterea usus hellebori recte prohibetur. At *Themison* secundo libro Tardarum passionum quædam recte, quædam caduca protervitate composuit, ex quibus est et-

x. ἀναχοιλιασμοῖς, i. e, medicamentis quæ supra veu triflua dixit §. 194.

6 vel Διὰ δυοῖν πιπέρεων, ut *infr.* §. 68. *lib.* 3. vel διὰ τριῶν πιπέρεων, ut cap. 8. lib. 5.

7 quæ vomitione ab helleboro incitata, ac ulcere propterea irritato, nocentior & deterior fit.

etiam (*y*) *pendentis thori* gestatio, quo plurima parte diei ac noctis motu exerceantur ægrotantes, cum necessario accessio vespertino tempore asperetur, atque luce surgente le-
216 vigetur: quo non solum laboriosus, verum etiam intemporalis, & inordinatus motus ab eo adhibitus probatur. Etenim initio lucis, & dimissionis tempore nutriri cibo convenit ægrotantes. Est etiam noxium *allium*, quod imperat dare: siquidem inflationem maximam facit. *Unctio* item ex ferventibus adhibita virtutibus, quam circa *vesperam* probat adhibendam, cruribus atque brachiis contraria judicatur: tunc
217 enim *febres* ardescunt. Imperat præterea (*z*) inter duos vel tres dies ægros *lavandos*, cum corpus elimatis viribus debilitet lavacri frequentia, & sordidet atque humectet ulcera. Præterea (*a*) *herbum*, dehinc *intybum*, & *plantaginem* dat, cum sit horum usus differentia temporum (*b*) separatus. (*c*) *Herbum* enim purgationis adhibetur causa: frigerantia vero *cicatricis* obducendæ. Item imperat *ulcera* facienda extrinsecus, iisdem quibus intus inesse senserimus, quod est *pernitiosum*. Putat enim aversione humoris facta ad exteriores partes altiora ulcera præsiccari, & propterea diutissime differendam ait (*d*) sanitatem exteriorum ulcerum, donec
218 (*e*) illa clauduntur. (*f*) Imponenda namque ait *emplastra*, quæ humoris provocant defluxionem, cum humoris defluxio juxta (*g*) sapientia placita nullius commodi teneat fidem: sic etiam plurima *localia* adjutoria adhibenda conscripsit, quæ multo tempore (*h*) *magnificas* ulcerationes, hoc est, quas nos extrinsecus infiximus, in cicatricem venire (*i*) cohibeant, impediens plurima quæ congrue adhiberi possunt, ut *defricationes*, *dropaces*, *cucurbitas*, *sinapismos*, *paroptefes*, & alia quæ cum vehementissime prosint, ulceratione cutis (*k*) præfecta adhiberi non (*l*) possint.

y. pendente thoro

Allium inflat.

z. secundo, vel tertio die

a. ervum

b. separandus.

c. Ervum

d. consolidationem

e. alteriora

f. ulceribus extrinsecus factis

g. sapientum

h. manificas, χειροποιητὰς

i. prohibeant

k. ante facta

l. possunt.

MORBORUM CHRONICORUM

LIBER III.

CAPUT PRIMUM.

De Suspirio, sive Anhelitu, quem Græci Asthma vocant.

ANhelatio, sive *suspirium* ab accidenti nomen sumpsit. Vocatur præterea secundum aliquos spirationis difficultas, quam Græci δύσπνοιαν vocant, sive ὀρθόπνοιαν: siquidem sese præfocari sentiunt cum jacuerint ægrotantes, atque *erecti* facilius spirent. (*a*) Item, ut alii dicunt, *contrario* vocabulo suæ virtuti nomen accepit. Nam cum (*b*) sui ratione (*c*) convertat ac depravet, tamquam corrigat, *orthopnœa* nuncupatur, quam nos spirandi dicere correctionem poterimus. Multa enim contrariæ interpretationis vocabulum (*d*) sumpserunt, ut *fella*, quæ Græci [1] γλυκέα vocant, velut dulcia, cum sint amarissima. Gravat autem atque premit hæc passio magis mulieribus *viros*, & juvenibus *senes*, atque *pueros*, & durioribus natura corporibus *teneriora*, *hyberno*, atque *nocte* magis, quam die vel æstate: in quibusdam ex *initio* generatur: in quibusdam (*e*) *perfectis* irruit passionibus; sed magis ex profundo *frigore* sequitur patientes spirationis difficultas, & frequenter natura celerior magis quam tarda: item *præfocationis* sensus secundum thoracem, atque *gravedo*, & *fervor* igneus: item (*f*) ἐντέρων ad superiora conductio, & cum passio vehementescere cœperit, *stridor*, atque sibilatio pectoris, cum *vocis* debilitate: tum extensio *colli*, atque *vultus*, cum rubore, & *oculorum* suspenso (*g*) attentu: *jacendi* potestas schemate supino: *tussicula* nunc arida, nunc uvida, cum *sputis* tenuibus, & spumosis, aut crassis, & viscosis, & *sudoribus*, & *calore* morbido, atque *pulsu* humili. At si gravior impetus *superpositionis* fuerit, *ora* ægrotantium livescunt, & quidem excluso [2] *per nares* humore mucilento, relevantur, atque præfocationis carent metu, quod non aliter

a. At ut
b. ex sua natura
c. spirationem evertat
d. acceperunt
Qui, & quando asthmati magis sint obnoxii.
e præcedentibus
Symptomata.
f. intestinorum
g. obtutu *alii* intuitu

1 Plin. *cap.* 10. *lib.* 27. Holosteon sine duritie herba est, ex adverso appellata a Græcis, sicut fel dulce.

2 Cum enim per nares id exit, avertitur humor in pulmonem fluxurus, & intercipitur, aliaque via rejectus periculo suffocationis liberat.

4 ter cedit, etiamsi per oculos *lachrymarum* fuerit fluor. Variantur autem tempora passionis *superpositionibus* & *lenimentis* & nunc limpidis atque synceris, nunc (*h*) sordidis, & passionis tractibus implicatis, ut etiam tunc levis difficultas inspirationis inesse videatur, quæ facile prodetur, si ægrotantes itinere *ascensibili* gradiantur, aut *ocyus* pergant, vel *indigestione*, aut usu *venereo* affecti, vel *frigore*, atque *pulvere*, sive *fumo* graventur. Differt autem hæc passio a *peripleumonia*, quod neque cum febribus necessario fiat, & 5 semper *tarda* esse videatur. Item secundum aliquos discernitur ab *orthopnæa*. Siquidem hæc cum *stridore* atque *præfocatione* asperatur: *orthopnæa* vero cum (*i*) *thoracis* eversione, atque *singultu*, aliquando etiam cum *sanguinis* fluore. Item secundum aliquos *magnitudine* discernitur. (*k*) Vehementem enim dicunt *orthopnœam* supradictis passionibus. Sed est melius, ut uno atque generali concursu, passionum potentiam judicemus, ut nunc *vehementem* passionem dicamus, & magis accessionis tempore, nunc *leniorem*, & magis dimissionis tempore.

Quomodo differat asthma a se ipso

h. i. cum aliquibus morbi reliquiis

& morbis cognatis

i. stomachi

k. vehementiorem

6 Est autem passio *strictura*, quapropter convenit, ut mox corpus invaserit, sive cum repetendo superpositionem asperaverit, jacere ægrotantes *altioribus* stramentis, thorace atque capite sublevato, loco *lucido*, atque *calido* mediocriter, adhibita *requie*, & *abstinentia* cibi usque ad tertium diem, si vires permiserint: *pectus* tegendum lana, atque fovendum *oleo* dulci, calido: adhibita quoque *articulorum* blanda calidarum manuum fricatione, ut etiam tenendo medeamur *teporibus* admotis, tempore quo accessio vehementescit: & *cucurbitæ* lenissimis raptibus detrahendæ. At si *præfocatio* coegerit, & vires permiserint ægrotantis, adhibenda *phlebotomia*, & diatriti tempore *unctione* antecedente: sorbilis, atque calidus, & varius in dimissione offerendus *cibus*, atque alter- 7 nis diebus, donec passio declinet. Sin vero *imbecilles* viribus fuerint ægrotantes, diurnis diebus dabimus *cibum*; sed ea die qua abstinere oportuerat, *parvum*. Ea vero qua dare licebat, paulo (*m*) *plurimum*. Sin vero (*n*) officium non agnoverit, simplex *clyster* adhibendus, & ante cibum mulsæ ex melle despumato duo vel tres cyathi (*o*) præbibendi: *cataplasma* laxativum, *cucurbita* cum scarificatione adhibenda thoraci, & (*p*) in utrasque scapulas, ac magis paulo inferioribus locis, quo sine ulla quassatione partium, ejus

Curatio in paroxy. mo.

m. largiorem

n. sub. venter

o. præbendi: tum

p. inter

Extra paroxysmum. raptus efficiatur. Tum *vaporatio* spongiarum, atque *cerotarium*, & malagma quod *diachylon* appellant, vel (*q*) *mnaseum*: Atque 8
ita *lavacrum*, & *vinum*, & *varius* (*r*) reddendus cibus. In *lenimento* vero si passio tardaverit, erit adhibenda *resumptio*, *gestatione*, *vocis exercitio*, *deambulatione*, *unctione*, *fricatione*, corporis *retento spiritu*: tum *lavacro*, atque *cibo* ex pulmentis *mediæ qualitatis*. Dehinc ad *recorporativam* curationem transeundum. Adhibenda *drimyphagia*, atque cęterarum transitus mutationum, quas sæpe *cyclos* ordinantes doçuimus. Tum etiam *ex radicibus vomitus*, vel si passio coegerit, etiam *helleboro* provocatus. Jubemus præterea acetum (*s*) *scillicitum* ægrotantes ante 9
cibum sorbere, vel cum aceto *nitrum*, sive *laser*, aut *hyssopi* decoctionem cum fico contriti, vel nucleo *pineo*, quem Græci (*t*) *pityda* vocaverunt, admixto mulso: item *abrotanum* tritum cum *sulphure*, atque *aceto* ex (*v*) mulso confecto, vel *urticæ* semine, aut (*x*) *radicum*, & horum similium *electariorum*, ut est melli admixta resina *terebinthina*, aut *cardamum*, quod nasturtium vocamus, aut *sesamum* cum aloe, & *amygdalis* amaris: aliquando etiam *pipere*, vel ovi *vitello*: vel illud electarium quod (*y*) *diascylles* appellamus, cujus
confectionem de *Medicaminibus* scribentes tradidimus. Tum 10
etiam cucurbitæ *recorporativæ* adhibendæ thoraci, atque interscapulo: dehinc *dropax*, *paroptesis*, *heliosis*, *sinapismus*, *acopa*, recorporativa malagmata, ut est [3] *Diadaphnidon*, vel *Diaploe*, vel [4] *Diaeuphorbio*: dehinc *navigatio* atque *peregrinatio* terrena, & potio *theriacæ* antidoti, & aquarum *naturalium* usus, quarum præstant in Italia [5] *cutyliæ* appellatæ, sive (*a*) *albæ*, vel *nepesinæ*: tum etiam *cataclysmus*, hoc est, aquarum illisio superne, iisdem locis qui patiuntur. Utilis denique *maritima*, & plurima mare tenus conversatio, atque consuetudo *frigidi lavacri*, quam ψυχρολουσίαν appellant.

Aliorum medicorum sententia recensentur. Aliqui autem adversarum *sectarum* principes etiam *dauco* 11
cum *aceto* & *melle* ægros potaverunt, sive (*b*) *iri* cum mulso, & ventrem plurimum deduxerunt, dando de *diagridio*, quod scammonian *Græci* appellant, obolos tres, cum duplici pondere *aloes* sive *hieræ*, quam catharticam vocant, vel *ammo-*

q describitur a Paulo.
r dandus
s scyllitricum.
t πιτύδα
v melle
x raphanorum
y διὰ σκύλλης
a Albulæ, circa Romam
b iride

3 Hoc malagma διὰδαφνίδων, sive ex baccis Lauri, describitur a Galeno lib. VII. κατὰ γένη.

4 Hoc malagma διὰ ἐυφορβίου, Acopum barbaricum dictum, eodem extat loco.

5 sunt hæ aquæ in Sabinis gelidissimæ, *Vid. Plin.* H. N. lib. XXXI. cap. 2.

ammoniaci salis obolum, sive *opopanacis* simile pondus, vel (*c*) *cneoron*, aut *polion* herbam, vel *peplion*, aut *calchanthum*, vel *thapsiam*, aut *asininum lac*, & *castoreum*, non solum lenimenti tempore, sed etiam in augmento, sive superpositione passionis. *Alii* vero etiam urendum thoracem, vel caput crediderunt. *Themison* quoque secundo libro *tardarum* passionum, in quibusdam eisdem (*d*) compeccasse videtur, cum plurimum ventrem *purgandum* credidit ex diagridio, atque in ipsa accessione. Utitur præterea *constrictivis*, atque his acrioribus, & imperat dari *thapsiæ* succum cum *opopanace*, aut *sagapeno*, ex quibus stomachus necessario vexatur. Hic denique erit memorandum, (*e*) quia potis medicaminibus non sine cautionibus utendum est, ut neque eorum plurima *satietate* vexandi agrotantes. Item in *impetu*, vel asperitate *passionis recorporativa adjutoria prohibenda*. Erit enim (*f*) *cœnoteta* considerandа, qua facile medicamina, qualitatis ratione accedente, (*g*) correctius approbamus:

c. thymelæam

d. συναμαρτάνειν

e. quod potu medicamnum

f. κοινότης

g. convenientiora

CAPUT II.

De stomachicis.

Quid sit stomachica passio.

A *Parte* corporis quæ patitur, [1] stomachica passio nomen accepit, sed non omnis *stomachi* querela illico passio nuncupatur, nisi fuerit ex multorum *concursu* signorum, & *perseverantia* confecta, atque corporibus *tardans* repetendo superpositionibus lenimenta. Plurimi igitur singulatim speciales *curationes* ejus tradiderunt, nunc de stomachi *duritia* dicentes, nunc de *ventositate*, de *rheumatismo*, & *debilitate*, & *horrore* ciborum, & fastidio. *Themison* quoque *primo* libro tardarum passionum (*a*) solutionem circa stomachum appellavit *rheumatismum*, *secundo* libro *ventositatem*. *Thessalus* secundo libro regulari curationem separavit soluti stomachi, atque inflati. Nos vero communiter sub *una propositione* de omnibus dicere curabimus, qua ventositatem, vel ex *tumore* duritiem confectam *strictura* jungimus: *fastidium* vero, sive horrorem ciborum, & *corruptionem* (*b*) ambiguam, utris-

a. solutionem vocat Cæliacum morbum

b. i. tam strictura, quam solutioni

1 Passio hæc, ut ex symptomatibus apparet, alio vulgatiori nomine vocatur *Cardialgia*: quoniam superius ventriculi orificium, quod στόμαχος & καρδία appellatur, præcipue affectum est.

Causæ antecedentes. utrisque principalibus passionibus subjicientes. *Antecedentes causæ*, quæ stomachi passionem faciunt, cæteris quoque passionibus generandis communes esse probantur, sed magis illam jugis *indigestio* parit, sive post cibum (*c*) *gemitus*, & *perfrictio* profunda: item *mœstitudo*, & *medicaminis insueti* potatio. Sequitur autem in passione constitutos accessionis tempore *animi defectio*, *articulorum* frigidus torpor, aut variatus per membra acrior naturali *fervore*, qui magis *medias* teneat *manus*: tum *roscidus sudor*, & animi angustia, jactatio, *anxietas*, sive (*d*) concatenatio mentis, & *desponsio*, *coloris* mutatio, *pulsus* parvus, celer, imbecillus, *corporis* tabes, *cibi* fastidium, vel *major* ciborum *appetitus*: tum *corruptio* acceptorum cum *acore* vel in (*e*) *bromosam*, vel (*f*) *fumosam* transeuntium qualitatem: Quibusdam etiam *vocis* amputatio, & *dentium* (*g*) contrictio, sive concubitus: inseparabilis *capitis* gravedo: *aurium* tinnitus, quibusdam *sitis* insatiabilis, & cum in accessu tumor major fuerit excitatus, *oris* siccitas, & *saltus* sub præcordiorum partibus: tum *dolor* in eadem parte, aut etiam inter palas tenens, sive (*h*) latius, cum se tremor uberior (*i*) infuderit: dehinc transvorandi difficultas cum *præfocabili* sensu. Quo denique commoti quidam *nostræ sectæ* principes, Epistolarum libris hoc accidentiæ genus (*k*) *stomaticam synanchen* vocaverunt.

c. vomitus
Symptomata.
d. contractio. constrictio
e. cœnosam, putidam
f. nidorosam
g. contritio
h. latior
i. diffuderit
k. stomachicam

Signa peculiaria quorundam ventriculi morborum.

Durescente autem *stomacho*, sine ullo [2] fervore atque dolore, cætera communia *signa* sequuntur: tum *ligneus* earundem partium sensus, & magis inter palas, si omnis aruerit stomachus: sin vero in *superioribus*, erit transvorandi difficultas, donec ad ejus fundum accepta perveniant, aut si in (*l*) eodem *fundo*, quem Greci βάσιν appellant, fuerit durities, erit transvoratio facilis, sed post ejus perfectionem, *gravatio* sequetur, tum *durities*, atque *extantia* in (*m*) interioribus præcordiorum. At si *ventositas* fuerit stomachi, *tensio* sequetur inflatione conjuncta: tum *capitis* plenitudo cum (*n*) oppressis atque jugibus *ructationibus*, (*o*) testante gravedine, quæ magis accepto cibo sentiatur. Tum *sonus* in interioribus liquidorum tanquam semipleni folliculi, errante vento per inania: atque ita tensione laxata erunt ructationes relevandi. Et si etiam *intestina* fuerit (*p*) conflata, *rugitus* interiorum sequetur, quem *Græci* βορβορυγμὸν appellant. At

l. ejusdem
m. an inferioribus?
n. retentis flatibus
o. attestante
p. inflata

2 Quod contingit in scirrho incipiente.

At si *solutio* fuerit stomachi, quam *rheumatismum* vocaverunt, sequitur *salivarum fluor*, & quibusdam jugis *sputus*, & *oris* humectatio nauseabilis, cum *mordicatione* interiorum: quibus-
19 dam plurimus *vomitus* crassioris, vel tenacis, aut fellei, & (*q*) prasini humoris, vel alterius cujuslibet substantiæ, circa supradictos colores. Sin vero *occulta* fuerit solutio, quam *Græci* ἄδηλον appellant, aut (*r*) immensa signa videantur, quæ *Græci* λογοθεώρητα vocaverunt, sequitur *debilitas pulsus* ægrotantis, & veluti stomachi *pendentis* atque *trementis* sensus, marcor ac defectio animi, quam *Græci* λειποθυμίαν vocant, quæ *sumpto cibo* temporaliter depellitur, resumptione suffecta, non tamen perseverabili: nam rursum in eandem (*s*)
20 relabent defectionem, (*t*) in imagine ultimæ passionis. Quo fit, ut nisi quis celerius sumpserit cibum, summa defectione jactetur. Sic denique plurimi (*v*) *impausabiliter* tota die atque nocte cibum sumpsisse veteribus traduntur. Nanque *Asclepiades* memorat Praxagoræ *famulum* ternos bilibres panes per singulos dies accepisse: quibus comestis, non aliter passione afficeretur, quam si nihil (*x*) acciperet. Sed ab ista passione *phagedæna* discernitur: siquidem in ipsa non (*y*) insumantur, vel digestioni tradantur accepta, sed gravatione sequente evomantur. Hæc sunt quæ de *stomachi rheumatismo* occurrunt.

q. porracei
r. immanifesta
s. relabuntur
t. ad modum ultimi paroxysmi
v. ἀδιαλείπτως
x. accepisset
y. consumantur, dissolvantur

21 Sed (*z*) circa *regulam methodicam* discernentes (*a*) *superpositionis* tempore, contrariarum adjutoria passionum *strikturæ* ac *solutionis*, quæ suis speciebus & signis (*b*) approbantur, in *lenimento*, communi sæpissime curatione utemur, quam *recorporativam* dicere poterimus, a *Græcis* metasyncriticam appellatam. Cum igitur primo *strikturæ* passio corpus invaserit, atque nova *temporis causa* fuerit ægrotantis, sive in *superpositione* constituta, turbando, aut dolore, aut ventositate affecerit patientem, convenit eum jacere *loco* lucido, atque calido mediocriter, adhibito *straminum*, atque operimentorum calidorum usu, & si vires permiserint, adjuncta
22 *abstinentia* usque ad tertium diem, & accessionis tempore omnifariam *requie*, tum articulorum blanda convenit *defricatio*, cum quodam calidarum manuum amplexu, ut etiam tenendo medeamur. Dehinc *vaporationes* inter scapulas, sive palas adhibendæ: *pectori* quoque saccelli calidi ex cantabro confecti, sive polline: (*c*) nam *Græci* (*d*) ὀμφακόμελι vocant,

z. secundum *Curatio varia*.
a. exacerbationis
b. æstimantur *in paroxysmo, cum strikturæ*.
c. & quod Græci
d. describitur a Paulo & Aetio

cant, & harum similium materiarum. Convenit etiam multiplicati *linteaminis* vaporatio, sive pannorum, vel *plagellarum*, quæ *Græci* (*e*) πτύγματα vocant, oleo tinctarum: *cucurbitæ* igni externo [3] vaporatæ, atque leniter appositæ, jugi atque frequenti mutatione: aliquando etiam (*f*) *testea* vascula, quæ *Græci* amphoras vocant, sive *vitrea*: tum *fomentatio* studiosa ac jugis, ex oleo calido atque dulci, vel in quo malvæ agrestis radices decoctæ sunt: si *singultus* fuerit, (*g*) sicyonio: si *inflatio* cum ruta vel anetho. At si *vocis* fuerit *amputatio*, in (*h*) accessionis affectu decumbentibus erunt spongiis aqua calida expressis *ora* vaporanda, & distinctio *dentium* facienda digitis immissis, quibus lenius gingivas deprimamus: tum *capitis* fomentatio, & *resumptionum* moderamenta adhibenda, ut panis calidus, vel cucumis, aut melo, vel *terræ gleba* aqua calida infusa, & oris collutio ex aqua calida, & accessione urgente parva potatio: ac 24
si in *vehementiam* passio venerit, adhibenda *phlebotomia*, qua perfecta, si tertia fuerit dies, quam Græci *diatriton* vocant, erit ægrotans *unctione* curandus, calido scilicet ac dulci oleo: tum *oris* adhibenda collutio: *cibus* offerendus parvus, levis, calidus, sumptione facilis, ut sorbile quidquam ex pane atque melle, & sale, & anetho confectum, sive pulticula mollis, velut ex pane, aut alica: & ova sorbilia. Tum *alternis* diebus, permittentibus viribus, ægér nutriendus, donec passio declinet. *Potus* præterea dandus est plurimus, sed neque majoribus haustibus hauriendus, neque coadcervatim atque eodem tempore, quo potius (*i*) *ignotos* * impleri, quam relaxari faciamus. Iis autem *partibus*, quæ fuerint in *tensione* constitutæ, *cataplasmata* conveniunt laxativa, ut est præ 25
cæteris ex lini & fœnigræci pollinibus, & semine malvæ, ex solo melle, & parvo oleo admixto confectum, quo plurimo tempore corpori possit sine ulla gravatione immorari: tum *cucurbita* adjuncta scarificatione, sive *hirudinum* appositio, quas vulgo sanguisugas appellant: deinde *cataplasma*, & *vaporatio* spongiarum expressarum liquoribus sæpe memoratis. *Declinante* passione, si ulla *durities* fuerit consecuta, erunt *cataplasmata* apponenda, ut nuper docuimus, admixta resina, sive in olei vicem liquida pice: vel radice hibi- 26
sci, & adipe porcino recenti primo, tum veterato, confecta,

e. lintea complicata
f. terrea, figulina
g. sub. oleo
h. accessione affectus
i. inassuetos
* ægrotos

3 Sic cornua aqua fervente vaporata balneatores adhibent.

cta, sive ex hordei pollinibus, aut lolii semine, & arido fico, & hibisco: Tum etiam ex oleo calido *embasis*, sive (*k*) ex varietate ejusdem per diversa virtutis, ut *fœnigræci* decoctione, vel radicis *malvarum*, aut *lini* semine. Dehinc *cibus varius* dandus, sed qui nullam faciat inflationem, neque digestione (*l*) tardius (*m*) approbetur, sed omni facilitate conveniens, ut cerebrum porcinum, pisces teneri, atque olera, quæ ventrem mollire valeant: Tum *lavacra* convenit adhibere, atque *vino* ægrotantem resumere leni. Utendum etiam malagmate, quod *diachylon* appellamus, sive
27 *mnaseum*, vel *diamelilotum*. Et si *ventositate* fuerit stomachus affectus, adhibendum [4] *diasamsucum*, sive *diaspermation*: quorum compositiones de medicaminibus tractantes *Responsionum* tradidimus libris.

k. ob varietatem, per diversa ejusdem

l. tardior, an tardus?

m. competeriatur

Si *rheumatismus* fuerit, quem nihil aliud quam *solutionem* accipimus, convenit ægrotantem jacere *loco* mediocriter *frigido*, supino *schemate*, attritis ac (*n*) teneribus stramentis utentem, adhibita *requie*, & *abstinentia*, sicut superius diximus, permittentibus viribus: tum tenacior *ligatio* articulorum, vel si causa coegerit, constrictio facienda apposita
28 *cucurbita* stomacho, plurima flamma subjecta: dehinc solutione cogente, *spongia* frigida, atque *odoramenta*, quæ percutere minus valeant caput, ut exhalatione sui *frigus* ingerant ægrotanti, ut mala cydonia, pira, sorba, mala punica, murta, lentiscum, rosa, vel (*o*) pulentum infusum, & his similia: *oris collutio* ex aqua frigida, sive pusca. At si plurimus fuerit *salivarum fluor*, expuere jubemus ægrotantem: siquidem retentus stomachum solvat: transvoratus autem humectet atque obducat, & propterea geminet *solutionem*. Sed hoc convenit facere urgenti tempore, ne meditatio potius expuendi, atque exinde provocatio fluoris augeatur. Perseverante passione *gargarismata* sunt adhibenda
29 ex supradictis, vel ex aliquo succo ad fluorem sanguinis præscripto, qui valeat frigore atque propria virtute mederi; vel si res coegerit, ex iisdem *spongiæ* expressæ, sicut in aliis docuimus, *gutturi* admovendæ, sive *pectori*, & (*p*) *interscapulo*.

Cum solutione:

n. teneris

o. polenta

p. interscapulis

4 utrumque hoc medicamentum a Paulo describitur. Omnia hæc malagmata describuntur etiam a Galeno lib. VII. medicamentor. κατὰ γένη, ut διὰ χολῶν, διὰ μελιλώτου, διὰ σαμψούχου, & διὰ σπερμάτων: Mnaseum autem lib. I.

pula. Lenius autem atque idem faciunt *ptygmata* ex supradictis expressa liquoribus. Constringunt enim salivarum fluorem, & nauseam relevant, quod non minus etiam masticata *conyza*, atque exputa, sive *mastiche* contrita, & *lactucæ* albæ semen facere valent. Possunt etiam (*q*) *poto* dari ea, quæ congrue medentur, ut duobus *aquæ frigidæ* cyathis seminis *lactucæ* albæ aspergantur cocchlearia duo, sive *mastiches* cochleare unum: ve plantaginis sive mali punici dulcis, vel acidi succus, cum particula *menthæ* parvissima, vel *cucumeris* semine contrito. Dandum quoque medicamen consectum, quod (*r*) *Dioporon* appellamus, etiam (*s*) *Diamoron*, sive (*t*) *diarhoos*, & his similia: quorum compositionem Medicaminum docuimus libris. Cavendæ præterea horrentium materiarum *fabulæ*, quæ quadam commemoratione *vomitum* commovere videntur: utendum *cataplasmatibus*, quæ nuper de fluore sanguinis scribentes docuimus: & *diatriti* tempore adhibenda *perunctio* ex oleo Hispano, sive lentiscino, vel murtino, qua præcurato ægro, *ora* fovenda aqua frigida, vel spongiis ex ea expressis (*v*) detergi: tum *cibo* reficiendi ægri constrictivo, sicut de fluore sanguinis conscripsimus, atque ita parva interposita dilatione *frigidæ* parum *aquæ* paulatim bibant. Quod si quisquam non valuerit sustinere, *calidam* dabimus sic ut (*x*) nimio fervore constringat: imitatione enim velut *usturæ* partium perficit *densitatem*. At si cibum sibi in stomacho *natare* senserint ægrotantes, convenit articulorum impressam *ligationem* facere, & ut in aquam ferventem *manus* ægrotantium mittere, vel si majora cogunt, etiam constrictivam adhibere *cucurbitam*, & primo ori ventris, dehinc inter scapulas, sive palas, quod μετάφρενον *Græci* vocant, & aliquando tertiam inferius a prima convenit adhibere. Ac si *cibus* fuerit *rejectus*, (*y*) secundo nutriendi sunt ægrotantes: & si (*z*) permiserit ut diatriti rigorem servemus, erit alternis (*a*) plurimus parvus cibus offerendus: quo quidem diurnis diebus, sed non simili modo ægri nutriri videntur. Sin vero stomacho collectus humoris fluor *mordicationem* fecerit, ilico excludendus, si plurimum superare fuerit visus: non quidem (*b*) *digitis* immissis, quo vomitum provocemus, ne magis influant acriora, & ex partibus sanis, vel quæ passione contaminatæ non fuerint, patientibus advenire liquida faciamus, quippe cum

q. potui

r. διὰ ὀπορῶν
s. διὰ μόρων
t. δάρροὸς, an διὰ ῥοᾶς, seu ex malo punico:

v. detergenda

x. intenso

y. denuo est dandus
z. vires permiserint
a. plurimum: sic *sup.* §. dixit paulo plurimum cibum dandum esse.
b. sed natura æ spontaneo conatu

30

31

32

33 cum cōnsuetudo sæpissime transeat in naturam. At si plurimum *edax* fuerit humor, nec tamen ita superfluus, ut sua sponte per *vomitum* excludi videatur, ob (*c*) *facultatem* rejiciendi, quo minus eversio fiat stomachi, damus *potum*, & perseverante solutione, cataplasmatum, sive medicaminum virtutes augemus. Tum si ὄρεξις, sive *appetitio* cibi fuerit impedita, dabimus ea quæ naturam valeant excitare, ut *intybi* thirsum, vel *lactucæ*, & magis albæ, atque aceto tinctæ, tum albas *olivas*, & panem *pusca* infusum, cum parvo pulegio, & sale, & Hispano oleo: item *pultem* ex pane vel [5] tragoptissana, atque pusca, & eleo, & sale parvo confectam, & anetho, vel porro capitato, vel (*d*) *tragoptisana*, quæ ex lenticula atque alica conficitur: sed erit assanda lenticula. Tunc immittenda mala cydonia, vel orbiculata, sive (*e*) *scaudiana*, ut plerique vocant, vel mala, pira, aut sorba, aut pira duracina, quæ *crustumina* vocant, vel folia plantaginis mollia, aut intybi. Aspergenda etiam alicæ, sive oryzæ, grana mali punici, vel uvæ (*f*) *fabriles*: dehinc etiam vina quædam infundenda, ut *murtinum*, (*g*) malinum, vel ex malo punico confectum, aut *hydromel* inveteratum, vel quod [6] *melimelon* appellant, aut *hydromelon*. Danda etiam pruna damascena, & melum assum, vel elixum, vel quidquam ex supradictis. Sic etiam *volantum* carnes, quæ nulla pinguendine accipientem gravent, ut *passerum* pectora, vel perdicum, aut attagenarum: tum etiam *quadrupedum* levia, deinde porcina crura, item *maritima*, quæ non sint contraria solutioni, ut squillæ, mulli, carabi, (*h*) bucini, (*i*) spondylia, conchylia. Ac si cibus in *acorem* transierit, in iisdem erit perseverandum, atque eodem potu, cui erunt aspergendæ *coriandri* seminis drachmæ duæ: Tunc etiam asperiori vino utendum, quod *Græci* (*k*) hypausteron vocant. Perseverante fluore, erit etiam *troschiscis* utendum, quos *hæmoptiycis*, & *cœliacis* potandos scripsimus. *Lavacrum* interea tardius ac serius ordinandum, & multo, atque longo tempore prohibendi ægrotantes *bibere* prius-

c. facilitatem

d. traghophacoptissana

e. scandiana vel scantiana

f. fumo siccatæ. c. 3. lib. 4.

g. melinum

h buccina, purpuræ species

i. spondyli,

l. carnes interiores ostreorum

k. ὑπαυστηρὸν *Nota.*

5 Τραγος apud Dioscor. & Plin. est frumenti genus: Vox autem *Prissana* sua significatione complectitur omnia semina vesca, cortice detracto ad hominum cibos præparata.

6 Melimelon fit ex succo cydoniorum & melle: hydromelum ex decocto cydoniorum & melle. Utrumque Hydromeli nomine Paulus describit. His compositionibus utcunque simi. lis est Miva simplex officinarum.

priusquam cibum sumpserint, nisi aliqua forte major necessitas intolerandæ sitis occurrerit. Erunt nanque dandi cogentibus rebus ex *vino* asperiore *aqua* commixti duo, vel tres cyathi.

In strictura solutioni implicita.

Sed si forte *complexionis* passionum aliqua fuerint *signa* perspecta, erunt *urgentiora* conjicienda, quibus ordo magis serviat curationum. Plurimi vero medici *stomachicos* putant eos, qui *duritia* laborant, & *singultu*, iisque dant *castoreum* ex aqua mulsa solutum, quantitate pleni cochlearis, tribus cyathis aquæ miscentes. Eos autem qui *fluore* stomachi, hoc 37
est rheumatismo laboraverint, *aqua* potant, miscentes *aloes* cochlearis pleni quantitatem, vel infusione *adstringentium*, vel decoctione, vel succo. Sed erit præcavenda *medicami-*
l. injucunde *num* dandorum *satietas*, ac magis (*l*) inlocandæ qualitatis, quam non solum ægre perferant ægrotantes, verum etiam officio appetendi cibi deserantur, & propterea passionis augeatur pernicies. Hæc etiam de illo potando medicamine, sive antidoto, quod *hieran* appellant, dixerimus. Facienda etiam laboriosa atque dolore gravissima *ignis* (*m*) ustura.

m. παρίπτησις, quasi adassatio.

Sed in *lenimento* (*n*) oportebat ægrotantium *fortificare* cor- 38
pora, atque *resumere* varia gestatione, & pro modo virium, sub divo *deambulationes* adhibere, sive *lectionis* exercitium, si fuerit litteratus ægrotans, vel, ut communiter dixerim, *vocis*: tum *unctionem* ac *defricationem*, & eos motus, qui magis *humeros* valeant exercere, retento spiritu, & nunc *palæstra* corpus agitare, tum *lavacro rarissimo* uti in iis, qui fluore vexantur stomachi: *jugi* autem ac frequenti in iis, qui strictura laborare videntur. *Vinum* vero, atque *varium* cibum *constrictivum* (*o*) prioribus, *laxativum* (*p*) sequentibus ordinamus, ut pisces teneros, echinos, ostrea, & olera mollia, accedente regula *methodicæ* disciplinæ, minuendæ augendaque quantitatis. Dehinc adhibenda *recorporatio*, quam 39
Græci (*q*) metasyncriticam vocant, ex acriori cibo, quem Græci *drimyphagian* appellant, ex (*r*) aqua *capparis* (*s*) confecto, & aceto, & sale, & *cepe*: sed ex (*t*) depositis, quæ temporis requie, nullo accepto marcore, inflabilis virtutis careant qualitate. Dandæ etiam rapæ *sinapi* madidatæ, atque (*v*) *salsum* ex aceto, et oleo conditum: vel aceto, & mulso, & sinapi: aut mulso ex vino confecto: quæ quidem erunt varianda. Admiscendum etiam *piper* pro ratione virium,

Quomodo stomachici extra paroxysmum sint tractandi.

n. oportebit

o. qui fluore laborant

p. qui strictura afficiuntur

q. metasyncrisin

r. muria

s. condito

t. conditaneis salgamis

v. salsamentum

rium, atque passionis magnitudine, ut nunc uno, nunc duobus,
40 nunc tribus acribus pulmentis utamur. Convenit etiam sic-
ca *fricatio* cum [*x*] aspergine (*y*) corporea facta. Tunc *fri-*
gidi consuetudo *lavacri*, quam ψυχρόλουσίαν appellant, & cibi
sicciores, magis in iis qui fluore, hoc est *rheumatismo* laborant:
Tum *rubor cutis* faciendus inter scapulas, & in thorace usque
ad ventrem, nunc ex *ferventis resinæ* linimento, nunc ex picis,
nunc ex *dropacis*, primo communis ac *lenioris*, deinde com-
positi ac *vehementioris*: atque ita *nitri* fricamento utendum,
& *sole* torrendum corpus, quod Græci ἡλιῶσιν appellant:
aut παρόπτησις adhibenda ex carbonibus, vel parietibus,
ignitis, & (*z*) *ceromate*: aliquando etiam ex *fico* ca-
41 lefacto, tum *defricatio* ex nitro, atque olco, & adarce. Ad-
hibenda quoque *acopa* ex euphorbio, & diagridio, & pyre-
tro, & pipere, & sinapi; vel succo *ferulaginis*, (*a*) quem
Græci thapsian vocant: ungendaque iis *solis* corpora, vel ad-
mixta *cera* ea imponenda, donec sufficienter (*b*) inflari vi
medicaminis partes videantur. Convenit etiam [7] *vomitus* ar-
te affectatus, quo corpora (*c*) dissecentur: & primo ex aqua
mulsa, vel ex aceto *scyllitico* melli admixto singulari, vel
adjuncto semine *erucæ*, aut *cardami*, aut *urticæ*, aut *sinapi*,
aut (*d*) *salsamenti* multi ex aceto, & melle: tum etiam ex
radicibus: ultimo quoque *helleboro* lenticulæ admixto: vel
42 orizæ, in iis qui *rheumatismo* fuerint affecti: cum *sorbilibus*
vero succis in iis, qui *strictura*. Adhibenda etiam *ptarmica*,
quibus stomachus commotione capitis contremiscat. Item
sorbendus, aut infundendus *rhinenchyto* ferramento naribus
succus cyclamini, aut erucæ, aut anagallidis herbæ: *garga-*
rizandum sinapi ex aceto & melle, decoctio thymi, aut ori-
gani, vel pulegii, aut hyssopi, aut [*e*] squillæ succus cum
aqua mulsa, & cætera similia, ejus generis quæ fuerint,
& magis cum (*f*) initia atque summitas stomachi *callosa*,
videbuntur vehementiore modo curationis indigentia. Tunc
etiam adhibemus quædam acriora, vel horum *exhalationem*
ægrotantes haustu suo hortamur adducto spiritu recipere,
43 quo etiam *altiora* agitatione medicaminis demutentur: Sum-
pto igitur *fictili* vasculo immittimus *puscam*: tum admixto
nitro, *origano*, (*g*) *cardamomo*, *mastiche* chia, carbonibus subje-

x. His verbis designat τρίμματα, & συμπάσματα.
y. pulveris alicujus
z. linteis cera oleoque inductis
a. quam
b. in tumorem rubicundum attolli
c. morbosum a sano, veluti scalpello resecetur: eodem genere locutionis utitur li. 4. §. 3.
d. salsamento multo
e. scyllæ
f. initium
Modus vaporandi.
g. an cardamo, seu nasturtio

7 Hanc vomitus provocandi rationem vomitum jejunum autor vocat *sup. lib.* 2. §. 31.

ſubjectis decoquimus. Sed erit primo os vaſculi *prægypſandum*, immiſſo *calamo* utraque ex parte forato, cujus ſummitati *ovi* vacuati imponimus *teſtam*, ex utroque ſuo vertice perforatam: cujus *altera* caverna calamo inſeratur, *altera* vaporem fumet acceptum: tum ægrotantem jubemus *ore aperto* ſupradictam cavernam labiis amplecti, ſive ovi, ut ſupra diximus, verticem, atque ita ejus *exhalationem* excipere: cujus quidem fervor erit moderandus, ne mimicitate partes exurat. Atque ita, ſi plurima & perſerverans *mordicatio* affecerit ægrotantem, erit mitiganda ſimplicibus *gargariſmatibus*, ut aqua calida, & oleo, ſive lacte, aut decoctione cantabri, aut ſucco ptiſanæ, vel (*b*) *noxarum* decoctione, aut *amyli* cum aqua. Oportet præterea etiam partibus in paſſione conſtitutis apponere medicamen, quod *Polyarchion* appellamus, vel (*i*) *Diadaphnion*, & horum ſimilium, quorum compoſitionem *Medicaminum* tradidimus libris. Dandum quoque medicamen *theriacum* bibendum, quod (*k*) *diechydnon* appellamus: cujus quoque compoſitionem *Reſponſionum* dedimus libris. Tunc ægrotantes maritima *natatione* exercendi, atque *cataclyſmo* curandi, hoc eſt aquarum illiſione, ſuppoſitis partibus patientibus, *Animo* præterea ſecuro atque facili eſſe convenit curandos, & *aquarum naturalium*, uſum adhibere, ut quæ ſunt in Italia (*l*) *Cotiliæ* appellatæ, & *Nepeſinæ*, quarum lavacro atque potu (*m*) aptiſſimo utendum, adhibita *aeris* mutatione longa, terrena & maritima: *exercitationibus* variis palæſtrarum, adhibito præceptore utendum, atque ita iiſdem reſumptionibus corpus convenit recurare. Sic enim *perſeveratione* & ventoſitas excludetur ſtomachi, & aliæ quoque ſupra dictæ paſſiones depellentur.

44

45

h. mixarum

i. διὰ δαφνίδων

k. διὰ ἐχιδνῶν, ſeu de viperis

l. Cutiliæ

m. aptiſſime

Perſeverantia utilitas.

CAPUT III.

De Phagedæna.

46

Signa & ſymptomata.

a. φαγέδαινα ἀπὸ τοῦ φαγεῖν ἄδην i. ἀκορέσως.

b. coadcervatim

ESt etiam (*a*) *phagedæna* ex ſtomachi paſſionibus, qua affectos ſequitur cibi *vehemens appetentia*, quam *Græci* ὄρεξιν appellant, & (*b*) coadcervati accipiendi cupiditas, & *immaſticata* tranſvoratio, tum *gravedo*, atque tenſio, & propterea *vomitus*, quem ſibi coacti atque oppreſſi provocant ægrotantes, corporis *macies*, *pallor*, aliquando etiam *vultus* infla-

inflatio, *oris* (*c*) pedor, quibusdam etiam *gingivarum* putredo, cum scabro *dentium* detrimento (*d*) tritus, *visus* obtusio, (*e*) sed passioni genus philonii in *problematicis* daturos nos iterum pollicemur. Interposito enim tempore *digestionis*, rapiuntur accepta, atque repletis viis, quos *Græci* πόρους appellant, obtunditur appetitus. Erit præterea curandum, tempore quo *cibamus*, ea ministrare quæ *parum* nutriant, sed quanta vi queant, appetentiam obtundant, ut sunt *olera* quæ non relaxent, ne vomitum moveant, sed constringant potius. Sic enim sui quantitate *famem* [*f*] sentiunt, atque virtute propria digestionem non gravando perficiunt. *Bibere* autem prius quam *solidus* sumitur cibus, iis qui fame urgentur, utilissimum judicamus. Siquidem potu impleti minus solidos appetunt cibos: *phagedænicis* vero hoc convenire negamus: *humectatus* etenim stomachus in *vomitum* facile provocatur, & liquefactus, atque supernatans cibus facilius *nausam* provocat ægrotanti. Erit igitur sensim *vomitus* differendus, atque ejus consuetudo mutanda, ut interpositis diebus (*g*) parum demus aliquando cibum, & appositione *cucurbitarum* ejus adjuvemus descensum, qui solitis suis locis insertus teneatur. (*h*) Alia vero *vomitum* permittamus, ac deinde paucis interpositis diebus prohibeamus, vel iterum adhibeamus, sed in (*i*) *adjutorii* vicem, hoc est ex *radicibus*, tum etiam ex *helleboro*: quo regulæ curationis adjutoria localia concurrant *recorporativa* virtute medentia, & partes ad *fortitudinem* naturalem ducant, quorum usum ex supradictis, atque in aliis passionibus ordinatis accipiendum ducimus.

c. fœtor
d. & attritus
e. hic multa desunt. *Curatio*.
f. sátiant
g. parvum, paucum
h. sc. dies
i. adjutorii modo, specie, ratione

CAPUT IV.

49 *De Jecorosis, quos Græci* (*a*) *Epaticos vocant, & lienosis, quos* (*b*) *splenicos dicunt*.

UTraque passio a *locis* patientibus nomen accepit. Siquidem est in *jecore*, vel in *liene* constituta, (*c*) *tumore* scilicet effecta, sive (*d*) *collectione*, vel duritia, atque *saxitate*, quam (*e*) schirrosin vocant. Sed de tumoribus libris *febrium* docuimus. De collectionibus vero, sive *vomicis* specialiter (*f*) docemus. De duritia vero aut *saxitate*, (*g*) quæ ceden-

a. ἡπατικοὺς
b. σπληνικούς, καὶ σπληνητικούς.
c. sc. inflammatorio
d. abscessu, vomica
e. σκίῤῥωσιν
f. docebimus
g. quę tumori succedunt *Symptomata jecorosi & lienosis communia*.

cedente tumore efficiuntur, nunc prosequemur. Sequuntur enim quædam *communia* jecorosis atque lienosis, quædam specialiter *propria*: sed communia, *gravedo*, *spirationis difficultas*, & magis in itinere & ambulationibus clivosis, tum *piger motus*, atque *anhelatio*, & *sitis*, & *oris siccitas*, *coloris* mutatio, *pedum* inflatio, aliquando etiam *febricula* latens, & *hydropismi* suffusio, cum continua cibi corruptione. *Propria* autem, vel specialia *jecorosos* hæc sequuntur, extans *durities*, sive scirrhosis in *dextra* parte præcordiorum, schemate rotundo, costis ex aliqua parte subjecta, & propterea veluti decisa: ex alia vero parte circumscripta, atque rotunditate terminata, *color* sæpissime *æruginosus*, sive [*h*] arquati similis, quem Græci *icteron* appellant, *urina* turbata, velut [1] *sandarachæ* colore: & accessionis tempore *dolor* tendens usque ad dexterum jugulum atque palam, & difficilis supra latus *sinistrum* jacendi copia. Siquidem adducuntur dexteræ partes suo pondere pendentes, & propterea [2] *gravedine*, atque doloris punctione ægrotantes afficiunt, tum fellosa *stercorum* egestio. *Lienosis* vero extans *duritia*, atque saxea sub *sinistra* parte præcordiorum invenitur, schemate longo porrecta, & veluti pectus invadens, vel umbilici sæpissime transgrediens finem, atque latitudine superans, nunc minime, nunc vehementer, ut omnia [3] *conata* videantur, & inspicientes eo falluntur, ut *membranam* tumere, sive extare putent, quam *Græci* περιτόναιον vocant, *color* plumbeus, atque *accessionis* tempore dolor tendens ad jugulum sinistrum & palam, & difficilis supra *dextrum* latus jacendi copia. [4] Memorant plerique etiam multitudine *pediculorum* ægrotantes affici, & graviore per somnum *sudore*, attestante *veretri* (*i*) in officio ventris erectione, & assiduo e *naribus* sanguinis fluore. Præterea oris fœtor ægrotantes afficit, cum *gingivarum* putrefactione, & (*k*) defluxione. Sectarum *principes*

50 — 51 — 52

Jecorosis propria.

h. arquato

i. dum alvus exoneratur

k. colliquatione

1 De sandaracha, colore flammeo factitio, *vid. Plin.* H. N. lib. XXXV. cap. 6. Erat Arsenici quædam species. sandaracha autem Arabum est gummi Juniperi; quod Græcos Arabesque legenti probe tenendum.

2 *gravedine*, ob pondus suspensi jecineris: *punctione*, ob distractam & divulsam membranam, cui jecur adnexum est, & quæ cum Diaphragmate colligatur.

3 connata, συμπεφυκότα: i. cohærentia, ut nihil videatur sub costis inane jacere, quod tamen vacuum in sanis deprehenditur; quamobrem & κενεῶνα Græci vocaverunt.

4 Quæ hic enarrantur, sunt cachexiæ scorbuticæ symptomata,

cipes meminerunt tenuari etiam cutem ventris, & (*l*) *venas nigras* apparere atque crassiores, & in cruribus *ulcera* difficile in cicatricem, vel indecenter venientia.

l. varices.

53 In his igitur communiter oportet *superpositionum* tempore, tanquam in tumore curando, *calidum* jacentibus providere *locum*: tum *fomentis* & *cataplasmatibus*; *cibis laxativis* uti tempore, quo saepissime docuimus, sed tenuibus, ac sorbilibus. Tunc *cucurbitae* atque scarificationes, & *sanguisugarum* convenit appositio, quas hirudines appellant, & *vaporationes*. Ac si vehemens passio fuerit, adhibenda *phlebotomia* iis omnibus anteposita; tum *clyster*, si venter officium non agnoverit: (*m*) sed ex decoctio *fici* (*n*) singularis (*o*) impressi patientibus locis: (*p*) flectetur enim & (*q*) *exercitio* quodam duritiés resolvetur. Conveniunt etiam frequentes *cyclorum* mutationes: denique inter paucos dies adhibenda *drimyphagia*: tum radicum *vomitus* cum aceto squillitico, vel certe *helleboro* erunt (*r*) disjiciendi. Tum alia mutatione resumendi ægrotantes, adhibito usu *aquarum naturalium*, atque *natatione* maritima, & *vaporatione* [5] locorum natura spirantium, quo etiam sudores moveantur, non ob virium fatigationem, sed quo possit calida spiratione ac naturali (*s*) *corporatio* fieri patientium partium. Convenit praeterea etiam in littore sicco ex harena sole ignita παρόστνους: tum *malagmata*, quae corpus valeant (*t*) *papulare*: & primo leviora, ut est (*v*) *polyarthion*, ex *caphiso fonte*, & [6] *salibus* confectum, quod διὰ ἁλῶν appellant: item ex tribus *resinis*, quod (*x*) diaretismum vocant: tum etiam, quod appellant (*y*) *diamyropsicen balanum*; item (*z*) *Diaoriganum*, & (*a*) *Diacardamum*, vel (*b*) *Diathapsias*, & [7] *Diasbestum*: Quorum omnium compositiones Responsionum libris explicavimus. Sed iis quae sunt vehementia, ut est Diathapsias, ita erit utendum, tanquam sinapismo uti solemus. Haec est secundum nos *curatio* eorum qui duritiam, sive *scirrhosin* in *jecore*, vel in *liene* habuerint.

Curatio.

m. sed &
n. solius
o. impressa, applicita
p. emollietur
q. jugi & perseveramte applicatione
r. commovendi *sc.* ægri
s. recorporatio
t. in papulas seu pustulas elevare
v. Polyarchion & Cesiphontis, ut lib. 2. §. 34.
x. διὰ τριῶν ῥητινῶν
y. διὰ μυροψυχῆς βαλανε.
z. διὰ ὀριγάνε
a. διὰ καρδαμε, *s.* nasturtio
b. διὰ θαψίας, *s.* de succo ferulaginis.

Tt Apud

5 talis est specus prope Neapolim, quem incolae vocant *la Grota di Tritoli*.

6 Paulus describit emplastrum ex sale. Galenus lib. VI. κατὰ γένη describit etiam malagma hoc διὰ ἁλῶν, ut & Cresiphontis.

7 Διὰ ἀσβέστου. Ἀσβεστος species est Aluminis plumosi, ex quo lintea incombustibilia conficiuntur. An hic subintelligitur νοῦσα? ita ut malagma sit ex calce viva. Apud *Aetium cap. de scirrho lienis* legitur Epithema aurei coloris Asclepiadae, quod calcem vivam accipit. *Gal. cap. 7. lib. 14. Meth.* ad flatuosi tumoris curationem emplastrum parat ex calce viva, & strigmentis gymnasiorum.

Veterum quorundam Medicorum sententia.

Apud *veteres* autem medicos plura, atque dissonans & 56
turbulenta *curationis* ordinatio invenitur. Alii enim *phlebotomiam* recusarunt in lienicis, ut *Apollonius* Citiensis: alii probaverunt: Atque horum alii ex *dextro* brachio jecorosos, & ex *sinistro* lienosos phlebotomandos dicunt: alii ex *tàlo* ejus partis quæ patitur: alii ex medio digitorum, omnifariam variis (*c*) extimationibus tentati. Sumunt enim atque deposcunt ex iis partibus, quæ facile dividi possint, phlebotomiam faciendam, hoc est brachiorum venis, nisi forte ipsæ tumuerint, & ob hoc oporteat longe a patientibus partibus phlebotomiam adhibere, quo injuria lateat adjutorii. Item 57
alii *de ustionibus* adhibendis certaverunt: & quidem solis aiunt *lienosis* convenire, quidam autem *jecorosis*, medicaminibus (*d*) *scaroticis* adhibitis, sive cauteribus: & horum *alii* urenda, *alii* perurenda probaverunt, atque altius in *lienicis* cauteres infigendos: quorum quidam *simplices*, quidam *trisulcos*, quidam *serratos* approbant (*e*) frigidos. Tum ustionis *ulcera* humectantes, atque in ea fluorem humoris longo tempore provocantes, *scyrrhosin* defluxionibus auferendam crediderunt, ex quibus tumores, atque indignationes, & [8] *consensus* cum vehementibus febribus necessario sequuntur. Siquidem (*f*) *peritoneos* membrana, quæ est natura nervosa, ignis ustione vexatur. Fit etiam secundo (*g*) *impossibile* plu- 58
rimis atque vehementibus adjutoriis uti medicantem, ut *sinapismo*, *cucurbitis* rapidis, forti raptura motis, *fricationibus*, *dropace*, & his similibus, cum *cicatrices* (*h*) cæcitate viæ, & (*i*) hebetudine torpentes, tanquam mortuæ vim nullam medicaminum accipiant. Diviserunt præterea plerique etiam *curationis* officium, & *alia* jecorosis, *alia* lienosis convenire probarunt. Hinc denique (*k*) quasdam lienica vocaverunt. *Jecori* etenim cataplasmata aiunt adhibenda ex *abrotano*, & *sesamo*: item bibenda medicamina, ut *theriacam*, quam (*l*) dioscoridian vocaverunt, (*m*) *diapatorion*, vel *diapyrion*. Item anodyna, quæ nos *indoloria* dicere poterimus, ut ea 59
quæ

c. opinionibus

d. escharoticis

e. figendos, alii rigidos.

f. peritonæum

g obstat, prohibet

h. ob densitatem

i. insensibilitate

k. quædam

l. διὰ σκορόδων an διὰ σκορδίου

m. Di Eupatorium, & zopyrion: zopyrium Aetius describit.

8 Consensus Methodici vocabant tenuissimorum corpusculorum concursus, coitiones, & coacervationes, ex quibus fieri putabant phlegmonas, febres, & alios id genus morbos: quod indicat infra §. 64. Consensum tamen hic explicare licet, graves affectus per Sympathiam excitatos, læsa nervosa parte.

quæ scribunt [9] *diadion pipereon*, & [10] *lexypyreton*, & *chamæpityn*, vel viridis *pini* decoctionem singulatim, vel cum melle: item urinalia medicamina, quæ *diuretica* vocant, ut est mulsum cum *dauci* decoctione, vel *fœniculi* radice, aut *petroselini*: aut *absinthii*, aut mali *cydonii* cum *œnanthe*. Utuntur etiam oleribus, ut *lactuca* cocta, vel (*n*) incocta; *asperago*, radicibus [11] *olusatri*. Ventrem quoque (*o*) deducentes antidoto quod *hieran* vocaverunt. In *lienicis* vero epithema ajunt specialiter convenire ex *cappare* & *myrobalano*, & aceto, sale admixto, quod ὀξύαλμου vocaverunt, & herba cui nomen *asplenos*. Dant etiam [*p*] bibendam *aquam*.

60 Dicunt specialiter *lienem* deducere, vel defluxione purgare, ex quibus est ad (*q*) nutriendum noxiæ cuticulæ, & aquæ ex *lacu*, in quo sæpissime candens ferrum fabricatores tingunt, de qua jubent dari cyathos tres cum aceti cyatho uno. Item *polion* herbam, aut *hormini* semen in cotylæ quantitatem: aut *capparis* radicem cum *squillæ* drachma dimidia, aut *chamædryos*, vel [*r*] *herpylli* acetabulum, ex (*s*) aceto mulso cyathis tribus, vel *hipposelini* (*t*) semen cotylas duas, cum vini cyathis tribus: aut *libanotida* herbam, quam nos rosmarinum vocamus, cum *fœniculi* semine in

61 cotylæ quantitatem ex vino mixto: item *ammoniaci* guttæ drachmam unam, cum (*v*) mulso ex aceto (*x*) confecto cyathis tribus, vel *tamarisci* ligno: item cibum vel potum sumere jubent ægrotantes in *vasculis* ex tamarisci ligno confectis. Quidam etiam *decidendum*, vel auferendum [12] *lienem* ordinare ausi sunt, quod quidem voce dictum, non officio completum accipimus. Sequentibus autem atque diversis sese implicantibus potionibus medicaminum variorum *stomachum* vexant, *vesicam* commovent, atque totum corpus communiter in *cachexiam* mittunt, nescii quod quædam ob acrimoniam propriæ virtutis, laceratione quadam, *communi* potentia medeantur, & non per quasdam (*y*) *inerrabiles* pro-

72 prietates: & quod neque alia *jecoris*, alia (*z*] *venis* esse medica-

n. cruda
o. deducunt
p. bibendas aquas medicatas, quas dicunt
q. nutriendum corpus innoxia cuticula
r. serpilli
s. aceti mulsi
t. seminis
v. mulsi
x. confecti
y. inenarrabiles, specificas
z. lienis

9 Διὰ δυοῖ πιπερεων describitur ab Aetio pag. 726. ex Archigene. a Galeno κ. τοπ. pag. 683.

10 Apud Gal. κ. τοπ. pag. 685. lexipyreti duæ sunt descriptiones.

11 Olus hoc atrum describitur Plin. H. N. lib. XIX. cap. 8. mihi videtur esse myrrhis sativa: quæ & chærefolium romanum dicitur. Audit & Hipposelinum.

12 Plin. cap. 37. lib. XI. liene per vulnus exempto, animalia vivere tradit, sed homini cum eo simul risum adimi.

dicamina, recte senserint. [13] *Omnia etenim omnium corporis partium sunt communia, quando simili fuerint affecta passione.* Regulantur enim sive diriguntur eorum virtutes, non natura patientis loci sed *genere passionis* extentæ, atque indultæ pro modo morborum. Hoc ergo est peccantium judicium, sed eorum causa qui rerum [a] magis *historias* amant. Cætera quoque a quibusdam probata, brevi atque concinna oratione subjiciam. *Diocles* igitur libro quo de passionibus atque causis, & curationibus scripsit, phlebotomat *jecorosos* [b] & dextero brachio, tum ventrem solvit *helleboro* nigro, atque [c] *papaveris* succo. Dat etiam cum mullo *rosmarinum*, quem *Græci* libanotida vocant, & *murram*, & *pini* folia. Adhibenda quoque putat *cataplasmata* ex [14] phanicobalanis cum vino, atque lini semine, & lemo, & pollinibus, [d] quos *omphacomeli* appellant. Dat 63
præterea *aquam* bibendam; in qua sit [e] cantabrum præ-
lotum, & [f] *ptisana* ex tritico, quæ omnia sunt inflan-
tia, atque stomachi vexativa, & digestione difficilia. *Lienosos* vero, quorum *gingivæ* sudaverint sanguinem, phlebotomat, & similiter vexat medicaminibus *felliducis*, quæ χολαγωγὰ vocant, atque *urinalibus*, quæ diuretica appellant. 64
Praxagoras primo libro Curationum jecorosis adhibet *vomitum*, & *ventriflua* medicamina, & *sudorem* moventia, & *urinalia*, & *phlebotomiam*, atque *fricationem*. Utitur etiam *vino* non aquato, & *ustione* cauterium, & his similibus. *Lienicos* vero phlebotomat, & cataplasmatibus curat, utens digestibilibus cibis, & vino potat redolenti, & aceto, adhibita *fricatione*, atque *unctione*, & *lavacro*. Dat præterea bibendam mulsam aceto admixto cum *dauco*, aut hyssopo, vel thymo, aut *capparis* radice vel follis, aut semine, aut ætheriæ herbæ semine, quam *eryngion* appellant, aut [15] *chamæleæ*, vel chamæpitys, aut absinthii, aut marrubii, adhibens etiam vomitum. *Erasistratus autem in jecorosis* præcedens superpositas 65

Erasistrati audacia.

a. varias

b. ex

c. nimir, corniculati

d & eo quod ὀμφακόμελι

e. furfures

f. ptissanam

13 Hinc apparet methodicos peculiares medicamentorum facultates, quæ certis corporis partibus tribuuntur, irrisisse, atque repudiasse.

14 φοινικοβάλανοι sunt fructus maturi palmæ ægyptiæ, inebriandi vim habentes.

15 An chamæmeli? saltem nolim intelligi chamælæam recentiorum Botanicorum, quæ vehementer & maximis cum torminibus ἄνω & κάτω purgat. Quid autem Dioscor. & Plinii sit chamælæa non constat.

sitas jecori *cutes* atque *membranam*, utitur medicaminibus, quæ ipsum *jecur* late amplectantur, tum ventrem deducit, audaciter partem patientem nudans. Aliqui *Asclepiadis* sectatores gestationes, & lavacra, & vaporationes cataplasmatum, atque malagmatum excluserunt in *jecorosis*, suspicantes tenuissimorum corpusculorum fore *consensum*, hoc est spiritus, quem λεπτομερίαν eorum Princeps appellavit, atque in [g] egestorum constrictione, falsitate causarum, adjuto-
66 ria magna recusantes. *Thomison* vero secundo libro Tardarum passionum plurima in his *methodico* rigore ordinavit; sed proterva atque caduca intentione, etiam ex *talo* ejusdem partis phlebotomari jubet ægrotantes, atque alternis vel interpositis duobus diebus sanguinis [h] interea fieri detractionem. *Vulnerandam* quoque *jecoris* partem in superficie medicamine, vel cauteribus existimat: & concedit esse quædam *propria* lienis adjutoria, ob ejus [i] firmitatem, hoc est, quæ fuerint *vehementia*, ut cataplasmata, vel ustiones, [k] eo concedens, ut etiam ipsum quoque lienem igneo *cautere* transpungendum probet, tribus vel quatuor locis, non advertens, [l] quia pro magnitudine passionis, ac virium corporis, extenduntur atque indulgentur adjutoria, & non pro specie patientis partis. Siquidem quædam quæ natura difficilem [m] habuerint sensum, & propterea non facile tactum accipiunt, morbo tentata, sensibiliora cæteris fiant, ut est *plantæ cavum*, quod tumore, dolidum, atque
67 omnino sensibile & attentum fiet: Atque rursum ea quæ natura facile sentiunt, difficilioris sensus passionis efficiuntur causa. Quo fit ut sit juxta regulam *methodicam* explosum, ut qui intentione κοινωτήτων ducitur, [n] corporis facile ne [o] aut difficile sentiant curet, sicut latius de κοινώτητοι scribentes docebimus. *Thessalus* vero secundo Regulari libro omni ex parte (p) immutatam, atque eandem *jecorosis* & *lienosis* formam tradidit curationis. Sed quia plurimæ atque variæ his visceribus irruunt speciales passiones, ut *arquatus*, sive aurigo, quam *Græci* icteron vocant, & *cachexia*, vel *atrophia*, atque *hydrops*, de his nunc ordinare curabimus.

g. excernendorum retentione
h. iteratam
i. sensus difficultatem & hebetudinem. *Sic exponendum esse monstrant sequentia*
k. eousque
l. quod
m. habent
n. corpora
o. an
p. non mutatam

CA-

CAPUT V.

De Aurigine, sive arquato morbo, quem vulgo morbum regium vocant, Græci ἴκτερον appellant. 68

Icteri etymologia.

PAssio vocabulum sumpsit secundum *Græcos* ab (*a*) animalis nomine, quod sit coloris fellei. Fit autem ex antecedenti jugi *indigestione*, vel medicaminibus *ventrifluis* (*b*) potu datis, atque permanentibus, & minime exclusis. Sequitur in passione constitutos mutatio *coloris* in fellis qualitatem, quæ primo apparet, ac magis videtur in albidis partibus *oculorum*, atque *plantarum* talis, vel venis quæ sub *lingua* sunt: ventris quoque abstinentia, vel *egestio albida*, atque argilosa: *urina* etiam *crassior*, & *crocea*: oris *amaror*, & 69
sitis, cibi *fastidium*, gravedo, & piger atque segnis *visus*, [*c*] insolitus *motus*, animi difficultas, *pruritus*, & ariditas corporis, & veluti exustione solis *aspera* cutis superficies: sæpe etiam *jecoris* tumentis inflatio, sive saxea *durities*, difficile autem ac rarissime *splenis*, vel *stomachi* (*d*) consensus etiam. Ex his enim plerisque visum (*e*) & istam fieri passionem, quæ sit quidem facile sanabilis, cæterum neque ita felleum faciat corpus. Fit præterea nunc *cum* febribus, nunc *sine* febribus, & nunc *celeriter* circunscripta, nunc corporibus *intardans*, & propterea chronia appellata. Con- 70
venit igitur [*f*] cum primum corpus invaserit, sive tardaverit, & in [*g*] *superpositionem* veniens fuerit [*h*] apprehensa, eam adhibere curationem, quam de (*i*) *tumoribus* in corporibus constitutis sæpe memoravimus. Denique si *vehemens* fuerit, etiam *phlebotomiæ* usus non reprobatur. In *lenimento* vero, corporis *exercitio*, atque *cibis* digestibilibus resumendos ducimus ægrotantes. Tum ad *recorporativam* venimus curationem, providentes ut adjutoriis localibus, si quà *durities* in visceribus fuerit, hoc est, in *jecore*, vel *stomacho*, aut *liene*, sicut superius docuimus, destruatur. Sic enim cum passionis (*k*) genus fuerit amputatum, etiam color naturalis corpori reddetur. Conjicienda sunt ejus præterea *acci-* 71
dentia, quæ *Græci* symptomata vocant, cum generali congrua curatione, id est, ut *fel diffusum* recorporatione adhibita detergentes, varie deducamus: nunc *clysteribus* acerrimis,

a. sc. galbulæ *Causa.*
b. potui
Signa & symptomata.
c. inconsuetæ partium carnosarum palpitationes.
d. est
e. συμπάθεια *Differentia.*
Curatio.
f. hic sub. sive
g. varios paroxysmos
h. cognita
i. corporibus in tumore
k. i. cum id, ex quo icterus nasci. tur, fuerit ablatum

mis, nunc *absynthio* (*l*) poto dato, vel *intybi* agrestis (*m*) succo uno vel duobus cyathis singularibus. Ac si *declinationis* tempus permiserit, etiam cum *vino* aliquando ipsa quoque intyba comedenda probamus, cocta, vel incocta, item *asparagum*, vel *daucum*, aut *fœniculum*: & ob plurimam oculorum infectionem erit *sternutatio* commovenda, medi-
72 caminibus scilicet, quæ Græci *ptarmica* vocaverunt. Item *naribus* infundendum [1] priusquam in *lavacrum* veniant ægrotantes, ut quidam probant, *struthium* cum lacte, & ad speciem referendo, asinino vel humano, similiter etiam *elaterium* quod appellant, hoc est cucumeris agrestis succum: item *cyclamini*, cum eodem lacte. (*n*) Fertur enim statim per *nares*, quæ vultum tenuerat *fellis* infectio, & magis si æger ingrediens calidas cellas in fervens descenderit solium, atque requiescens diurno tempore aqua calida fuerit *vaporatus*, adhibitis aliquando etiam *apophlegma-*
73 *tismis*, quorum materiam sæpe memoravimus, item iis quæ *superficiem* corporis lacessendo (*o*) jaculare (*) videntur, quæ appellata sunt ἀναστομωτικά, & propterea recorporativa, in *sudorem* provocant fellis infectionem, hoc est, *dropax* jugiter adhibitus, vel *solis* fervor torridus, quem Græci ἡλίωσιν appellant, item naturalium *aquarum* exhalatio, vel medicaminum *sudorem* moventium usus. Aspergendum denique corpus *struthio*, *nitro*, *sulphure*, & iis aspersionibus, quæ ob *pruritum* corporis adinventæ sunt, a *Græcis* συμπάσματα appellata: ferventiore *aqua* fovendi ægrotantes. Sic enim servata [2] *regula generali* etiam accidentia passionis curabuntur. Non enim hæc solis in *acutis* erunt passionibus observanda, verum etiam in *tardis*, quas *Græci* chronias vo-
75 cant. Utendum etiam *aeris* mutatione, & *gestatione* varia, & littoraria moratione, *animi* quoque laxamento ac jucunditate, & *aquarum* naturalium voluptate, *natatione* varia, & assiduo *vomitu*, simplici, atque radicibus commoto, item *drimyphagia*, in qua præ cæteris *capparis* magis usus approbatur, & acetum (*p*) *squillicitum*, in quo sit infusa [3] *anchu-*

l. potui
m. succi
n. Defertur
o. osculare
* papulare
p. scylliticum

1 Act. pag. 585. ait pharmaca omnia, quæ in potu accipiuntur, in balneo danda, cum ægri in solium descendere parant.

2 Regulam hanc generalem Methodicus noster hic & ubique præfert specificis, utpote quæ ejus secta non agnoscebat.

3 Radicis Anchusæ decoctum *Dio-*

chusa herba, & *bulbi*, & *squilla* igne torrida, id est subassata, cum melle in electario data. *Vinum* præterea tenue probamus: (*q*) & perseverante passione *hellebori* decocto corpus agitandum, vel si oportuerit, bibendum damus medicamen ex [*r*] *herbo* & *cervino cornu*, in cotilæ quantitatem cum tribus cyathis mulsæ; in iis qui adjuncta febre vexantur, vel [4] *conditi*, in iis qui sine febre afficiuntur. Sed *vitandam* probamus frequentem, & varam medicaminum potationem; quæ *fella* deducere promittuntur, sive *ventriflua*, sive *urinalia*. Etenim *sitis* [*s*] extenditur, & solidioris cibi *fastidium* duplicatur, & corporis *fortitudo* minuitur, atque cibi accepti corrumpuntur, & omnis corporis [*t*] *materia* adulterio medicaminum deterior fit, cum habitudo, ut supra diximus, omnis fuerit immutata. Quod facere videmus eos, qui sæpissime ac jugiter [*v*] *herpyllum* dari probaverunt, & *absinthium*, & *aloen*, *diagridium*, & [*x*] *coloquintida*, vel ex aloe & colocynthide *Hieram* confectam: item ex amygdalis, & absinthio, & anisa *trochiscos* confectos, & decoctiones recentis mulsi ex vino confecti, cum hyperico, vel aristolochia longa; vel herba adianto, quam *Latini* capillum Veneris vocant, vel cicere albo. Aliquando etiam hæc mandendà probaverunt; item [*y*] *rubea*, quam *Græci* erythrodanon vocant; vel *struthium* tritum cum fico arido, vel palmulis: aut *sulphure*, in ovis sorbilibus in parvi cochlearis quantitate: aut certe *cervini cornu* elimatum pulverem ad drachmam unam, cum vini cyatho uno, & aquæ cyathis duobus, vel (*z*) *nepete*, quam *Græci* calaminthen vocant, aut radices (*a*) *pastinacæ*, quam [*b*] staphylen appellant, decoctas in vini hemina, & dimidia, donec ad tertiæ partis liquor veniat quantitem, ex quo dandum probant cyathum unum cum aquæ cyathis tribus, aut quinque cum *dauci* semine: aut *apium*, aut *zingiber*, (*c*) *meu*, vel *asarum*; aut radicem herbæ *bryoniæ*, item *seseli*, & (*d*) *libani* herbæ infusionem, vel decoctionem, & *trochiscos* ex herpyllo vel fœniculo confectos, vel ex aristolochia; quos *Diherpyllum*, vel *Diamarathrum*, & *Dia-*

75 76 77

q. Sed
r. ervo
s. augetur
t. tam partes solidæ, quam humores
v. serpillum
x. colocynthida
y. rubiam
z. nepetham
a. silvestris, tenuifoliæ
b. staphylinum
c. meon
d. libanotidis

Dioscordi nephriticis, ictericis, & lienosis datur.

4 Conditum, Lascari, vinum è dolio quod in ampliori & aqua pleno conditum est. Condita multa factitia & medicata describit *Aetius pag.* 927. *Aetius pag.* 584. hoc medicamentum cum vino simpliciter dandum ait iis, qui febre carent; conditum lib. V. c. 1. mulsum.

Diaristolochian appellant. Horum enim varia multitudo, vel *usus frequens*, causa sæpe ipsius fuit faciendæ passionis. Non enim *fellis* detractio facta illico curationis est causa, nisi to-
78 tius quoque *passionis* fuerit destructio consecuta. Sic igitur his utendum erit, ut supra demonstravimus. Item quidam *Veneris* probaverunt adhibendum usum, *laxationem* carnis faciendam æstimantes, ex quibus est *Titus* Asclepiadis sectator, & *Themison*. Sed est hoc nervositatis vexabile, quippe cum fortitudinem corporis tollat, quæ magis est ægrotantibus adquirenda. Alii *aurum* jugiter aspicere vel intueri ægrotos præceperunt, sive aureos colores, his denique etiam (*e*) *operimentis* utendum laudaverunt: siquidem similia [*f*] rapiantur, & propterea morbi, sive colorum, aut fellis migrantia in alias possit transire materias earum concordantes colori: non (*g*) conjicientes quod sit magis credibile externa
79 in ægrotum facilius transire. Quippe cum *viarum densitate* in superficie corporis clausa interiora teneantur: vel certe [*h*] *similitudo* passionis magis possit provocare (*i*) virtutem, occultæ suasionis admonitione superata. Semper enim *memoratione* passionum tristes ac mœsti necessario fiunt ægrotantes: quæ maxima causa est augendæ passionis. Est autem maximum *adjutorium*; & magis utilis ægrotantibus *animi* purissima *laxatio*, sive serenitas. Erit præterea perseverante passione etiam longa *navigatio* curanda, & *unctio*, adhibito præceptore, quo assidua defricatione plenissima fieri *resumptio* possit.

Nota.

Veneris noxa.

e. stragulis aurei coloris

f. sub. ad se invicem

g. animadvertentes

h. colorum *sc.*

i. vim

CAPUT VI.

80 *De Cachexia.*

CAchexia nomen sumpsit a corporis habitu malo: κακίαν enim vitium vel vexationem *Græci* vocaverunt, ἕξιν habitudinem. Sed principaliter ejus *curationem* ante *Themisonem* nullus ordinavit. Ipsam nanque secundo libro *Tardarum* passionum, itemque primo atque quarto *Epistolarum* memoravit,
81 item *Thessalus* secundo libro regulari. Fit autem, sive nascitur hæc passio *intemperantia* ægrotantis, vel *curatione mala* medicantis, aut post ægritudinem *tardæ resumptionis* causa, item ex (*a*) *medicaminibus* sæpissime potatis, vel ex saxea *duritie* jecoris, aut lienis, vel ex fluxu *hæmorrhoidis* longissimi

Cachexiæ causa.

a. imprimis purgantibus

sini temporis, aut *vomitu*, item ex *febribus* longo tempore corpore affecto, aut (*b*) *collectionibus* [1] aut *vomitu* post vespertinos cibos, & his similibus. Est autem ipsa quoque passio sæpissime *hydropismi* antecedens causa, aut (*c*) *macularum* simili in superficie corporis accidentium. Sequitur cachecticos *pallor* subalbidus, aliquando etiam *plumbeus* color, debilitate tardus ac *piger* corporis *motus*, cum inflatione inani, aliquibus etiam ventris *fluor* cum *febricula* in plurimis latente, quæ circa *vesperam* magis augetur, *pulsus* creber ac densus, cibi *fastidium*, & vini magis adpetentia, *urina* fellea, & extensio *venarum*. Est autem passio sæpius *strictura*, sicut ex supradictis conjicimus, aliquando etiam *complexa* solutione ob plurimum ventris fluorem, vel (*d*) simili quolibet fluxu. Quapropter convenit *complexa* passione (*e*) laborantis, primo (*f*) abstinere *fluentia*, & *intemperantiam* ægrotantis corrigere, vel curationes malas, aut medicaminum potationes prohibere. In *jecore* vero aut *liene* si qua fuerit durities, sive saxositas, destruere, ut nuper demonstravimus: aut si fluor *sanguinis* fuerit plurimus, abstinere: *hemorrhoidas* vero auferre: *febres* quoque solvere, ut de febribus scribentes docuimus, *collectiones* congrua curatione, sicut de ipsis scribentes monuimus, sanare: & consuetos eis post vespertinum cibum *vomitus* paulatim detrahere. Ac si [*g*] horum nihil fuerit accidens, & sola in *corpore* visa fuerit *cachexia*, erunt ejus superpositiones ac lenimenta providenda, & *vigilante* sine ulla ratione ægroto, aut [*h*] *cibo* corrumpente, animi attestante difficultate, cum pigro ac segni corporis motu (*i*) *superpositionem* cognoscere: & propterea in *requie* retinere ægrotum, cum *abstinentia* cibi, quo turbatio corporis resolvatur. Item ea quæ fuerint (*k*) *extenta* lanis contegenda, atque *oleo* calido fovenda, ac si *venter* fuerit fluens, abstinendus. Item si plurima fuerit corporis *tensio* cum gravedine, erit adhibenda *phlebotomia* ex brachio mediocriter, sed non necessario in iis, qui *hæmorrhoidarum* causa inanes (*l*) videntur. Ac deinde *retentione* facta constricti, sed non in omnibus, qui communiter tanta, ac tali fuerint strictura possessi: tum *perunctos* convenit refici cibo digestibili, ac levi, usque ad de-

b. nimir. materiæ purulentæ
c. macularum & pilorum in *Signa & symptomata*
Cujus generis sit morbus Curatio.
d. similem quemlibet fluxum
e. laborantibus
f. reprimere.
g. fluoris sanguinis: febris: hæmorrhoidum.
h. cibos
i. paroxysmum
k. inflata, tensa.
l. videntur; sed ubi retentione illarum facta constricti sunt ægri: nec eadem quantitate in omnibus communiter, verum prout tanta, ac tali fuerint

[1] Vomitus hic post vespertinos cibos ab proxime præcedente plurimum differt: ille enim arte provocatur sanitatis ergo, hic autem est morbi symptoma.

declinationis tempus, & ſervato genere accidentium, alia [2] *cataplaſmatibus*, alia *cucurbitis* recurare. Cum vero *declinatio* apparuerit, plurimus ac varius eibus erit adhibendus. Simi-
85 libus etiam ſuperpoſitionem urgentem adjuvare oportet, at *lenimento* veniente, quod facile approbamus (*m*) exercentibus aſperitatibus paſſionis ſupradictis, hoc eſt, iis quæ ſuperpoſitionem deſignant, erunt corpora reſumenda, atque fortificanda. Tum *recorporativis* utendum curationibus, quo reformata corpora, vel ut ita dixerim, *reſectis vitioſis carnibus, ac renaſcentibus novis reparata, ad memoriam redeant ſanitatis*. Quapropter æger, *ſomno* diſcuſſo, ſemet in *lecto* continere jubendus: etiam jacere pauliſper: tum etiam neque repente conſurgere, ſed *prætentato* motu, diſcere, u-
86 trum ſe levem ac digeſtum ſentiat. Etenim ſi fuerit occurrens indigeſtio, erit *requies* adhibenda plurimo temporis ſpatio, donec gravedo digeratur: dehinc mediocri *geſtatione*, atque *parvo cibo* utendum, ſi non ex [3] acceſſione, ſed ex aliqua cauſa *manifeſta*, temporalis acciderit corporis diſplicentia, quam *Græci* δυσαρέσησιν vocant. At ſi nulla fuerit ægrotantis querela, erit a lecto levandus, & ob expugnandam *frigoris* injuriam *oleo* leviter perungendus: Tum *geſtatio* adhibenda, &, ſi vires permiſerint, vel aeris temperies, ſub *divo*, & magis intra muros, motu vehiculi. Si vero aliqua fuerit obſtans cauſa, erunt hæc ſub *tecto* adhibenda, & pro virium modo aut vehiculo manuali, aut ſelle, aut
87 cathedra exercendus ægrotus. Tum geſtatione perfecta, parva *deambulatio* adhibenda, vel *vocis* exercitium, atque ad *unctionem* veniendum, ſed præcalefacto intra veſtes ægro. Quoties calidum habuerit corpus, tum depoſita veſte erit linteolis levi *defricatione* tergendus, atque ſtatim oleo parvo ungendus, & ſummo tactu fricandus: primo ab *alio*, poſtea a *ſemetipſo*, retento ſpiritu: ut etiam (*n*) alia teneantur. Dehinc rurſum ab aliis defricandus, *tenacius* quidem, ſed non impreſſius, quo poſſit *carnis inflatio* coagulari. Sed hæc erunt adhibito unctionis *præceptore* facienda, quo ſecundum proprias mutationes omnium partium motus *æqualiter*, ac to-

m. ex ceſſantibus

n. ſpiritualia tendantur.

2 *cataplaſmatibus*, ut collectiones duritiemque jecoris, aut lienis: *cucurbitulis* vero, præſertim revellentibus, aut derivantibus, vomitum, fluorem ſanguinis, hæmorrhoidas.

3 nam ſi ex acceſſione id contingat, à cibo prorſus eſt abſtinendum.

totius corporis integret exercitium. Tum permittentibus vi- 88
ribus etiam *raptorio* machinamento gestetur, ac deinde (*o*) *recussabili fera*, quam Italicam vocant. Aliquando etiam *harena* asperso corpore, quam ἄμμον appellant, defricetur, per intervalla dierum adhibito *lavacro*. Convenit etiam *psychrolusia* nullis obstantibus causis, quæ eam (*p*) prohiberi permittant. Tum *vinum* dandum austerum album, leve. Dehinc jubendus [*q*] superbibere, atque *siccum* sumere cibum, vel certe quartam partem panis siccam manducare, adhibito usu *assorum* pulmentorum, & neque curiose conditorum, (*r*) ut *pisces*, *clunes*, vel agrestium leviora, & iis omnibus juxta regulam methodicam auctis aut minutis, interjecta *vini* abstinentia, & *cibi* parva sumptione. Utendum etiam locorum, atque aeris *mutatione*. Tum ἡλίωσιν, 89
quam nos corporis (*s*) torporem dicimus, item *dropacis* adhibendus usus, & pulveris *nitri* fricatio, & *sinapismus* specialiter, & usus *aquarum* naturalium, vel *natatio* maritima: item *harena* littoraria (*t*) ignita circuntecto corpore torrendi sunt ægrotantes: nunc inter paucos, nunc inter plurimos dies, ut vires permiserint: tum *naviculæ* exercitium atque *peregrinatio*, quemadmodum in præcedentibus ordinavimus.

o. repercussibili sphæra utatur.

p. adhiberi prohibeant.

q. parum bibere

r. quales sunt

s. torrorem, ut cap. 4. lib. 5.

t. quæ a sole incaluit

CAPUT VII.

Atrophia symptomata.

De nutrimenti cessatione, quam ἀτροφίαν Græci vocant. 90

NUtrimenti cessatio, quam *Græci* ἀτροφίαν vocant, ab *accidenti* nomen sumpsit. Contingit in passione constitutis plurimus *cibi appetitus*, tum *corruptio*, quibusdam *fastidium*: item tenues atque latentes (*a*) *tepore* sunt, (*b*) neque *febricula* (*c*) jugiter, & quibusdam inter plurimos dies soluta. Ducitur præterea quædam etiam per *urinam* corporis defluxio, quam (*d*) *syntexin vesicæ* vocaverunt, cum plurima fuerit poti liquoris egestio, atque corporis subinde per dies singulos extenuatio etiam. [*e*] Nunc igitur convenit, sicut in 91
Cachecticis diximus, providere, ne qua pars corporis principaliter patiatur: oportet etiam congrua eidem morbo *localia* adhibere adjutoria, ut *jecoris*, vel *lienis* duritiei, vel *fluori* ventris, aut intestinorum, vel vesicæ, vel *ulceri* in interioribus constituto, aut *collectioni*, quam specialiter vomicam di-

a. tepores
b. atque
c. jugis
d. σύντηξιν quæ & διὰ βήτης dicitur
e. Hic *Curatio*

diximus. Ac si etiam *febres* fuerint consecutæ, iisdem quoque adhibenda medela. Si horum nihil in corpore viderimus, sed sola fuerit *atrophia* consecuta, convenit ægrotum fortificari rationabiliter, atque resumi *gestatione*, pro virium quantitate, scilicet quibus sæpe memoravimus generibus, &
92 *unctionibus* ordinatis, plurimo oleo superfuso, adhibita *fricatione*, & ministris corpulentis & mollibus, quales esse *fricatores*, salutaribus præceptis docuimus, quo contactu corporum laxiore ægrotantis exercitata membra solvantur. Tum temperato utendum *lavacro*, atque *vino* tenui, & *pane* limpido fermentato, & *pulmentis* ex media materia, atque juxta *cycli* regulam eorum augmenta ac detractiones (*f*) variare non repetitis, nec perfectis illico cyclis, sed unius tantummodo qualitatis, ut de *cataleptico* scribentes docuimus. Denique cum ex *volantibus* solis pulmentum adhibemus, initium ex parvulis ordinamus. Tum autem ex *agrestibus* tenerioribus, tum
93 *porcina* & membrorum *summitatibus*. Convenit præterea *locorum* atque *aerum* commutatio, & aliquando *drimyphagia*: vel simplex *vomitus*, tum etiam ex *radicibus* confectus, & *localia* aliis atque aliis locis adhibenda, & magis medianis partibus. Non enim sine plurima vexatione partium, quibus digestio celebratur, inesse corporibus *atrophia* potest. Ipsis igitur frequentius adhibendus est *dropax*, & *cucurbitæ*, vel παρόπτησις, aut *sinapismus*, & συμπάσματα acriora, quæ a nobis *aspergines* nuncupantur: item *malagmata* ejusdem qua-
94 litatis. Utilis præterea littoraria *navigatio*, atque *natatio* maritima, vel naturalium aquarum: tum post cibum *animi laxatio* quam διάχυσιν vocant, & *articulorum* complexio adhibitis ministris, qui mollibus hoc manibus efficiant. *Themison* secundo libro Tardarum passionum plurima recte ordinasse probatur: aliqua vero caduca intentione dixisse intelligitur. Jubet enim ægros non æqualiter ægrotantes *duodecim stadiorum* spatium gressu conficere: æqualem modum cunctis definiens. Item *igneo in loco*, vel ferventi fricari jubet præfatigatos sudoribus ægrotantes: item *sole* (*g*) torrenti, atque ita per intervalla (*h*) leviter defricari, & in calida, atque oleo calido eorum *manus* infundi, ex quibus periculum (*i*)
95 *perfricationis* necessario sequetur. Item post (*k*) *interdianum* cibum deambulationem probat adhibendam, atque fricationem & lavacrum, tum post *vespertinum* cibum (*l*) jungenda cru-

f. variandæ
g. torreri
h. leniter
i. perfricationis
k. meridianum
l. inungenda

crura, atque brachia, quod est dormituris anxiosum. Præterea post cœnam imperat *vomitum* prædato passo, aut vino dulci, vel succo ptissanæ. Tum (*m*) frequentato vomitu *ova* duo danda sorbilia, cum *panis* unciis duabus: ex quo (*n*) incensa altiora, atque exercitatis vomitu visceribus facile corrumpuntur accepta. Hæc igitur recusantes, alia quæ recte ordinasse perspicitur, amplectenda judicamus.

m. peracto

n. incensis altioribus

CAPUT VIII.

De Hydrope. 96

Hydrops ab accidenti nomen sumpsit. Siquidem aquosus humor hanc passionem necessario comitatur. Nam *Græci* ὕδωρ aquam vocaverunt. Generatur autem ex accidentibus plurimis, atque diversis causis, ut *cachexia*, *febribus* (*a*) corpora tardantibus, item *duritia*, vel saxea densitate jecoris, vel lienis, aut stomachi, vel peritonæi membranæ, aut matricis: item *spirationis* difficultate, quam *Græci* δύσπνοιαν vocant, vel *ventositate* stomachi, aut coli, aut *ventris* passione, quam *Græci* κοιλιακὴν διάθεσιν vocant: item longi temporis *dysenteria*, vel in fœminis *menstrualis* fluoris retentione: item *hæmorrhoidarum* veterum repentina atque (*b*) incondita curatione, facta abstinentia, vel coadcervata *bibentium* transvoratione, & magis si *salsa* fuerit aqua; item *medicaminum* frequentata potione, & horum similibus. *Græci* igitur, vel aliarum sectarum principes ejus potestatem, vel *differentiam* nominibus variandam crediderunt. Vocant enim hanc passionem etiam ὕδερον vel παρέγχυσιν, origini locorum specialia nomina tribuentes. Nam *parecchisin* appellant sensibilem, & manifestam liquoris (*c*) superfusionem, quæ fit inter *peritonæi* membranam, & intestina: *hyderon* autem, dispersum sive infusum per viarum raritatem, atque *carnis* spiramenta liquorem. Item dicunt *hyderon* ex renibus generari, *Hydropem* vero ex duritate jecoris. Quod quidem nos juxta sectæ regulam reprobamus. Etenim *infusio*, sive *superfusio* liquoris, est passioni communis: & neque antecedentes causæ passionis facere discretionem recte creduntur. Siquidem etiam ex plurimis aliis partibus patientibus *hydropes* generantur. Ejus igitur differentiam *Hippocrates*, & *Diocles* duplicem dixerunt: aliam

97

98

Hydropis causa.

a. in corpore

b. intempestiva

Hydropis species, ex mente variorum.

c. suffusionem, vel superaffusionem

aliam enim [*d*] ὑπὸ σάρκα, vocaverunt, aliam *asciten*. Heraclides *Tarentinus* secundo libro Internarum passionum *totius*
99 *corporis* inflationem, sive humoris infusi (*e*) perforationem κατὰ σάρκα vocavit: inter peritonæum vero, & intestina ἀσκίτην, vel τυμπανίτην appellavit. *Demetrius* Herophili sectator undecimo libro de Passionibus scribens, alium dixit *hydropem* constitui sine ulla humoris infusione, sed sola *inflatione* turgente: alium ex *humore* diffuso, & eum nunc per *totum* corpus, nunc inter *peritonæum* & *intestina*, cujus differentiam nunc plurimo(*f*)vento tradidit. (*g*) Et est vanum atque intellectu carens, sine ullo humore superfluo laborantem hydropem vocare. Item plurimi *tres* differentias tradiderunt: aliam enim
100 *catasarcan*, aliam *asciten*, aliam *tympaniten* vocaverunt. *Asclepiades* autem alium *celerem* dixit, ut eum qui repente constituitur: alium *tardum*, ut eum qui tarda passione vexat: & alium *cum* febribus, alium *sine* febribus. Hoc siquidem communiter etiam aliis specialibus passionibus adscribens, non advertit quoniam proprio nomine celer dicitur passio, non sola quæ repente conficitur, verumetiam ea quæ celeriter solvi posse monstratur. *Hydrops* autem fit (*g*) quisquam repente ex coadcervata *bibendi* transvoratione, vel *salsi* liquoris potu. *Celerem* autem passionis solutionem nullus ægrotantium [*h*] meruit. *Proculus* Themisonis sectator secundum plurimos inquit hydropis differentias *temporibus* passio-
101 nis adscribendas. *Initium* enim atque augmentum esse λευκοφλεγματίαν: cum adhuc secundum *carnem* fieri mutationem viderimus: *statum* vero *tympaniten*, cum summa tensio secundum *ventrem* fuerit facta: *declinationem* autem *asciten*, cum quadam indulgentia fuerit inflatio relaxata, non secutus veri regulam, neque advertens (*i*) quia omnis species passionis sua quæque tempora percurrit. Denique etiam *catasarca* usque ad statum, vel declinationem perseverat, & *tympanites*, & *ascites* ex initio facti in augmentum veniunt, & statu sumpto declinant.[1] *Apollonius* Memphites alium dixit fieri hydropem cum (*k*) *retentione*, ut si quid biberit, sine[2]
102 dilatione tamquam per fistulam transiens egeratur. Ejus autem quem cum *retentione* fieri dixi, secundum plurimos *tres* esse differentias affirmat. Sed melius *Demetrius* Apameus ab *hy-*

d. vel ἀνὰ σάρκα
e. penetrationem
f. inani vanaque opinione
g. Est enim
Quid sit celer passio.
g. aliquis, vel aliquando
h. obtinuit
i. quod
k. retentione urinæ, alium cum fluore, ut si quid ægrotus

1 Apollonius hic Memphites fuit Erasistrati sectator.

2 Is affectus Diabetes est, sive hydrops ad matulam.

hydrope discrevit eum qui sine dilatione potum liquorem per urinam egerit, *diabeten* appellans, sicut specialiter de ipso scribentes [*k*] docuimus. Melius igitur, quantum ad *species hydropis*, quanquam non generaliter, mutemus (*l*) curationem, *alium* dicere in toto corpore constitutum, tanquam in papyro vel spongia inter viarum raritatem insertum, a liquore vocari *leucophlegmatiam*, quam Latino nomine etiam *intercutem* recte dicemus: *alium* in parte corporis, inter peritonæum & intestina, subjecto *liquore* solo, vel admixto *vento* plurimo, vocarique alterum *asciten*, alterum *tympaniten*.

k. docebimus *Ex mente Cœlii.*
l. orationem

Sequuntur quædam [*m*] cunctos præterea *communia*, quædam singulis *propria*. Communia autem, ut *inflatio*, vel extantia tumoris, & *piger* aut difficilis corporis *motus*, spirationis difficultas, quam Græci *dyspnœam* vocant, *somnus* difficilis vel anxiosus; & magis post cibum, *sitis*, & *urina* comparatione sumpti potus parvior, *fastidium*, & aliquando *febricula* latens in plurimis: item quibusdam etiam *vesiculæ*, vel [*n*] fistulæ, quibus [*o*] eruptus humor feratur, ac deinde [*p*] *vulnera* difficilia [*q*] sufficiant, vel quæ in cicatricem ægre venire possint. *Specialia* vero, vel propria [*r*] singulos sequuntur, ut *leucophlegmatian*, vel intercutem mollis atque humida *inflatio ventris*, ac *vultus*, & *crurum*, & (*s*) *folliculi genitalis*, vel *præputii*, relucente liquore per cutem albido colore, item cum oris, vel spirationis, sive anhelitus *fœtore*, totius corporis *gravedo*, & impressioni digitorum *cedens tumor*, ita ut paululum cava permaneant loca. *Aliquibus* etiam alborum atque crassorum humorum *vomitus*, vel per ventrem egestio: unde etiam nomen passi sumpsisse a *Græca* derivatione videtur. λευκὸν enim albidum, φλέγμα humorem crassum vocaverunt: vel quod ægrotantis *color* albidioris pituitæ imaginem (*t*) ferat. *Alii* vero tanquam ex superfluo humore generata passione, penetrans humor singula quæque (*v*) *spiramenta* possederit, passionem dictam volunt, nos vero intercutem nominamus. *Ascitem* denique sequitur *ventris* inflatio, vel extantia, & pro corporis motu liquoris conlisi *sonitus*, vel ad concussum palmæ resonus, tanquam semipleni [*x*] *utris*, ex quo nomen sumpsit: item pro schematis (*y*) mutatione, vel digitorum impressione demersio, vel resurrectio liquoris, & (*z*] conclusio *superiorum*

Hydropicorum symptomata.
m. cunctis speciebus
n, pustulæ
o. erumpens
p. ulcera, *aphor.8.lib.6.*
q. sufficiantur, &
r. singulis
s. scroti
r. referat
v. carnium interstitia
x. ἀσκὸς utrem significat.
y. cum ex uno latere in alterum æger vertitur.
z. strictura, coarctura, angustiæ

103 104 105

rum partium, atque *tenuitas* tanquam extentæ cutis secundum ora, vel colla, aut jugula, vel pectora. *Jacentibus* præ-
99 terea ægrotantibus diffusa, atque latior tumoris extantia fit, *surgentium* vero vel stantium major, atque extenta, & in crescente passione corporis *frigus* atque torpor accedit, aliquando etiam *tussicula*, & *stercorum* vel *urinæ* abstinentia, & per ventrem fluidior exitus, & apprehenso [*a*] *folliculo*, atque virili *veretro* extans inflatio [*b*] reduplicata, & aliarum partium surgens tensio, sicut in leucophlegmatia. Vocatur autem hic *hydropismus*, ut *Diocles*, (*c*) etiam *epatias*, aut *splenites* a patientibus partibus nomen ducens, hoc est, jecore vel liene. [*d*) Item *tympaniten* sequitur rotunda at-
100 que extans inflatio, secundum (*e*) gastera, cum *tensione* plurima, & ad percussum palmæ *resonus*, velut tympani, unde etiam nomen accepit: item *ructationes*, & aliquando intestinorum *tormenta*, quæ (*f*) inclusæ vento per podicem digeruntur, atque gravedinis detrahunt quicquam.

a. scroto
b. veretrum enim tanquam in nodum torquetur
c. ait epatias
d. At
e. γαςὴρ, venter.
f. excluso

Est autem passio communiter *strictura* omnis *hydropismus*, sed complexa aliquando *solutione* ex aliis [*g*] accedentibus, ut ventris *fluore*. Præterea est naturaliter *tarda* passio: siquidem nunquam celeriter soluta, vel emota corporibus videtur: item generaliter *magna*: siquidem & difficultatem, & indecentiam, & periculum infert ægrotanti. Denique semper *difficilis* curatione, nunc (*h*) vehemen-
101 ter, nunc minime comprobatur. Etenim *magnitudine* vehemens, & varietate *accidentium*, & corruptione *virium*, magis *incurabilis* judicatur: *parva* vero magnitudine, comprobatione supradicta, atque paucis & simplicibus *accidentibus*, quæ *Græci* symptomata appellant, & sine nimia virium læsione, *minime* curatione difficilis approbatur: & quæ secundum aliarum *sectarum* principes de effectis vel exitibus passionum scripta sunt, etiam secundum *causas*, ex quibus efficiuntur, & patientes *locos*, & *naturas*, & *ætates*, & annalia tempora, ut *hyemis*, vel *æstatis*, & eorum (*i*) mediis temporibus *generationes* passionis, alii *difficiles* curatio-
102 ne, alii *faciles* hydropes approbantur. Quæ quidem omnia magnitudini passionis adscribenda sunt, ne infinitus modus differentiarum videatur accidentium numero variatus. Etenim secundum *causas*, difficiles ajunt curatione hydropes, qui ex *saxitate* magis, quam ex duri-

Cujus generis morbus sit hydrops.
g. accidentibus
Prognosis.
h. sub. tamen
i. media tempora & generationem

tia fuerint facti, item eos qui ex *dysenteria*, vel *coli* passione, (*k*) ab iis qui ex coadcervato *haustu* bibendo vitium conceperunt: item secundum *locos*, difficiles inquiunt eos qui ex *jecore*, faciles vero eos qui ex *liene*; item secundum *naturam*, vel *sexum*, difficiliores inquiunt curatione semper *fœminas* maribus: item secundum *ætates*, faciliores inquiunt curatione *pueros*, vel (*l*) pubentes, difficiles vero ætatis mediæ, vel *senes*: non solum quod (*m*) natura crescere & augeri, aliæ minui vel declinare videantur, sed etiam quod alii (*n*) prohibeantur, alii cogantur, alii neque suaderi, neque cogi posse probantur: item secundum *annalia tempora*, quæ *Græci* horas appellant, difficiles inquiunt curatione, *æstatis* tempore laborantes, siquidem multa siti afficiuntur: alii vero e contrario faciles inquiunt curatione: siquidem *exitum* liquorum fieri provocat fervor æstatis, & corporis præterea facit siccitatem: difficiles vero *hyemis* tempore, ob corporum densitatem vel frigus: item *verno* tempore: siquidem humidiora, atque liquorum redundantia fiant corpora: *autumni* vero (*o*) prima, similia æstati, (*p*) ultima hyemi dixerunt. Item secundum generationem, sive *fabricationem passionis*, difficilem inquiunt curatione *leucophlegmatiam*, facilem vero *asciten*, & horum medium *tympanitem*. Dissenserunt præterea etiam de patientibus partibus, quæ principaliter afficiuntur. *Erasistratus* nanque *jecur* inquit pati: In aperitionibus enim *saxeum* semper inveniri confirmat: alii vero *colum*, sed consentire *jecur*: alii *splenem*, ac *jecur*, & *colum*: alii etiam *peritonæum*: alii *renes* quoque, & *matricem* principaliter pati dixerunt: & apparet omnia necessario prætangi: quod quidem etiam (*q*) latuerit, nullus timor curationis mutandæ medicantibus accedit; neque etiam ob *localium* adjutoriorum ordinem quicquam obesse monstratur, * cum hæc eadem oporteat *ceromate* sole fervefacto [*r*] jactari, vel *pellibus* sole ignitis involvi. Adhibenda etiam *acopa* ferventia, & *sudationes* ex (*s*) naturali materia provocare; habet enim recorporandi virtutem ex quacumque *metallorum* materia exhalatio naturalis: item *harena* littoris sole ignita torrenda corpora. *Hyemis* vero tempore igne (*t*) prætorrenda, atque ita corpori admovenda; ut ex ipsa, excepto capite, cœtera corporis omnia contegantur. Item *sinapismus* usque ad cutis (*v*) humorem adhibendus, qui maxime vehementem fortitudinem lo-

k. quam ii

l. pubescentes

m. naturæ illæ

n. persuadeantur

110

o. initium

p. finem

111

Varia de loco affecto opiniones.

q. nos lateat

* *multa hic desunt*

r. nungi, tractari

Curatio.

s. i. thermis earumve limo

112

t. harena

v. tumorem

locis humore corruptis, atque, ut ita dixerim, [*x*] haben-
113 tibus admovet ac ministrat; item locorum & aquarum mutatio adhibenda, & *peregrinatio*, magis maritima. Est enim lacerantior, acque corporis apertionibus efficax ob salsitatem maritimus aer. Conveniunt etiam *vaporationes* spongiarum ex aqua maritima expressarum, vel aqua salsa decocta. In *tympanicis* vero specialia, ut plerique volunt, juxta communem virtutem recorporativæ curationis, ordinanda, & decoctio *centaureæ* herbæ, & *absinthii*, & *origani*, & *hyssopi*, & *marrubii* adhibenda, & similis virtutis epithema, ut est quod appellatur (*y*) *Dianitrum*, ex fico atque nitro, & absinthio confectum. Tundendum igitur aridum ficum, sed quod sit pingue, ac succidum, item singulatim absinthium, & nitrum admiscendum duabus partibus fici, & quarta pars
114 [*z*] origani. Aliquando etiam *rutæ* admiscenda particula. (*a*) Facit (*b*) enim medicamen, quod appellamus *diahyssopum*: item *uva* passa cum *cumino*, vel *farre* cum adipe veteri, & vino. Hoc quidem plurimi magis intercutibus convenire probaverunt: item bubulo *stercore* ungendos cum *aceto* ægrotantes dixerunt. Apponenda etiam *malagmata*, quæ fortificare, ac recorporativa virtute mutare valeant corpora in meliorem habitudinem. *Intercutes* autem & *ascitas* iis curandos probant, quæ siccare, atque exsiccare valeant corpus, vel sudorem commovere. Sed erit *cavendum*, ne im-
115 modico usu medicaminum corporis superficies ulceretur. Est autem nostrum medicamen, quod ex herba [3] *chamæleonte* nigro conficitur: item ex stercore *caprino*, quod appellatur (*c*) *diacapregias*: item [4] *diacentaureum*, & *diaoriganum*, quæ ab herbarum nominibus vocabula sumpserunt, item [5] *icesion* emplastrum, quod magis post humoris detractionem adhibendum probamus, quo partes roborentur: item [6] *diaiteon* emplastrum, & [7]

x. tabentibus

Aeris maritimi utilitas.

Dianitri compositio.

y. describitur & a Paulo

z. absinthii

a. Confert

b. etiam

c. διὰ κόπρου αἰγὸς f. ex stercore capræ.

5 Elegantissimus hic carduus non nisi in calidis regionibus provenit, ejusque radix imprudenter tractata, manus faciemque eis contrectantem tantum non exulcerat. Apud Aetium in curatione hydropis, epithema ex farinis, & emplastrum tonsoris Bithyni recipiunt pulverem radicis chamæleontis nigri.

4 Emplastrum ex Centaurio Oribasii describit Aetius pag. 836. & Thoriacen vocat.

5 Icesium describitur ab Aetio, & Galeno.

6 διὰ ἰτέας, f. ἰτεῶν describitur ab Aetio, & Galeno.

7 Describitur à Paulo, ut & Diacapregias. Aetius in curatione hydropis describit & epithema ex stercore capræ.

diadictamnum, & [8] *barbara*, & [9] *diasycaminum*. Oportet autem interpositis quinque diebus, vel eo pluribus detracto jandudum[*d*]posito medicamine perspicere(*e*)profectum,ac rursum imponere omnibus locis, ex anterioribus ac posterioribus corporis partibus. Singula [*f*] enim medicamina eruntilliniendа 116
pellibus teneris, atque ita corpori addenda, superposita *lana* molli cum levibus fasciolis colliganda, & pro viribus corporis adhibenda *gestatio*, atque *unguenta* congrua, & *defricatio*. *Tympaniten* vero *recorporativa* curandum probamus curatione, & (*g*) conjicienda etiam inflationis(*h*) medela, quam *Græci* (*i*) empneumatosin vocant: adhibenda denique (*k*) *reflantia*, ut est quod appellamus [10] *Diaspermaton*, vel (*l*) *polyarcion*, aut [*m*] *Diaartymaton*, aut *Diasamsucum*, aut *Diamelilotum*. Hæc enim valent etiam ventositatem tollere. Adhibenda præterea in iis ea, quæ superius ordinavimus. Tum 117
profectu accedente, regula *cyclorum*, adhibenda *natatio* maritima, vel aquarum naturalium. Alii vero non absurde etiam aquæ marinæ *vaporationem* probant adhibendam, quo sudores provocentur. Inquiunt enim implendum *folium* aqua marina ferventi: tum quadrangulam (*n*) *compaginem* immittendam, præligatam loris, in quam erit includendus ægrotans: sed [*o*] præliganda compago *pelle*, ut aquæ prohibeat ingressum, quo *exhalatione* vaporis calefactus ægrotans in sudorem venire cogatur. Sed erit aqua calefacienda innovatione frequenti, ferri candentis immissione massarum. Oportet autem semper ægrum adhibito *animi laxamento* curari, 118
quam *Græci* διάχυσιν vocant. [*p*] Quærenda denique animi (*q*) *desideria*, quæ sine vexatione corporis præveniant (*r*) voluntatem, & amicorum *convivia* quæ cum ciborum parcitate, animi tamen [*s*] *lascivitate* [*t*] frequentent. *Utile* etiam, si longi fuerint dies, partiri modum sumendi cibi: facilius enim accepta digeruntur duorum temporum oblatione divisa.

Ac si juxta ordinem datum levigati indulgentia passionis, rur-

d. apposito
e. effectum
f. autem
g. adjiciendam
h. medelam
i. ἐμπνευματώσιν
k. diaphoretica
l. Polyarchium
m. διὰ ἀρτυμάτων, f. ex aromatibus
n. arcam ligneam
o. prætegenda
p. Nimirum a ministris & amicis
q. oblectamenta
r. sc. ægri
s. hilaritate
t. frequentia sint
Quid faciendum, quando malum recurrit.

8 Gal. lib. II. medicamentor. κατάγεννη varia describit emplastra, quæ barbara vocat.

9 Malagma intelligit ex liquore Sycamino, descriptum à Paulo inter emplastra. quidam legunt διὰ συκομόρου, ut sit ipoterion malagma descriptum ab Aetio in curatione hydropis pag. 590. quod recipit succum Sycomori.

10 Epithema diaspermaton describitur ab Aetio pag. 572. Diamelilotum vero, pag. 569. Diasampsuchum a Paulo, & Galeno.

rursum fuerint *accessionibus typicis* ægrotantes affecti, quo iterum aqua impleri videantur, erit melius uti prius radicum *vomitu*: dehinc ante diem radicum usus, album *veratrum* immittere, tunc sequenti die hoc detracto radices dare, vel
119 certe *hellebori* decoctionem. Sed horum usum vel confectionem dexteram, atque adhibendi modum, *Responsionum* libris de adjutoriis scribentes docuimus: & nunc inde hæc accipienda monemus. *Hæc* est *mundior*, *atque vera hydropum curatio*. Etenim potui medicamina danda cavere decet: alia enim *vesicam* commovent, alia *intestina* lacerando ulcerant, vel dysentericam faciunt passionem: alia *stomachum* (*v*) vertunt, & fastidium generant cibi, & *sitim* extendunt. Quapropter si cogentibus rebus utendum viderimus quibusdam *aquiducis* medicaminibus, quæ *Græci* hydragoga vocaverunt, ea dabimus iis qui plurimo humore (*x*) infusi, aquoso cor-
120 pore laborare videntur. Habere etiam convenit curam, ne rursum corpora repleantur: ex quibus est *euphorbium* mulso commixtum poto datum, vel *ovis* sorbilibus aspersum, duorum vel trium cochleariorum quantitate, vel decoctio *radicum*, aut (*y*) *squilli*. Oportet autem *squillæ* libras duas, omni purgamento absolutas, quo ad unam libram (*z*) redigatur, concisas in vas *fictile* novum, prælitum mitti, cum adjectis *vini* sextariis tribus: quibus ad tertias decoctis, ex ipso *liquore* erunt ad duo cochlearia ægrotanti danda: & proficiente curatione, usque ad *unciæ* unius accedere modum
121 oportet. Sed hoc erit post *gestationem* adhibendum, vel post *perunctionem* corporis, & ante sumptionem (*a*) cum plurimo interjecto tempore. Ex decoctione autem *radicum* duos vel tres cyathos dandos probamus. Sin vero etiam *urinam* quis voluerit commovere, erunt omnia [*b*] *aromatica* prohibenda, quæ non curiosa, sed magis *simplicia* esse videantur, ut est decoctio feminis *cucumerum*, vel *fœniculi*, aut *dauci*, aut *apii*, (*c*) *anesi*, *petroselini*, item *menthæ*, *asari*, *nardi*, (*d*) *squinanti*, *zinziberis*. Hæc singula, vel cum vino, vel ex ipsis (*e*) confecta erunt offerenda: Ac si ex (*f*) his humor detrahi non potuerit, oportebit (*g*) tanquam alienum *paracentesim* auferre.

123 Sed nunc decet prius quam ipsius officii *usum* doceamus, iis respondere, qui istius curationis adhibendæ dissonantia judicia posuerunt. *Antiquorum* igitur aliqui *incongrua* paracente-

v. subvertunt
Quibus hydragoga conveniant.
x. suffusi
Quibus novæ aquarum repletio præcaveantur.
y. scyllæ
z. redigantur
a. cibi
Qualia diuretica sint concedenda.
b. i. nimis
c. anisi
d. schœnanthi
e. composita
f. horum usu
g. quod alienum est paracentesi
Varia de paracentesi opiniones.

tesin dicunt, ut *Euenor* libro quinto *Curationum*, *Erasistratus* libro quo de *hydrope* scripsit, & ejus sectatores, *Thessalus* secundo libro regulari. *Alii* vero ut *congruam* laudaverunt, ut *Asclepiades* libro quo de *hydrope* scripsit, & *Themison* secundo libro *Tardarum* passionum, quibus etiam nos juxta *Sorani* sententiam consentimus. Adsertores tamen *primæ* sententiæ, hoc est, illius reprobandæ curationis hæc dicunt. *Peritonæi* 123
membrana a natura *nervosa* esse perspicitur, & est omne, quod nervosæ fuerit qualitatis, *punctionibus inimicum*, siquidem consensus ingerit. Præterea *spirationis* naturalis causa, qua nos aerem recipere, atque reddere haustu (*h*) potili necesse est: *intestina* quoque commoventur, quibus superficies corporis consequenter [*i*] tangitur: & est periculum (*k*) hanc *paracentesi* [*l*) vulnerari loca: quippe cum non solum *corruptus humor* detrahi videatur, verumetiam *naturalis* sæpe *spiritus* excludatur, quod est vehementer corporibus noxium. Dehinc etiam post effectum punctionis, aliqui *ægri*, sua vulnera resolventes, voto (*m*) prius (*n*) tor-
poris deponendi, [11] *vitam* quoque liquerunt. Item neque 124
tempus sibi *conveniens* hoc genus adjutorii habere videtur. Etenim passionis constituta vel *superpositione*, vel *lenimento*, aliud tempus *mitigationem* demonstrat, (*o*) aut aliam *resumptionem*, vel recorporationem. *Paracentesis* vero conturbat, atque vires corporis tollit, & non recorporativa virtute medetur, sed usum recorporativum impedit. Ad sumam, *nemo*, inquiunt, salvatus eorum, qui per *paracentesin* curati sunt: quapropter adhibenda negatur. Item *Erasistratus* ait, quod *jecore* in duritia constituto, obesse *paracentesis* videatur, siquidem *gravatio* jecoris tumentis toleretur humoris substantia *sublevata*, atque natans in liquidis, quibus effusis, omnis gravedo partium, quæ *diaphragmati* sunt natura connexæ, atque *venæ* majori, quam *Græci* (*p*) quilem appellant, adductione sui tumores ingerant vicinarum, ac deinde *celerem* faciant *mortem*. Item *Ptolemæus* Erasistrati sectator ait 125
causam passionis esse jecoris duritiam, (*q*) supercreatam vero *humoris* infusionem. *Paracentesis* igitur liquorem detrahens passionem minime detrahere agnoscitur. Siquidem non auferat *causam*, ex qua humor creatus esse videatur. Sed sunt hæc

Rationes contra paracentesin.

h. quantum fieri potest

i. vicina & finitima est

k. hæc

l. insigniter lædi

m. citius

n. infra paulo post, passionis deponendæ

o. aliud

p. κοίλην, i. cavam

q. adventitiam ἐπιγενομένην

refutantur,

11 Nam secti Hydropici, si aqua universim effluat, moriuntur. aph. 27. lib. 6.

hæc omnia facile expugnabilia. Tunc enim vulnerata *nervositas* in tumorem venire recte judicatur, quoties *naturali*
126 habitu fuerit constituta. Nunc autem *morbo* vitiata *peritonæi* membrana contra naturam habere perspicitur; [*r*] & non similia, atque eadem sequuntur naturaliter, vel contra naturam constituta. Item *intestinorum* vulnerationem metuere inanis timoris est. Etenim exercitatis atque *prudentibus* hoc genus officii committitur. Dehinc plurimum *peritonæi* membrana (*s*) distabit interjecta humoris causa submota. *Spiritus* vero etiam phlebotomatis sanguini junctus excluditur, nec illico tamen reprobanda *phlebotomia*, cum sit ab omnibus rectissime adjutorium comprobatum. Ferendum est enim *leve damnum* naturalis officii, quoties *major utilitas* excludendæ passionis promittitur.
127 Solvere vero *ligationem* ægrotantes, & immoderato fluore [*t*) acuto deponendæ passionis in mortem venire, simile quiddam est tanquam phlebotomatum ligaturam medici solvere, ac deinde plurimo sanguinis fluore vitam finire. Hæc enim non *adjutorii* est (*v*) curatio: sed *stultitiæ* ægrotantis. Habet præterea *paracentesis* etiam *aptissimum tempus*, quod illi inveniri negant, (*x*) sicut cucurbita scarificatione adjuncta, atque hirudinum appositio, quæ non in accessione, aut lenimento, sed in *dimissione superpositionis* recte adhibenda probantur, sicut in aliis docebimus, de adjutoriis specialibus scribentes. *Omnes* (*y*) enim paracentesi cu-
128 ratos, ut ajunt, *mori*, apertissime mentiuntur: nos enim *quosdam* vidimus evasisse: *plurimi vero moriuntur*: siquidem medentium tardante (*z*) consilia *serius* paracentesis adhibetur, (*a*) utque alii adhuc *tumente* peritonæi membrana, & neque *usu dextero* operantes divisuram faciendo, *mortis* periculum (*b*) incurrunt. Ex quibus est etiam *Asclepiades*, qui diviso loco *fistulam* relinquendam putavit, ex qua (*c*) *stipis* in modum impressa, perpuncta peritonæi membrana *graves consensus*, atque indignationes adfert. Quippe cum sæpe etiam *gelati sanguinis* corpuscula irruentia *vulnerum* divisuris, vel quæque externa, magnos *tumores* atque indignationes com-
129 moverint. *Erasistrato* vero causanti, quod post detractionem humoris ex *jecoris duritie* in (*d*) passionem venerunt (*e*) superiores partes, ac (*f*) magis salutares, adductione quadam *ponderis*, (*g*) indignentur, erit respondendum, (*h*) quia plurimi (*i*) *hydropes* sine ulla jecoris duritie in passionem veni-

s. distat interjecti: distat *sub.* ab intestinis
t. ex voto, desiderio
v. culpatio
x. non secus ac
Tempus paracentesis instituenda.
y. autem
z. consilio
a item quod male
b. accersunt
c. baculi
d. compassionem
e. ut diaphragma
f. minus morbosæ
g. offendantur
h. quod
i. hydropici

re

re probantur. Etenim ex aliis causis fieri posse superius demonstravimus. Plerisque etiam, quanquam *jecur* duruerit, non necessario in *hydropem* venire contingit, (*k*) ac sæpe adductione partium, vel indignatione superiorum vexari perspicimus, (*l*) quo sæpe (*m*) *tumor* etiam perdiderit ægrotantes. Omitto quod juxta ejus sententiam oportebat *supinis* jacentibus ægrotis nullam querelam partium attestari. Siquidem *jecur* nullo pondere superiora distendit, hoc est, *discrimen*, quod *Græci* diaphragma appellant. *Asclepiades* vero repentinam effusionem atque coadcervatam cum *periculo* fieri testatur. Siquidem *viæ*, quas *Græci* poros appellant, (*n*) interjecta mora *blando* se tactu contingant, & propterea illæsi maneant ægrotantes: *detractione* autem facta liquorum, aspero se tactu contingant, atque concidentes (*o*) angustentur: ac simili ratione etiam *spiritus vehementer irruens* carni dolorem faciat, atque inflationem, & tormenta intestinorum. Est præterea facile expugnabile *Ptolemæi* dictum, quod *paracentesis* humorem detrahens passionem non auferat. Etenim primo, neque ex alio quolibet *adjutorio singulari* hæc passio solvi posse perspicitur: quippe cum sit magna, atque perseverans: dehinc quædam adjutoriorum ob *relevanda accidentia* passionum, quæ *Græci* symptomata vocant, adhibenda probantur, quanquam non *totum* solvere morbum videantur, ut *phreniticis* luce commotis oculorum prætectio. Item alia *quædam*, quanquam nihil per se medeantur, aliis tamen adjutoriis *præparant corpus*, vel *patientem locum*, quo facile adjutorii beneficium sumat, ut tonsura vel *rasura* capitis, fluore quolibet adfectis quo detractis capillis illinienda medicamina constrictiva, vel epithemata, aut cucurbitæ appositiones nullis obstantibus medeantur, quanquam sit detractio capillorum laxativa. At vero *paracentesis etiam per se plurimum medetur*. Relevat enim detractione *plenitudinem*, tensionem, atque *spirationis* difficultatem, quam dyspnœan vocant, & aliis adhibendis adjutoriis præparat partes. Non enim (*p*) potuerunt medicaminum *illinimenta* vel (*q*) appositio, sincera virtute ad *viscera*, vel patientes partes pervenire, cum interjecto humore *peritonæi* membrana plurimum a cutibus distet: transeunt autem facile ad ea, ad quæ destinata erant, *humoris interjecti ablatione* permissa. Quapropter *paracentesin* adhibendam probamus, sed non iis, qui viribus fuerint *fatigati*, aut adhuc

130

131

132

k. nec

l. quos

m. inflammatio aut scirrhus hepatis absque hydrope.

n. interjecto humore

o. angustientur

p. potuissent

q. appositiones

Quibus non prosit paracentesis.

adhuc in (*r*) *tumore* peritonæi membranæ constituti: addentes etiam, vel *prædicentes periculum*. Plurimi enim quanquam (*s*) alterius superesse vitæ potuerint, & sine ullo dolore mortem capere, *paracentesis cura celerem mortem* pertulerunt.

133 [12] usque ad (*t*) inane penetrandus, sicut in phlebotomandis facimus: sed ab *umbilico* inferius iis, qui *levius* afficiuntur, præcaventes venarum divisuras: ac deinde muliebri [13] *catethere* liquorem detrahimus, qui sæpe *aquosus*, sæpe *fulvus*, aut *sanguinolentus*, vel *spumosus*, excluditur, quod quidem etiam ante factam divisuram plerique futurum signis apprehendere voluerunt. Quorum alii talem fore dixerunt, qualis *urina* fuerit ægrotantis: alii qualis *color* apparuerit *cutis*: alii quolibet viscere patiente, *sanguinolentum*: non patiente vero, ex causa avidissimi potus *hydropismo* concepto, vel (*v*) *salis* potu, mundum atque *perspicuum* liquorem fore. Sed hæc
134 præter quod *falsissimæ* sunt opinionis, etiam ad (*x*) *mutationem* chirurgiæ inutiliter quæsita videntur, nisi solum quod *recte* probamus, per *catethera* liquorem, (*y*) si res [14] patiuntur, *semel* atque eodem tempore *omnem* auferendum. Sin vero aliqua obstiterint, post *primam* detractionem (*z*) *motarium* aqua infusum, supra divisuram res [*a*] *implicantes*, spongiam desuper mollem apponimus: ac deinde levi *fasciola* [*b*] amplexo loco paullulum [*c*] differimus, quo *turbatio* corporis resolvatur: ac deinde resumpto ægrotante eodem die *residuum* detrahimus humorem: sin minus, alia *die*, manibus comprimentes subjectas partes, congrue ægrotante
135 locato, hoc est schemate competenti. Ac si forte *rursum* confluente humore fuerit *repletus*, vel virium *debilitas* prohibuerit eodem tempore totum detrahi, tunc interjectis *duobus* diebus, vel quantum vires permiserint, *residuum* detrahimus, sed *alio in loco* divisuram facientes: vel si rursum oportuerit, *tertio*. Etenim prima divisura [*d*] servata *di-*

r. inflammatione, ob distensionem, & inde natos dolores
s. ulterius
Paracentesis administratio.
t. cavitatem
v. aquæ salsæ ut supra §. 97.
x. mutandam paracentesis operationem
y. si vires
z. linteum, carptum quod vulneribus inditur
a. sanguinem sistentes
b. circumligato
c. *sub*. humoris detractionem
d. i. sive aperta sinatur, sive consolidetur

12 Integer hic locus ad finem usque hujus capitis, nescio qua librariorum incuria, in lib. V. c. 1. fuit translatus, & proinde huc iterum traducendus. Principio autem hujus §. hæc similiave verba desunt: Est autē *venter* in paracentesi usque ad *&c.*

13 Fistula quæ vesicæ mulierum inditur proliciendæ urinæ caussa. Est autem brevior quam quæ penis virorum inditur.

14 Nam cum gravis morbus est, aquarum evacuatione vires ægri jam invalidæ ob morbi vehementiam, magis non sunt labefactandæ. aphoris. 27. lib. 6.

e. diducta, cum in eam rursum adigitur catether.

stans aut *cohærens*, [*e*] soluta tumores vel *consensus* ingerit vehementes.

Quid post paracentesin sit agendum.

Tum *perfecta* humoris *detractione*, neque *abstinentia*(*f*)utemur, ut *Asclepiades*, neque *plurimum* damus *cibum*, sed pro modo virium; etenim abstinentia omni ex parte adhibita vires vexat: quippe post plurimam detractionem: multi item oblatio cibi gravans opprimit corpus potius, quam resumit. Erunt autem *ante cibum* sensim perungendi, atque reficiendi facilibus, &[*g*]poto sufficienti, ac si *dolores* aliqui emerserint, vaporationibus solvendi, atque cataplasmatibus mitigandi. Tunc indulgentia *relaxatis* doloribus, vel forte non emergentibus, adhibemus ea quæ *tumorem* fieri non sinant, & superimpositis spongiis conligamus. Transacto tumoris metu, magis ventris [*h*] *folliculum* & [*i*] cutem *intestinis* cogimur [*k*] adserere, atque similiter cætera, quæ in tumore fuerant constituta, ut nuper docuimus. Ægrotantes 137
præterea *navicula* exerceri hortamur, & paulatim *recorporativæ* subjicimus curationi. Ac si neque ita fuerint [*l*] resoluti, utemur *helleboro* iisdem curationibus insistentes, donec corpus repetat fortitudo, atque densior, vel *coacta caro* noscatur attestante rubore. *Hæc est secundum methodum hydropum curatio.*

f. utimur

g. potu

h. peritonæum.

i. epigastrium.

k. admovere.

l. sub. tumores

Veterum quorundam methodus.

Plurimi autem [*m*] earum *sectarum* principes, atque nostræ veteres, nihil veri curantes, ac magis contemptu quodam [*n*] *astructiones* corporum aspernantes, solius detrahendi humoris intentione traducti, quoque modo id perficiendum crediderunt, immensa *siti* atque *fame* ægros affi- 138
cientes, corpore concavo (*o*) *pectine* decurso, & mille præterea *urinalibus* medicaminibus, quæ diuretica vocant, vesicam commovendam probant, & *ventrifluis* potionibus, quæ cathartica appellant, ventrem provocandum dicunt, (*p*) *cocco Cnidio*, atque (*q*) *lepida cyprina*, & *Chamælea*, & (*r*) *hypophae* herba, & ex [15] *crotonibus* confecto oleo *cicino*, item [*s*] *neoro*, ex quibus cunctis *stomachus* vexatur, atque cibi appetitum amittit, *sitis* incenditur, *corpus* defluit, *sanguis* corrumpitur, atque *humor* detractus renascitur, *vires* auferuntur: siquidem neque potestas moderandæ detractionis est in artificis manu. *Quidam* tanquam (*t*) siccabilem humoris [16] *ophi-*

m. aliarum

n. recorporationes

o. strigile: ut sup. §. 101. Sic decurrere capillum dixit lib. 1. §. 98.

p. fructu Thymelææ

q. Squama æris cyprii.

r. Rhamno cathartico oleæ folio

s. Cneoro, planta thymelææ affini

t. siccandi vi præditum

15 Croton & cicis sunt synonyma ricini, e cujus semine oleum hoc exprimitur.

16 *ophiten* lapidem ligaverunt, expertis * ægrorum ſalutem credentes. Singulatim denique *nobilium medicorum* hiſtoriam
139 ordinemus. 17 *Herodicus* igitur, ut Aſclepiades memorat, ventris adhibet *purgationem*, atque poſt cœnam *vomitus*, qui ſunt implebiles potius, quam ſiccabiles: tum *vaporationibus* tepidis aceti decocti exhalatione confectis utitur, vel aquæ marinæ, admixta (*x*) *thalia* herba, atque hyſſopo, & his ſimilibus, veſicis bubulis repletis, corpus vaporandum probat, vel aliis quibuſque majoribus (*y*) inflatis, tumentia loca pulſari jubet. Sic etiam antiquiſſimus *Euryphon*. *Hippocrates* vero libris, quos ad ſententias *Cnidias* ſcripſit, magis utendum dicit (*z*) *egeſtate* atque *vaporatione*, & *continentia*, & danda ſicca vel *arida* quæque, & *acriora* man-
140 denda. (*a*) Si enim æquibilis æger fiat, hoc eſt, urina facilior, ac ſi ſpiratio difficilis fuerit, quam *dyſpnœan* vocant, & tempus (*b*) *æſtatis*, & æſtas media, dicit ex brachio *phlebotomandos*, & poſt detractionem factam dat panem calidum *vino* infuſum atque oleo, & carnem ſuillam ex aceto decoctam. Dat etiam *cantharidas* tres detracto capite, & pedibus, & (*c*) pinnis in tribus cyathis aquæ contritas: ſed neque quo tempore *exercitio* utendum ſit, manifeſtat, neque uſque quo mandenda ſint *acriora*, vel quando *vaporationes* adhibendæ. Dehinc ſi phlebotomare oportuerit, non ſolum æſtivo tempore, ac media æſtate, ſed etiam omni tempori atque ætati convenire *phlebotomiam* probamus.
141 Eſt præterea *importunum vinum*, ac repugnans eo tempore commodis phlebotomiæ. Item *cantharides* humorem commovent: *carnis* quoque offerendæ tempus ſignificare neglexit: *Diocles* libro quo de paſſionibus & cauſis, & curationibus ſcripſit, *ſiccandos*, inquit, ac mediocriter *vaporandos*, & *deambulationi* tradendos ægrotantes, & plurimos *ſudores* commovendos, vel (*d*) *vomitum* & *urinam* (*e*) provocandam diagridio, & apii ſemine reſoluto ſucco herbæ ſalviæ. Item *cardamomum*, quantum ventrem valeat ſemel deducere, & in aceto panem ſolutum, & piſcem ſalſum dandum, vel piſces elixos & aſſos, vel 18 *ſilurum* piſcem, olera radices, allium

* experimentis

x. fronde oleæ

y. i. utribus

z. ταλαιπωρίνς: πυρίνς: ἐγκρατείς.

a. Sic enim validiſſimus æger fit, & urina facillima. At ſi ſpiratio ὅυτω γὰρ ἀρηϛικώτατος ἔιη, καὶ μάγιϛα ἰσχύοι.

Cantharides.

b. vernum, & ætatis vigor, & virium robur, dicit è Greco

c alis

d. ventrem

e. provocandam: ac ventrem diagridio, vel quantum valeat ſemel deducere vomitum cardamo: urinam apii ſemine reſoluto ſucco herbæ ſalviæ.

16 Ophites lapis eſt ſerpentis in modum variegatus, qui in varia vaſa tornatur.

17 Hic fuit Medicinæ gymnaſticæ autor. *Vid. Plat.* lib. III. de Rep.

18 De viribus hujus piſcis *vid.* H. N. *Plin.* lib. XXXII. cap. 9. & 10. ac.

allium, origanum, rutam, ſatureiam, vinum album, & non aquatum, & ferarum carnem: in *deambulationibus* (*f*) ventrem jubet contineri, cæteras corporis partes defricari, exceptis cruribus. Sed hic quoque communi cæterorum ſubjicitur (*g*) *acceſſioni*: ſolum prædamnamus, quod *humorem* detrahens purgativis, atque urinalibus medicaminibus, & vomitu, & ſudoribus provocatis, quibus ex rebus ſudor movendus ſit *tacuerit*, vel vomitus. Item deambulatio ſæpe laborioſa, & piſcis ſilurus *bromoſus*, & allium *inflabile*, & plurima *ferarum* carnium malos habere ſuccos probantur. Inde item quæ ſint *olera* deligenda memorare neglexit, & neque fortificari [*h*] ventrificationem, vel crura, aut totum corpus recte poteſt, [*i*] cum nullum modum vel tempus memoravit. *Praxagoras* ſecundo libro Curationum *cataplaſmatibus* utitur, & *malagmatibus* ſudorem moventibus, & *urinalibus* medicamentis aliis atque aliis, & *ventrem* deducentibus. Similiter [*k*] *cono*, & foliis hederæ, & ſemine [*l*] *coliculi* agreſtis, aut naſturtii, aut centaurea, vel allio, pipere, & pſeudodictamno, aut dauco, & *chamæpyti* herba, & petroſelini ſemine, vel radice *graminis*, vel quolibet horum ſimilium, & *ſudorum* [*m*] diurna provocatione corpus [*n*] deducit. Utitur *vomitu* non ſolum jejuno, verum etiam poſt *veſpertinum* cibum, & ægros plurimum potat, ex quibus (*o*) *ſenſuales viæ* implentur. Utitur etiam cataplaſmatibus *aromaticis*, quorum ſpecies non deſignat, ſed ſolum cum (*p*) *moromeli*, vel lini ſemine adhiberi jubet, vel malis cydoniis, aut caricis, vel adipe, & aqua, aut *uvæ lupinæ*, vel apii ſucco: equidem virtutis *repugnatione* omnia confundens: ſiquidem alia ſint *conſtrictiva*, ut (*q*) mala, alia *laxativa*, ut plurima cæterarum ſpecierum. Deinde poſt oris collutionem ſorbiles dat *cibos*, quibus ventrem *facilem* ſe facere pollicetur. (*r*) Item potum repugnante mordicativo: dat enim *acetum* vel puſcam, vel his rurſum contraria, ut *mulſam*, quibus confuſa regula etiam ſecundum ipſum approbatur. *Eraſiſtratus* libro quo de hydrope ſcripſit, *deambulationem* ordinat adhibendam prius quam aeris æſtus ardeſcant, tanquam in æſtate ſolum curans. Sed ſi *ventris*, inquit, *facilitas* non fuerit, prohibenda medicamina, atque legumina, & *olera*; cum ſint plurima olerum, quæ molliant ventrem, ſine ulla corporis vexatione. (*ſ*) Item *plurimo*

f. ægrum — 142

g. accuſationi

h. venter fricatione

i. cujus — 143

k. pini fructu, ſ. ſtrobilo

l. braſſicæ ſilveſtris

m. diuturna, quotidiana

n. tumorem & habitum corporis minuit.

o. excretoria

p. omphacomelite — 144

q. *ſc.* cydonia

r. Item in potu repugnat: dat enim mordicativum acetum — 145

ſ. Idem

cibo

cibo ægros nutriendos probat, cum sit ex parvo sæpe indigestionis metus: ac si neque, inquit, venter fuerit motus, adhibendum *clysterem* simplicem, hoc est, qui nulla sit acriori materia confectus: *cibum* partitur (*t*) cibo vel cœna, *t.* prandio &
146 & ante vesperam ægros *deambulatione* moveri jubet: Tunc *initio noctis* reficit, quando etiam sanis metus est digerendi. Post cibum præterea *perungit* in lectulo, & certo numero utitur fricationum: dat *catapotia* medicaminum ante utramque cibi refectionem in (*v*) favi modum pro viribus ægro- *v.* fabæ magnitudinem
tantis, neque plus *decem*, neque minus *quinque* numero, & eorum materiam tacet, solum memorat quod *jecorosis* hæc catapotia congrua videantur, atque ad urinales partes venientia plurimum faciant mictum: Tum post *catapotia* dari jubet cibo *panem* ex farina sesami, & [*x*] salsum, ob- *x.* sale obdulcatum i. conditum,
dulcatum, ne sitim faciat, non discernens tempus *drimy-* ut I.4. §.12.
147 *phagiæ*: Tum: inquit, dandos pisces, atque carnem gallinarum, vel ferarum, & agnorum, & hœdorum, & sorbilia plurima cum *melle* vel *lacte*, non advertens lactis & mellis qualitatem in *corruptionem* facile venire: (*y*) nunc dat *y.* dat etiam potum
potum parvum, & non post prandium, sed post vespertinum cibum hoc convenire dicit, ut etiam similiter memorat *Philistionis* frater. Probat etiam ante alios cibos accipienda (*z*) *aridi fici* pinguia duo vel tria, mox contusa, atque o- *z.* aridá fica pinguia duo
leo tincta. Sed hæc omnino digestione difficilia judicantur. vel tria
Prohibet præterea *lavacrum*, vel plurimo temporis interval- *ut supra*
lo permittit, & non designat, quod illud, vel quantum sit
148 tempus. Utitur etiam *malagmatibus* & cataplasmatibus, cum *somno* cubaverint ægrotantes, nec tamen designat eos, qui coacervatam ac vehementem humoris detractionem reprobant, quam *Græci* κένωσιν vocant, & propterea etiam *paracentesin*, quod quidem (*a*) congrue dictum superius docui- *a.* incongrue
mus. Item tumore in *jecore* constituto, attestantibus febribus ob tumoris medelam *cataplasmatibus* utitur ex malis cum vino, constringens ea quæ *laxamentum* poscere videntur, & ob *digestionem* faciendam ex ficu atque chamælea & chamæ-
149 pity utitur cataplasmatibus. Item ad eliciendum quicquam *b.* locis interioribus constrictum
in (*b*) locis constitutum utitur (*c*) *Diapegano*, quod ex [19]
ruta conficitur, & nihil de temporibus memorat adjutorio- *c.* διὰ πηγάμε, *f.* ex ruta
rum. *Asclepiades* etiam libro quo de *hydrope* scripsit, parvo humo-

19 Aetius pag. 845. describit Malagma e ruta.

humore collecto, sive plurimo, necdum tamen pedibus aut cruribus infuso, *athletarum* regulam adhibendam probat, ex plurima *deambulatione*, atque *cursu*, & (*d*) *refricatione* retento spiritu: Tunc cibo dandum *panem* diligenter elaboratum atque (*e*) exercitum, cum *piscibus* natura duris. At si *inferiores* humor occupaverit partes, plurimos prohibet motus, & medicamina ventriflua atque urinalia. Utitur autem 150
paracentesi, sed omnino ex angusto, atque parvo foramine. In *leucophlegmatia* vero fricationes adhibet, & *cataplasmata* frigerantia ex malo cydonio, & (*f*) murra, & vitis anulis, quos ἕλικας vocant, & malo punico, & lenticula, & (*g*) herbo, atque pulento veteri, & alumine, vel ruta, & bulbo, & melle, & origano, & thymo, & nitro, & caricis: & ex *vesicis* illisionem adhibendam probat. Laudat etiam *punctionem* quatuor digitis a talo distantem, faciendam superius, ab interiore parte, sicut in *phlebotomia* servatur, ut per eandem punctionem humore effuso corpora relevantur: si minus, *scarificatione* altiore utendum referens: scili- 151
cet vehementiore atque efficaci adjutorio, & neque declinans *vulnerationes*, quæ necessario in hujusmodi passionibus *difficiles* curatione probantur. *Socrates Chirurgus* omni ex parte divisuras faciens easdem (*h*) adussit, extemplo corporis ingerens raptum, quem *Græci* σπάσμον appellant. *Themison* secundo libro Tardarum passionum utitur *gestatione*, & *defricatione*, atque *exercitio*, vel communiter regula exercibili, salibus ac nitro *fricans* corpus, & *frigida* perfundens: ex quibus non æqualiter adficit: quippe cum membra interpositis etiam tribus, vel quatuor diebus *aqua marina* ferventi perfundat. Item jubet post gestationem tribus vel quatuor 152
cyathis *vini* mixti ægrotantes potari sumptis nutrimentis digestione difficilibus. In *ordine*, inquit, medicaminum, non designans quem esse velit ordinem medicaminum, aut quæ nutrimenta digestione difficilia. In *vespertino*, inquit, cibo utendum mediocri *potu*, ut nec sitis ægros afficiat, neque plurima liquoris (*i*) ingestio, sed *vinum* (*k*) eligat acrioris virtutis, & (*l*) neque confusum. Sed *temperandi* moderationem tacet, (*m*) ut mediocriter quidem dicat, quod est improprie dictum: etenim [*n*] extendit temperandi mode- 153
ratio *nervos*, nocet, & ingerit *sitim*. Prohibet præterea idem *ventriflua* medicamina atque *urinalia*, quæ cathartica, atque diu-

d. defricatione: ut paulo post. *e.* subactum.

f. myrto.

g. ervo

Socrates Chirurgus. *h.* adurit *i.* infusio, ingurgitatio

k. eligendum *l.* Quidam legunt aqua confusum. *m.* licet *n.* vini temperandi neglecta moderatio nervis nocet.

diuretica vocant, & per singulos *menses* ternos radicum ordinat *vomitus*. Sed erat regulæ medicinali conveniens ad *lenimentorum* latitudinem, sive spatium, vomituum designare quantitatem. Utitur etiam in utroque talo *scarificatione*, ut Asclepiades. In *ascite* vero initium ex *vomitu* sumit, quem *helleboro* faciendum probat, si, inquit, metuerit quisquam radicum vomitum: [*o*] & est præceps, atque, ut ita dixerim, *periculosum* non [*p*] medicatum corpus magno adjutorio [*q*] discere. * [*r*] Aliam quoque regulam similem dicit ordinandam, sed passionis *initio* neque [*s*] ungentis tan-
154 gi, neque fricari ventrem permittit. Cæteras autem corporis partes si multa, inquit, fuerit humoris infusio, [*t*] defricandas, initium ex *ventris* finibus augendum curationis modum: sed oportebat, ob æquandum corpus, *totum* fricatione curari. Item interpositis quatuor, vel quinque diebus *aqua calida*, & magis marina, tribus vel quatuor vasculis foveri *ventrem* jubet, sed neque hoc æqualiter. Item ante unctionem utitur *sinapismo*: post singulas gestationes lambendam dicit [*v*] *scillam* in electarii vicem: &, si plurima fuerit humoris infusio, utitur *paracentesi*. Sed primo die, si vires patiuntur, *abstinet* cibo. Quod si minime fer-
155 re potuerint ægrotantes, partem *tertiam* panis solitæ quantitatis aquam infusam offerendam dicit. Tum alia die *articulos* ungens, atque *ora* lavans, simili panis reficit modo, cum pulmento volantum, cæteris quoque diebus omni æqualitate augens, atque ægros resumens. *Thessalus* autem secundo libro Regulari plurima *Themisonis* similiter probat, sed quinque vel tribus cyathis *vini* aqua temperati, ante cibum potat ægrotantes, & *paracentesin* prohibet: [20] tanquam *Apollophanion*, aut *Diaeuphorbium*.

o. quod est
p. præparatum
q. dijicere
* dissecare
r. Aliis quoque, *sub.* hydropis generibus.
s. unguentis
t. defricandas initio, & ventris frictionibus
v. scyllam

20 Videtur aliquid deesse, ut fortasse sit legendum: Utitur etiam emplastris tanquam Apollophano, aut Diaeuphorbio; quod utrumque describitur a Galeno lib. VII. κατὰ γένη.

MOR-

MORBORUM CHRONICORUM

LIBER IV.

CAPUT PRIMUM.

De Elephantiasi. 1

Deest principium capitis.

Curatio. *heliosis*, *dropacismus*, & *lixivii* calidi perfusio, & (*a*) *psycrolusia*, atque *cataclysmus*, hoc est, aquarum e supernis illisio, *natatio* maritima, & aquarum naturalium, & magis frigidarum, quæ *aluminis* naturam exhalant, quas (*b*) stypteriazas vocaverunt, sive (*c*) *ferrugineas*, quas (*d*) siderizasas appellant. Item adhibenda (*e*) *smegmata* alia, donec maculæ albescant, quas supra memoravimus, vel *cimolia* terra subassata, cum hordei polline, & nitri quippiam: vel alia quæ lacessere valeant magis, ac (*f*) levius, ut est cinis ustarum *bucinarum*, vel [1] *halcyonium*, aut cum eodem *pumex* assatus, vel *sulphur* vivum, vel (*g*) *sæpiarum* testa exusta cum pumice & nitro, & cimolia subassata, atque gummi, & *galla*, æqui hæc omnia ponderis. Item *acopa* & malagmata mediocriter lacessentia, (*h*) præter cutis *ulcerationem*, & his unguenta similia, ut *myrobalani* cum aceto, aut vinum cum *ammoniaci* gutta, & alumine. Ac si *ulceratio* fuerit locorum consecuta, erunt congrua pro differentia ulcerum adhibenda. Quapropter ea quæ *serpere* per corpus viderimus, amputamus: *tumentia* vero mitigativis temperamus, & laxativis virtutibus: item *humecta* atque fluida densamus, & sordida purgamus, *cava* replemus, & *æqualia* in cicatricem ducimus, sicut *Responsionum* libris chirurgiam scribentes monuimus. Ea autem quæ in *cicatricem* venerunt, sinapismis roboramus, prælatis *metasyncriticis* cyclis, & radicum *vomitu*, & cæteris quæ (*i*) sua sunt. Tum *resumpto* corpore, vehementer utilis *hellebori* albi

a. ψυχρολυσια
b. στυπτηριαζούσας
c. ferruginearum
d. σιδηριζούσας
e. σμήγματα,
i. sapones
f. gravius
g. sepiarum ossa
h. citra
i. congrua

1 Veterum Alcyonium quid sit, non certo constat: Recentiores pro Alcyonii speciebus habent corpora quædam fungiformia in mari nascentia.

albi datio probatur, quo corpora [2] dissecentur, quæ non semel adhibenda, sed etiam *sæpissime* per intervalla, præroborato corpore: item *navigatio*, & in *aeres* meliores transitus. Sic enim passio solvetur, aut non ex ea deformatus ægrotans ad finem vitæ perveniet.

Qualem Themison & Democritus Elephantiasis curationem tradiderint.

4 *Veterum* autem *medicorum* nullus istius passionis curationem ordinavit, excepto *Themisone*, atque ex philosophis *Democrito*, si vere ejus de *elephantiacis* conscriptus dicitur liber, quo sanguinis corruptionis causas conscribens, *phlebotomandos* imperat ægrotantes, & (*k*) potandos decoctione *herbæ*, quam in *Syria* memorat nasci & in *Cilicia*. Sed neque hanc dicere possumus, neque passio tam difficilis his duobus (*l*) adjutoris solvi creditur posse. *Themison* vero secundo libro *epistolarum*, ad *Dimantem* scribens, phlebotomari jubet, recte quidem, sed non (*m*) *scricturam* considerans potius, quam (*n*) convivantem *causam* sanguinis (*o*) detrahendam: 5 quod est æstimabile, atque ut ita dixerim, dogmaticum, sicut secundo libro de *cœnotetis* scribens *Soranus* docuit. Utitur præterea [3] *vomitivis* jejunus, itemque radicum, eorum confundens tempus. Oportet enim *superpositionis* tempore adhibere phlebotomiam, in *lenimento* vero vomitum. Item *ventrem* inter paucos dies leviter deducendum jubet, atque *superficiem* corporis constringi unguento myrobalani, cum aceto, & oleo rosaceo parvo, vel myrtino, & ammoniaci 6 gutta cum alumine. Deponit etiam ægrotantes in *decoctione* frigida ex herba (*g*) *perdicia* confecta, vel plantagine, aut murta, aut rubo, bis in die, atque sufficienti tempore quadam tarditate ægrotantes imperat immorari. Dat *cibos* facile reflabiles, & (*h*) *potu* magis aquam, quæ sunt incongrua. *Phlebotomia* enim (*i*) similiter *laxativum* genus est, & cibus reflabilis: at singula *unguenta* quæ imperat adhiberi, constringunt: item *embasis*, quam fieri ex decoctione herbarum jubet supradictarum: item unguenta condensant corpora. Sed hoc passus est cum nondum limpide *methodicam* perspiceret disciplinam, & *Asclepiadis* secta (*k*) circunseptus, passionis causam (*l*) *in extasin* æstimaret, quam

k. potandos
l. adjutoriis
m. strictura
n. continentem
o. detrahendi
Libris Sorani κοινωνήτων.
g. perdicio, *vid. Plin.* lib. XXI. c. 17. & 30.
h. potui
i. de genere laxativorum est,
k. occupatus
l. intrinsecā

2 eodem genere locutionis utitur supra l. 2. §. 31. Infra vero c. 3. §. 75. helleboro dissecari corpora, & quadam novitate confirmari ait.

3 vomitibus jejunis, ut supra l. 2. §. 31. Rationem & modum vomitus jejuni vide l. 3. 41.

m. quam præstare putabat non ferri per extrinseca sive

(*m*) præstabat fieri per ensem sive cutem: & ob hoc quæ- 7
rebat materiam a superficie ad altiora, velut latius patentia, revocare. Utitur ideo *constrictivis* extrinsecus, & rapit ad *interiora* ea, quæ fuerint appositorum virtute depulsa. Provocat etiam *ventris* fluorem & *vomitum*, & utitur hellebori purgatione, adhibito *psilothro* in tres vel quatuor dies, vel alio quolibet urenti medicamine usque ad *cutis ruborem*, quo magis perseverantem faciat passionem. Adhibet præterea *cataplasmata*, in quibus etiam succos (*n*) adhibuit *arnoglossæ*, vel *perdicii* herbæ. Item malagmata adhibet *constrictiva*, ex quibus nunc plurimi laudant [4] *argagation* appellatum medicamen. Item *exercitium* probat, & defricans cutem, (*o*) declinat ungere, sed adhibet (*p*) *Græcum*, non conjiciens hoc quoque esse laxativæ virtutis. Adhibet etiam *ammoniaci* guttam cum aceto, vel vino, quæ sunt intra se contrariæ qualitatis. Item post exercitium *sudationem* faciendam igne vicino, sed aqua frigida fovendos imperat ægrotantes, usum *hellebori* [5] geminum probat. Quæ sunt quidem vera adjutoria, si tempora quoque serventur, ut *Responsionum* docuimus libris. Quidam *Themisonis* sectatores initia quoque passionis prævisa coercentes, pronos ac declives, vel *venturos* in eandem, quos viderint, phlebotomant, & helleboro purgant: eos autem quos jam *possessos* acceperint, 9
iisdem negant curandos adjutoriis. Siquidem corruptione quadam & *laxatione* extremæ cutis in corporibus hæc passio generetur, & fit [*q*] arifica carnis, atque *mollifica* corporis phlebotomia. Quapropter inquiunt esse frigerandam & *siccandam* corporis superficiem, quo possit ejus humor ad *intestina*, vel ventrem recurrere, ac deinde *clysteribus*, vel purgativis medicaminibus, quæ *cathartica* vocant educi detrahendo cibum. Præterea potandos probant ægrotantes succo *nepetæ*, servata moderatione quantitatis, quæ neque minuenda, neque superanda sit a tribus cyathis usque ad sex: *cibum* etiam dandum frigidum, atque *constrictivum* & 10
parvum: *potum* frigidum, sed [*r*] meratum ex *vino* vehementioris acrimoniæ; atque albo, & veteri: & sæpe [*s*] tenendos ægrotantes, ac *siccandos* abstinentia bibendi: & sic-

n. addidit

o. vitat

p. picem Græcam

q. rarifica

r. meracum

s. continendos

4 fortassis legendum, laudant ex Achate medicamen, ut emplastrum Polletis, ex Achate nos intelligamus descriptum ab Aetio pag. 840.

5 albi vomitorium: nigri dejectorium.

ficcioribus reficiendos cibis: quæ sunt utraque *incongrua* ac dissonantia siccandæ cuti, secundum eorum intentionem. Si enim, ut ajunt, e *superficie* transmittendus est humor ad *altiora*, atque eo provocandus, ut clysteribus ac purgativis medicaminibus excludatur per ventrem, erit *contrarium*, siti atque ficcioribus cibis, & vino supradicto, altiora siccare.

11 Item aliqui (*t*) *horum* multitudinem intuentes frequenter adhibendam *phlebotomiam*, atque *clysteres*, & *ventriflua* medicamina, quæ cathartica vocant, jubent: & (*v*) magis *diacameleos* appellant, quibus necessario corrumpentes ægrotos in pejorem habitudinem corporis vertunt, quem Græci *cachexian* vocant. Alii corruptione hoc fieri, atque mutatione ex (*x*) *venenis* effecta æstimantes, *temperativis* uti medicaminibus decreverunt: ex quibus (*y*) magis *asinino* lacte ægrotantes potandos imperant simplici, vel accurato, quod (*z*) σχισὸν appellant: item *vino* dulci, & cibis similibus, quibus (*a*) fœda digestione corruptis major efficitur corpo-

12 ris corruptio. Ordinant præterea theriacam dandam, quam cuncti *Mithridatium* appellamus: quæ quidem *recorporativa* virtute mederi posse perspicitur. Dant etiam *viperas* mandendas, sed amputato *capite* atque *cauda*, mensura digitorum quatuor, cætera coquentes atque (*b*) obdulcantes *sale*, & *oleo*, ægris afferunt comedendas. Alii etiam *aqua* ex labris, quibus candens tingitur ab operantibus *ferrum*, potandos dicunt, cum sit hæc passio secundum plurimos scriptores, ex aqua gravi, quæ aut natura, aut aliqua corruptione fœdata sit, sæpius generata. *Alii* quoque etiam *cutis vulnerationem* affectandam probant, qua corpus exhumoretur: neque

13 cunctis commune judicium, & ignaris cognitum providentes, quod pejorante passione superficies corporis ulceretur. *Alii* ægrotum in ea *civitate*, quæ nunquam fuerit isto morbo vexata, si fuerit *peregrinus*, (*c*) cludendum probant, *civem* vero longius exulare, aut locis *mediterraneis*, & frigidis consistere, ab hominibus separatum, exinde revocari, si meliorem receperit valetudinem, quo possint cæteri cives nulla istius passionis *contagione* sauciari. Sed hi ægrotantem destituendum magis imperant, quam curandum, quod a se alienum humanitas approbat medicinæ.

t. humorum

v. magis quod Diachemæ:læas

x. venenatis humorum qualitatibus

y. potissimũ

z. i. serum

a. vitiosa

b. condientes

c. excludendum

CAPUT II.

De (a) Phthiriasi. 14

a. φθειρίασις, i. morbus pedicularis.

ANtecedente *cachexia* etiam hoc ſymptoma generatur; quod nos accidens dicere poterimus. Sumpſit igitur *nomen* non a genere, ſed a multitudine *pediculorum*. Plurimi etiam (b) creantur nunc per *totum* corpus, nunc per eas partes, quæ *capillatura* (c) conceptæ ſunt: & nunc *conſueti* atque ſimplicis formæ, nunc *ignoti*, hoc eſt latiores, & duri magis, ac ſævientes morſibus vehementer, quos quidam (d) *ferales* appellant. Nam ſæpe etiam ſub capillis inveniuntur corpora penetraſſe. Sequuntur autem ægrotantes *vigiliæ* & *pruritus* corporis, atque *pallor*, cibi *faſtidium*, & ſtomachi debilitas, & *calvities*: & eſt paſſionis *ſolutionis*, (e) cholere rubeæ egeſtione plurima pertenues vias emergente, qua hæc animalia generantur. Denique *ſuperpoſitionis* tempore jacere oportet ægrotos *loco* mediocriter frigido, atque *cibis* conſtrictivis, & temporibus jam ſæpe demonſtratis, refici. *Fomenta* vero & *perunctiones*, & *cataplaſmata* membratim erunt adhibenda, qualia *Themiſon* elephantiacos curans ordinavit. Sed ea loca quæ *capillatura* veſtita ſunt, erunt preterea radenda. In ſuperpoſitione *reſumptio* adhibenda, atque *recorporatio*, ſicut in cachecticis, & elephantiacis ordinavimus, ſed jugia adhibenda σμήγματα, quæ nos laceſſentes, atque purgativos pulveres nuncupamus. Item *unctiones*, magis cum mox fuerit capillatura deraſa, *præfotis* partibus aqua marina, vel aceto ſalſo. Sunt denique plurima *ſpeciatim* (f) poſita, ut *bulbi* cum nitro atque oleo contriti, quo mellis (g) faciat craſſitudinem, ex quibus corpus erit illiniendum: item *ſtaphyſagria* cum aceto atque oleo trita, vel infuſa aceto & oleo, tum contrita cum ſalis flore, quem *Græci* ἁλὸς ἄνθος vocant, donec liquidi mellis ſimilitudinem faciat: tum etiam *ſulphure* vivo atque aceto: vel (h) ita ponderibus compoſita medicamina: *ſtaphyſagriæ* drachmas duas: *ſandaracæ* drachmas duas: *nitri* obolos duos: admixto *oleo* & *aceto*, donec in mellis craſſitudinem veniat: vel *ſandaraca* cum oleo: & *ſtaphyſagria*, & *abrotanum* æquis ponderibus, admixta *calce*, quam *Græci*

15 16 17

b. generantur

c. coopertæ

d. morpions.

Symptomata, & genus hujus morbi.

e. ichoris

Curatio.

f. oppoſita, i. ſpecifica

g. faciant

h. iſtis

κόνιν

κόνιν vocant, & his (*i*) similibus. *Palpebris* autem erunt adhibendi sicci pulveres, atque *collyria*, quæ *Græci* βλεφαρικὰ vocant, nos *palpebraria* dicere poterimus, ex *ære usto*, atque (*k*) *aneso* asso, sed & *lapide scisso*, & *pipere*, & *staphysagria* 18 confecta. Hæc etiam in iis, qui præter phthiriasin *pruritu* vexantur, sunt adhibenda, adjectis magis ferventioribus aquis in usu lavacri, & *asperginibus* pulveris ex *thure* & *nitro*, & *sulphure* confecti. Item (*l*) *solicationes*, quas *Græci* ἡλιώσεις vocant, adhibendæ sunt: *dropaces* quoque & *vomitus* radicum, & ea quæ jam sæpe de aliis memoravimus scribentes passionibus, quæ corpus *recorporativa* virtute fortificare, atque in meliorem habitudinem commutare valeant. Sic enim detracta corporis *cachexia*, quam nos malam habitudinem dicere poterimus, ejus quoque (*m*) comitantia depellentur.

i. similia

k. aniso

l. solationes

m. symptomata

CAPUT III.

19 *De Ventriculosis, quos Græci* κοιλιακοὺς *vocant, & de cæteris defluxionibus.*

VEntriculosa passio, quam *Græci* κοιλιακὴν vocant, a parte corporis quæ patitur *nomen* accepit. Generatur ex antecedenti *indigestione* continua, vel *tumore* vehementi, aut *dysenteria*. Sequitur in hac passione constitutos varia *stercorum* egestio, qualitate, atque colore, nunc *tenuis* ac soluta, nunc *aspera*, & inæqualis vel constricta, & nunc *alba*, nunc similis *urinæ camelorum*, nunc *flava*, & *spumosa*, nunc *prasina* vel *livida*, aut *nigra*, aut *purulenta*, aut *sanguinea*, 20 cum gravi *fœtore* & *rugitu* intestinorum, quem *Græci* βορβορυγμὸν appellant, atque in exitu sonitum: & post effusionem factæ velut (*a*) scatentis stercoris *vesiculæ*: & nunc jugiter nocte atque die, nunc *concervatim*, sed interjecto spatio, ut per diem bis, vel semel, aut interpositis uno vel duobus diebus, aut eo amplius; & nunc cum *tensione*, atque ventositate, & *tormento*, vel dolore aut *singultu*, confidente atque *conducta cute* quæ ventrem circumtegit, attestante *siti*, & ipsius ventris *fervore*, & levi in interioribus *torpore* frigido. Sequuntur etiam *vigiliæ*, *fastidium* cibi, & aliquibus *plurimus* 21 *appetitus*, virium *debilitas*, *pallor* subalbidus, & nunc *febres* de-

Causa hujus morbi.

Signa & symptomata.

a. bullientis

dehinc corporis *odor* teter plurimus, ut etiam quæ suis manibus tetigerunt, computrescant, & difficile (*b*) careant odore concepto: tum vultus *inflatio* atque pedum: Quibusdam etiam *dysenteria* congeneratur, cum facile fuerint intestina ulcerata ob defluentium acrimoniam. Est autem passio *solutionis*, & aliquando *stricturæ* complexa. Siquidem aliqua ejus videantur esse (*c*) *conjuncta*, ut ex supradictis conjicitur: sed discernitur a speciali *rheumatismo* ventris. Siquidem plurimæ in ipso fiunt egestiones: sed non varietatæ supradictis concursibus.

b. liberentur

Genus.

c. sc. ex solutione & strictura

22 Quapropter cum adhuc *nova*, vel emergens fuerit passio, nec plurimi temporis, sed in *superpositione* constituta, quam *Græci* ἐπίτασιν vocant, erit eo tempore (*d*) locandus ægrotans *constrictiva* ratione, ut sæpe docuimus, adhibita *requie:* & quantum vires permiserint, *abstinentia*: (*e*) Etenim ad perferendum atque corpori (*f*) adpropriandum *cibum* sumptum: (*g*) nunc venter patiens indignatur, tanquam *oculi* patientes visus officio (*h*) in qua ætati: *somnus* etiam plurimus curandus, atque *sitis*, & lanis mollibus *venter* contegendus leviter *oleo* hispano (*i*) prætactus, vel melino, 23 aut rosaceo, aut murtino, aut lentiscino oleo. Ac si *ventositate* quoque, vel tormento affecti fuerint ægrotantes, dulci oleo *dimissionis* tempore lanæ tingendæ sunt. *Perunctio* vero ex oleo viridi adhibenda: *facies* quoque aqua tepida (*k*) relevanda: tum *cibus* dandus, ut alica ex aqua frigida, ita curata, ut sua (*l*) caruerit difficultate, quod fiet ex *farris* (*m*) tepore, aut decoctione *palmularum* thebaicarum. Dandus etiam *panis* solus, aut cum eo *ova* ἀπαλά item *pultes* ex oryza, vel alica, aut farre, aut milio, ex parvo hispano oleo confectæ, & parvo salis grano. Vel si *dolor* admonuerit, adhibenda [1] *cucurbita* longior: procurandum tamen, ut si quid partis spongia ceperit solitæ, damnum moderationi non sit; Tunc leviter (*n*) oppresso li- 24 quore, quo (*o*) *folliculi* reflatio fiat, erit tentandum ne clysteris (*p*) *caverna* fuerit clausa: dehinc apponenda *podici* fistula dextera mano, usque ad ejus (*q*) *verticulum*, quem Græci ἀσπίδισκον vocant, impulsu levi, & neque recto ductu

Curatio, ut principio.

d. regendus

e. Nimirum

f. assimilandum

g. sc. in paroxysmo

h. inquietati

i. prunctus

k. lavanda

l. careat

m. torrore ut cap. 4. l. 5.

n. manibus compresso

o. vesicæ refrigeratio

p. fistula

q. partem latiorem

[1] cucurbitula: injiciendusque clyster longiore fistula: procurandum tamen moderatione, parti nullum ut detrimentum sit, spongia, que, ut solitum est, ano supponenda: tum leniter.

ctu contra oppositas partes, neque (*r*) superiora repentino; vel cum plurimo conatu, (*s*) *tumores* enim exinde atque collectiones efficiuntur. Quapropter *sensim*, atque paulo *inferius* inclinato ductu, injecto fieri debet ad illam partem, in qua constitutum est *os sacrum*, quod *Græci* quoque vocant ἱερὸν ὀστέον. Illic enim spatium latius (*t*) *longaonis*; apposition facta erit (*v*) *digitis* detrahendus, quo caverna fuerat obstrusa, atque *sinistra* manu continenda, immobilitate servata, clysteris fistula, & *dextra* comprimendus folliculus leniter ac moderate, quoties inferiora intestina ulcerata noscuntur. Erit (*x*) denique parvæ longitudinis, atque (*y*) altioris cavernæ *fistula* procuranda, quæ possit facili effusione *patientibus* locis medicamen tradere, ne (*z*) suspensum iis quæ patiuntur, non solum nihil afferat commodi, verum etiam *sanis* irruens officiat. Erit autem folliculi impressio *vehementius* facienda, atque fistula longior procuranda in iis, quibus *superiora* intestina fuerint ulcerata, quo medicaminis liquores eo valeant pervenire. Et hortandus *ægrotans*, ne retento spiritu, quodam recursu referiat medicamen. Ac si magna fuerit *putredo*, quam (*a*) νομὴν appellant, non erit (*b*) immodicum etiam ex utraque parte, clysteris fistulam cavernare, quam *Græci* ἀμφίτρητον vocant, quo possint medicaminum liquida per utranque partem *intestinorum* lateribus advenire: Tum cum omnis fuerit folliculus *complicatione* vacuatus, sive oppressione manus (*c*) refusus quo medicamina pervenisse (*d*) sentiamus, erit detrahenda fistula suspensa manu, & distentis cruribus ægrotantis, *spongiæ* (*e*) commodandæ podici, expressæ ex decoctione calidi liquoris, in quo præcocta sint *mala punica*, quo constrictione quadam virtutis herbarum, quam *Græci* σύψιν vocant, atque fervido tactu densatis partibus *longaonis*, injecta teneantur. Tum modico temporis spatio intermisso, erunt etiam illa quæ *clunibus* fuerant supposita, detrahenda: & si fuerit æger (*f*) in ventris officium provocatus, in *inferioribus* ulceratione constituta, & magis si in *longaone* fuerit perspecta, erit hortandus paulisper resistere, & injecta continere, [2] tangentibus nobis easdem partes quæ pati noscuntur: quoties provocari ægrum in egestionem medicaminis viderimus. Ac si in *superio-*

r. sub. versus
s. inflammationes
t. intestini recti
v. digitus retrahendus
x. i. in modo dicto casu
y. cum lateralibus
z. in superioribus coli cellulis
a. ulcus depascens
b. incommodum
c. insusus, cum
d. sentiemus
e. apponendæ
f. alvum exoraudi stimulum sentiat

2 contactu enim digitorum intestinum sese colligit, & contrahit.

g. nimis induratæ, quas etiam alienitatem Cælius vocat.
h. diutius

perioribus fuerint ulcera, erunt permittendi egerere cum vo- 28
lent. Etenim medicamen jam recurrens atque defluens ad inferiora, *longaonem* ſanum inutili virtute adficiendo exulcerat. Nam quibus (*g*) *alienatæ ſordes* detrahuntur, iſdem non ulcerata vitiantur *exuſta*, cum admotæ corporibus (*h*) tardius fuerint moratæ. Excluſis igitur cum medicamine poſt ſufficiens temporis intervallum *muculentis* humoribus atque *ramentis*, & variis defluxionibus inteſtinorum, ſufficienter operatum medicamen accipimus, quanquam non de perfecta *curatione* tuto pronunciare poſſimus, cum ſæpe *ulcerationis* particula in ſuperioribus conſtituta minime valeat medicamen accipere, & propterea non omnibus commodata curatio videatur: vel ſi commixtum putredini *medicamen* cun- 29
cta purgaverit, hoc adprehendimus, cum *ſolum*, præter aliqua purgamenta, *fuerit excluſum*. At ſi hoc *egeſtio* ſecuta fuerit quædam *aliena*, minus quidem, purgata tamen accipimus ulcera, & propterea ſanitatis ſpem pollicentia. Item ſi *nihil* fuerit excluſum, neque ipſius *injectionis* quidquam, erit credendum neceſſario medicamen inhæſiſſe, quantum ſua valuit potentia, & propterea ſui operis integraſſe virtutem, quamquam non perfeciſſe videatur. Nec recte culpanda (*i*) virtus eſt, quæ una injectione non dederit ſanitatem, cum plenam fecerit futuræ perfectionis fidem, *perſeverationem* ſui perſuadens. Unde ſi omnino *nullum* fuerit 30
redditum, medicamen erit *impavide* accipiendum: atque e contrario, ſi ejus nulla particula retenta, nullum ſui demonſtraverit effectum, omnia *deſperanda*. Eſt enim plurimæ debilitatis, atque (*k*) alienatarum, vel *mortuarum partium ſignum*. Conjiciendum præterea, ne, ut ſæpe contigit, *vetuſtate* medicaminum efflata virtute nullus ſequatur effectus, & propterea ſicut injecta ſunt, (*l*) limpide revocentur. Quapropter etiam hoc intuendum eſſe mandamus. Tum *poſt* egeſtionem factam *ſpongiis* erit (*m*) poſtea detergendus, vel ſi nihil fuerit excluſum, interjecto ſpatio unius horæ *perunctum* reficere ægrotantem oportet *cibis* congruis, atque ſtomacho aptiſſimis, ut *lactucæ* thyrſo, vel *intybo* cum 31
aceto, quod ſit (*n*) ex murta confectum, aut *olivis* fractis, vel natantibus, quas πολυμβάδες appellant, & *ovis* hapalis, & *volantibus* nuper memoratis, quæ ſint nutrita conſtrictivis, ut murta, roſa, lentiſco. Etenim eorum *pinguedo* ſic (*o*) de-

i. efficacia
k. occupatarum gangræna
l. ſicut injecta ſunt excernantur.
m. podex
n. myrti baccis affuſum

(*o*) defluxit, atque *caro* constrictiva sufficitur, magis in eorum pectoribus, quorum plus ossibus vicina aptiora probantur: sunt enim teneriora (*p*) cæterorum. Danda etiam *pomorum* quædam constringentia, atque *olerum* cocta, quorum
32 superius de aliis scribentes passionibus memoravimus: *potui* dabimus aquam frigidam: quod si minime toleraverint ægrotantes, dabimus ferventem plurimum aquam cisterninam: & si sine febribus fuerit ægrotans, dabimus *vinum* [3] exercitioris paulo virtutis, ut supra docuimus. Omnino enim invitantes *adpetitum*, sive suscitantes, quem *Græci* ὄρεξιν vocant, stomachi robur debemus custodire, nisi cum nausea etiam venter fuerit resolutus. Oportet (*q*) enim curare, ne rursum *plurimum* cibum demus aut potum, vel priusquam solidum cibum sumpserint ægrotantes bibendum credant.
33 Nam convenit neque *gravata*, neque *humecta* intestina servari. Si igitur medicaminis injectio aliquo fuerit *peccato* vitiata, ut non (*r*) omnibus adjutorii partibus informata videatur, mox medicamenti monstrabit *errorem*. Nam *quidam* (*s*) injectione aliqua ex parte vomuerunt: *aliqui* stomachi ac ventris dolorem senserunt, *singultibus* atque nausea affecti, cum *anxietate*, ac siti, & immitigabili *ardore*, & articulorum frigido *torpore*, & *pulsu* maligno, atque sudore vel (*t*) *defectu*; aut *pressura* capitis, sive gravatione, quam κάρωσιν vocant, siquidem sit nimiæ virtutis medicamen injectum, in *febribus* vel viribus vitiatis, aut in alto *tumoribus*
34 constitutis. *Vomitus* autem medicaminis injecti si ex *tumore* ventris fuerit factus, vel (*v*) teneriorum intestinorum, tanquam in *iliaca* passione, sæpius ægrotantibus intulit mortem. Si autem *nullo* tumore subjecto fuerit effectus, ingerit *vexationem* atque metum: Aut, ut sæpe contigit, *passionis* significat *depulsionem*: Siquidem nulla pars ulcerum in intestinis a medicaminis contactu videtur immunis.

Tardante passione etiam *recorporativis* convenit uti rebus. Quapropter oportet ea quæ teruntur per *ventris officium*, celeriter auferre, & *ora* ægrotantium spongiis ex pusca fri-
35 gida (*x*) siccatis reficere, *articulos* ligare, & *stomacho* cataplasma constrictivum imponere, quod (*y*) διὰ δαφνίδων dicunt, vel similis virtutis. *Odoramenta* quoque resumptiva adhibe-

o. absumpta est
p. cæteris
q. etenim sæpe pro etiam
Clysterum noxa.
r. proficua
s. injectionem
t. animi deliquio
v tenuiorum
Curatio morbi inveterati.
x. expressis
y. Aetius ex Archigene in hoc morbo valde probat malagma ex baccis lauri

3 *excitantioris*: vinum id supra *remordere* dixit l. 2. §. 181. Alii legunt *exercitatioris*, ut infra cap. 8. dixit *exercitatius cataplasma*.

hibere, & frequentius *cibo* nutrire ex supradicta materia: Ac si *accepta* non tenuerint, erunt secundo offerenda, adhibita *articulorum fricatione*, *cucurbitaque* ori ventris infixa, & si fieri potuerit, etiam a tergo inter scapulas. Ac si *dolor* occurrerit & *singultus*, ob ardorem atque sitim, *fomentis* utendum est, & *cataplasmatibus*, & spongiarum vaporatione, & olei injectione, quo possit (z) medicaminis vexatio celerius obtundi. Perseverante incendio etiam *calida*, (a) & oleo & lacte sunt injiciendi: Et si nulla fuerit (b) *humoris* significatio, eorum *frigidus* adhibendus est usus: & ob mitigandam *sitim* jugis adhibenda oris collutio: dandus interea potus. Item propter *articulorum frigus* adhibendi tepores, cum blanda manuum tenacitate, quam (c) *diacertosin* vocant: item *unctio*. *Sudores* autem si ex (d) *pressura* & (e) *diaphoresi* fuerint apparentes, erunt detergendi, & *asperginibus* cohibendi, & congruo cibo, & cæteris quæ de (f) *caroticis* scribentes docuimus: quibus depulsis, hoc est a præsentibus periculis evadentibus ægrotis, si forte rursum in priscam *dysenteriam* venerint, erit tentandum multo tempore simplicibus uti (g) *injectionibus*, hoc est, iis quæ sine *calce*, quam (h) ἄσβεσον vocant, vel *auri pigmento*, quod arsenicon appellant, conficiuntur. Tum si perseveraverit passio, ad vehementiora transeundum, sed ex (i) *simplicibus* rebus confecta, (k) *sollicitam* habentes calcis, vel auri pigmenti injectionem. Oportet (l) enim *putredini* etiam cataplasmatibus occurrere, quorum sunt *ervi* pollines pusca decocti, & lentiscinum oleum, *acacia* immixta, donec mellis sumat crassitudinem, item *lenticula* molita, cum melle, vel rosaceo, vel lentiscino oleo decocta. Ac si putredinis causa *sanguinis effusio* fuerit consecuta, erunt *spongiæ* expressæ ex aceto calido pubetenus, vel sub umbilico, & coxarum summitatibus, quas *Græci* ἰσχία vocant, admovendæ: dehinc iisdem locis etiam *cucurbitæ* (m) fervefactæ adfigendæ, *articuli* ligandi, dandus digestibilis cibus, & qui facile corpori insinuetur, tum *vinum* quod sit præcoctum in cortice mali *punici*. (n) Injiciendum autem *acetum*, nunc solum, nunc cum *thure* masculo, vel ejus manna contrita, vel quod ex confectione [o] superat [p] *diatheon* emplastri, cum sibi ejus materiæ miscentur. Imponenda etiam similis virtutis *emplastra*: vel acacia aceto soluta: Tunc donec [q] sca-

z. medicaminibus
a. & oleum, & lac sunt injicienda. At
b. tumoris
c. an διακνήρωσιν? ob manus ceræ affrictas.
d. alto sopore
e. colliquatione
f. cardiacis
Calx
g. clysteribus
h. i. vivam
i. tutis
k. periculosam, suspectam, minime tutam
l. autem
m. igne multo
n. Imponendum
o. superest, remanet
p. διὰ θείου, ex sulphure
q. ebullire

ſcatere tentet coquenda, aut in amplo mali punici cortice ſupra tepentem cinerem ſenſim calefacienda, & ex ipſo liquore partes contegendæ. Dehinc *cerotaria* apponenda ex oleo *murtino*, aut *melino*, aut viridi, contrita *acacia* atque conſoluta, vel ex omphacino, aut œnanthino, cum [*r*] *ruta*, aut *balauſtio*, aut aliquando his omnibus: vel ut *Themiſon* compoſuit, *acaciæ* partem unam, *roſæ aridæ* partem unam, *ammoniaci* guttæ partem dimidiam, *ceræ* partes quatuor, & *olei roſacei* quod ſit ſufficiens. Hæc contrita in vino [4] *amineo*, cum roſaceo oleo & ſoluta cera miſcenda. At ſi *ſanguis* fuerit retentus, quod fit aliquando cum [*ſ*] gelatu, aliquando [*t*] *denſitate* putreſcentis venæ, erunt
40 diſcernendæ cauſæ hoc modo. Nam *denſatam* intelligimus venulam, quoties *pulſus* exurgit, atque *frigus* corporis reſumpto fervore miteſcit, ægrotantis *animus* melior, atque ſpiratione corpus facillime relevatur. At ſi *gelatus* obſtiterit ſanguis, quod *Græci* θρόμβωσιν vocant, & propterea fuerit fluor celatus, ſupradictis contraria ſequuntur, ut *pallor*, *jactatio*, pulſus parvitas, vel amputatio, quam *Græci* ἀσφυξίαν vocant, *gravedo*, inflatio, frigus *torpor* pubetenus, ac paulo ſuperius: tum *defectio* cum ſudore. Quapropter erit *aceti* injectio facienda, tunc cum *fluor* fuerit abſtinendus: diur-
41 nis diebus *cibo* reficiendus ægrotans. Si autem plurima ex parte retenta *putredine* parva excluſerint ægrotantes, quæ ſint *ſanguinolenta* & *ramentoſa*, & propterea profectu apparente melior eſſe videatur curatio, adjuncto tamen metu ne [*v*] *retenta* ſolvantur, oportet etiam ſecunda vel tertia [5] die eundem [6] *trochiſcum* injicere, ſed [*x*] ſolita, vel certe ſuccum *plantaginis*, aut *acaciam* cum aqua. Sin vero quibuſdam diebus *ſine officio ventris* fuerint ægrotantes, ac rurſum injectionibus [*y*] aſperati, conjicimus in his non *cicatricem* ulceris factam, ſed medicaminum ſupraducto *cortice* fuiſſe [*z*] obtruſa, & propterea poſt [*a*] effectum ventris [*b*] nuda atque *ſordidata* rurſum humore fluere: ordinabimus autem tribus diebus *lenticulæ* [*c*] coctionem craſſioris

r. murta, ſc. myrto

ſ. venas diviſas ſanguinis thrombus obturat. *t.* congluti-nata vena, quæ putredine dehiſcebat

v. retenta partes ſolvant, i. ulcerent.
x. ſolutum
y. aſperandi
z. obtruſum
ſub. ulcus.
a. officium
b. nudatum & ſordidatum.
c. coctionis craſſiorem ſuccum injiciendum.

4 Confecto ex uva, aminæa Plinio dicta, nigra: an ea, ex qua vinum, hodie Tinctum appellatum, paratur?

5 Author ſupra cap. 13. lib. 2. §. 166. valde probat trochiſcos ex ſeminibus roſæ confectos, & trochiſcos ex Electro, quos hic fortaſſis uſurpari vult.

6 Deeſſe quædam hæc vox monſtrat, cum ante trochiſcorum non meminerit.

ſucci injiciendam. Etenim *inteſtina* vi propria medicaminis 42
coercentur, quam *Græci* σύψιν vocant, & ulcerum miteſcit
d. antea adhibitis aſperitas, & ex [*d*] anterioribus medicaminibus facta *conglobatio*, ſive cortex in ſaniem provocatus cadit, & ſubjecta ulcera in *cicatricem* venire coguntur.

Cautela quadam practica. Ac ſi plurimo tempore *ulceratio* perſeveraverit cum corporis debilitate, atque faſtidio, erit *frequentia* medicaminum evitanda, ſive iniectionum, ſive potionum. Major enim ex ipſis *vexatio* fit, cum cibi *appetitus* extinguitur, & in fa- 43
e. pauca inſueta. ſtidium veniunt ægrotantes, niſi (*e*) parva inſuetorum multis fuerint *conſuetis* admixta. Decoctionem autem *lenticulæ* ſecundo vel tertio per ſingulos injiciemus dies. Ex ipſa enim ſufficienter inteſtina coercentur, & *latenter corpus nutritur*, cum (*f*) quadam particula *digeſtione* uſurpata viribus profe-
f. quædam. cerit ægrotantis. Tum cum *limpida* ulcera ſenſerimus, erunt
g. prohibēda (*g*) cohibenda ea quæ vehementius ſiccare valeant, quæ Græci σύφοντα vocant, & injicienda mediocriter conſtringentia. Ac ſi quiſquam eorum non tulerit virtutem, erit *diachylon* medicamen oleo roſeo ſolvendum, ac diligenter liquefactum injiciendum, vel *plumbeo* mortario, plumbeo pi- 44
h. circunductum ſtillo (*h*) circunducto, immiſſo oleo *roſaceo* conterendum, donec in ſuccum veniat, atque *craſſius* fiat. Horum quoque ſimilibus utendum monemus. Tunc *vino* leni, atque carne
i. carabi. *volantum* vel *marinorum* utendum, ut ſquillæ, mulli, (*i*) carani: & pro modo virium, *geſtatione*, reſumptionis cauſa. Dehinc quum omnia *tuta* viderimus, *lavacrum* adhibemus, ſed non properanter, & magis, quum forte injectio fuerit facta trochiſci, niſi primo *ventrem* egeſſerint ægrotantes. Tardante paſſione, *ſuperpoſitionis* tempore, iiſdem uti convenit. In *lenimento* vero erit fortificatio adhibenda corporibus per variam *geſtationem*, & vocis atque corporis *exercitium*. Poſt ſingulas *egeſtiones*, adhibenda ſpongia ex oleo, & aqua
k. ἕδραν. calida, & decoctione lini ſeminis, aut fœnigræci, aut malvæ 45
agreſtis, iiſdem partibus, hoc eſt *ſeſſioni*, quam *Græci* (*k*) hedram vocant, & ſpecialiter admovenda *vaporatio* ex pollinibus, cataplaſmate calido, vel ſaccello. Dehinc etiam radix *agreſtis malvæ* decoctæ atque contritæ, calida teſta calefacta erit apponenda. Ac ſi jugis fuerit *dolor*, immittendus digitus uſque ad altiora, præunctus *adipe anſerino* cum fœnigræci ſemine cocto atque contrito, aut aliquo medicamine

mine ex iis, quæ appellamus (*l*) λιπαρά. Ac si hæc minime fuerint (*m*) inventa, erit hoc *cerotario* faciendum simplici atque limpido: & quum tempus cibi dandi occurrerit, adhibenda *perunctio* stricturæ congrua: tum nutrimento dandus *panis* ex aqua calida, aut *alica* lota, aut *pulticula* ex melle confecta, aut *ova* sorbilia cum pane. *Potui* autem aqua calida offerenda. Perseverante autem (*n*) tumore, adhibenda *cucurbita* adjuncta scarificatione locis tumentibus, & *vaporatio* spongiarum. *Declinatione* occurrente adhibenda cerotaria, & resumptio cauta. Sic enim sedantur jugis egerendi ventris [*o*] *delectationes*, quum tumor mitigatione conquiescit, atque ille qui putatur *rheumatismus*, indulgentia tumentium facilius abstinetur.

l. i. pinguia
m. nimir. digito eo non pertingente
n. sc. partium ano vicinarum
o. irritationes,

46

47 Ac si æqualis tumori *fluor* occurrerit, utriusque erit (*p*) conjicienda curatio. Quapropter si *fomentum* ex oleo hispano, vel melino, aut murtino, aut lentiscino adhibuerimus, & *cataplasmata* erunt ex aceto atque melle, [7] vel *stymmatibus* præinfusis coquenda. Item præscriptis jamdudum *injectionibus* concoquenda quædam *constrictiva*, ut murta, vel rosa, aut mala punica: (*q*) *lacte* autem & cæteris admiscendum *amylum*, & (*r*) *enatis matibus* aliqua decoctio stymmatum adjungenda, aut mali punici, & apponenda rursum *sessioni* vaporatio stymmatum, aut (*s*) *cantabri* conligati, vel in aceto decocti, vel quam ὠμὴν λύσιν vocant, ex *pollinibus* panno conligatis, atque ex stymmatibus confectis. Perungenda etiam digito interiora *longaonis* ex cerotario (*t*) oleo roseo confecto, aut adipe cum oleo roseo: tum post perunctionem *ora* lavanda aqua tepida: *cibus* dandus pulticula calida, ut de ventriculosis scripsimus, quos Græci *Cœliacos* vocant, ex alica, vel farre, aut oryza, aut milio, aut olyra, aut pane [8] *Alexandrino*. Hæc singularia danda, vel aliquando amylo admixto, aut lacte, aut melle ex favo expresso. *Potus* parvus dandus, sed *calidus*. Tum effecta declinatione resumptio adhibenda.

Curatio, quando solutio strictura est conjuncta.
p. consideranda
q. lacti
r. enematitibus
s. furfuris sacculo
t. sub. cum

48

49 Ac si *solutio* fuerit urgentior, vel *sola*, frigidus convenit locus

Curatio, quando solutio magis urget.

7 stymmata sunt quæ oleis adduntur ut spissescant, & odorem aromatum contineant: ἀδύσματα, quæ immiscentur aromata, ut suavem odorem concilient. Stymmata fere omnia adstringentia sunt, vide lexicon Constantini.

8 Huic pani, forte biscocto, miscebatur semen conmios, quod a quibusdam, teste Plinio, pro cumino Æthiopico habebatur.

v. levatius *locus* ægrotanti, & *supina* jacendi positio, paulo (*v*) levius *capite* locato, & suppositione lanarum, *clunes* vel inferiores longaonis partes sublevandæ. Adhibenda etiam *requies*, & (*x*) impressus articulis manuum amplexus, vel *ligatio* paulo tenacior. Deponenda etiam omnis *animi* intentio, & magis cogitatio passionis avertenda. Admonet enim (*y*) *egestionem*, ac provocat inquietudinem in *memoriam* reducta conscientia. Erit denique persuadendum, ne quoties fuerint ægri in egestione commoti, ilico ventrem (*z*) facere festinent, sed quantum potuerint *resistendo* differant (*a*) motu. Fit enim quædam *meditatio*, atque frequens egerendi *consuetudo*, & oportet effugere *laborem* motus, ac (*b*) nudandi corporis *frigus*, nisi forte acrior, aut incendiosa fuerit defluxio. Retenta enim sessionis in locis, quam *Græci* hedran vocant, *longaonem* exurit. Convenit denique, si possibile fuerit, ægros ad sessionem egestionis *deportari*, aut (*c*) humilius e lecto (*d*) *scaphia* posita ad egestionem produci faciendam, vel si plurima fuerit corporis *defectio*, qua jacentes non valeant fluentia retinere, erunt egestiones *spongiis* suppositis excipiendæ, & (*e*) *mediis partibus* apponendæ *lanæ*, vel oleo constrictivo prætinctæ, vel decoctione buxi, vel murtæ, aut mali punici, & horum similium stymmatum, vel succorum constringentium, vel asperso (*f*) *rutherginario*, quem *Græci* βυρσοδεψικὸν vocant, vel trita *galla* erunt media siccanda: hæc enim constrictionem sine ullo frigore fore promittunt. Dehinc apponenda ex palmulis *epithemata*, & malo cydonio, & balaustio, & alumine, & horum (*g*) similium, sicut de *cœliacis*, vel *sanguinem spuentibus*, aut *stomachicis* scribentes docuimus. Injiciendus etiam per *clysterem* succus plantaginis, aut polygoni herbæ, vel intybi, aut uvæ lupinæ, ut herbæ (*h*) caricariæ, vel sempervivæ, aut mespilæ, (*i*) malvæ, aut orizæ, aut decoctio mali punici, vel ejus (*k*) *caduci*, quod Græci κύτινον ῥόας appellant, nos *ampullagium*. Et aliquando hæc ipsa erunt conterenda, vel rosa, aut rubus, quam Græci baton appellant, aut lentiscus, aut galla, aut thalia, aut rubi virgulta, vel vitis anuli, quos ἕλικας vocant, aut salicis folia ex vino (*l*) *bunito* iis qui sine febri adficiuntur: ex *aqua* vero iis qui febricitant: item (*m*) *ros Syriacus*, aut omphacium, aut acaciæ succus, vel hypocystidos herbæ, aut balaustii drachmæ duæ, in quatuor vel quin-

x. arctus
y. egestionũ
z. exonerare
a. motum
b. nudati
c. humiliori
d. lectoscaphia apposita pelves
e. sc. ventri & lumbis
f. rhoe coriario
g. similibus
h. calycariæ, *i.* umbilici veneris
i. palmæ
k. floris cum parvulo fructu
l. vino ex bunio, Græcis βουνίας dicto. Diosc. lib. V. c. 56.
m. rhus Syriacus

50 51 52

que

que (*n*) cyathis conjiciendæ. Est enim ea quantitas injectionis (*o*) redundans, hoc est, siquidem plurima, *gravedine* quadam provocat ventrem. Item lenticulæ decoctio: aut
53 *licium* Indicum cum lacte. Sint autem *amyli* drachmæ quatuor, *licii* drachmæ duæ, *lactis* cyathi septem vel octo. (*p*) Extentendenda enim hæc singula atque minuenda sunt pro magnitudine (*q*) *solationis*, ac virium ægrotantis. Ac si plurimus fuerit in ulceribus (*r*) *sensus*, ut medicaminum *constrictione* lacessita indignentur, erunt injicienda ea quæ cum *dulcedine* admota partes valeant præsiccare, quo neque ulcerationem provocemus, neque fluorem negligamus: ex quibus est in febricitantibus succus *ptisanæ*, cum *adipe caprino*, contrito atque commixto (*s*) *tracanto*, vel gummi, aut (*t*)
54 *gillirici* radice. Sed illa duo infusione præmollienda: radix autem coquenda; aut rosaceo oleo *ovum* commixtum, aut *lac* coagulatum, vel cum *amylo* concoctum ad tertiam partem. In iis vero, qui sine febribus fuerint, *passum* convenit *Creticum*, & vinum (*v*) *squillicitum* supradictis speciebus. Tum refectionis tempore *unctio* adhibenda ex oleo Hispano: ac deinde *ora* lavanda pusca tepida. *Cibus* autem specialiter, ut in *cœliacis* ordinavimus, dandus. Similiter etiam *potum* convenit dare. Lac quoque bibendum præcoctum, quod
55 appellant (*x*) *diacocleon*, sive singulare. Etenim *fluores* crassificando cohibet, & *ulcera* deterget, & acrimoniam humorum temperat, & sine ullo labore corpora nutrit. Est autem *coctionis* hic modus. *Lac* sumendum ex *agresti* pastu perfectum. Etenim in civitate nutritorum animalium reprobamus: siquidem *capræ* e salsiore [*y*] puscua sitientes, plurimum atque coadcervatim bibant, & multum lac, sed *aquatum* faciant, quod est *constrictioni* ventris incongruum. Quapropter magis ex capra, quæ *lentisci* pascua, vel *murtæ*, aut *rubi*, aut *vitis* foliis, vel *quercus*, aut *salicis*, vel *hederæ*, aut *terebinthi*, aut herbæ calicaris, vel polygonii, aut plantaginis, & horum similibus fuerit nutrita, erit lac accipiendum. (*z*) Confluxit enim constrictiva qualitas *herbarum* in lactis qua-
56 litatem. Nam sæpe (*a*) *diagridium* vel *helleborum* mandentes purgativæ virtutis efficiunt (*b*) lactem, sicut [9] *procicolium* comedentes lac generant, quod *visum* præstet accipien-

n. cyathos
o. satis abundans
p. Augenda
q. solutionis
r. dolor
s. tragacantho
t. ali gallici, i. symphyti majoris
v. sebennyticum
x. διὰ κοχλῆκον, cum lapillis ignitis coctum
y. pascuo
z. Confluit
a. scammoneam
b. lac

9 Sic dictos puto maratri teneros coliculos. Quidam legunt croci folium: alii fœniculum.

pientibus abunde. Denique erit primò probandum atque eligendum, quod sit *albidius*, atque sine ullo *odore*, & neque globosum, hoc est *frustis coagulatis* variatum, quod Græci θρομώδες appellant, neque in urinæ similitudinem (*c*) mutatum quod iidem [*d*] ουροειδὲς appellant, sed quod possit unguibus (*e*) destillatum manere sua tenacitate collectum. 57
Boni igitur, ut diximus, *lactis* quatuor vel quinque sextarios oportet in vas *fictile* mittere, sive æneum: immittendæ & (*f*) *cochlæ*, quas nos lapidos marinos, vel fluminales accipimus: non marinæ igitur ob salsitatem, sed *fluminales*, inustæ primo, (*g*) quo sint *igne pellucidæ*: tum auferendæ: & exsufflatis omnibus, quæ de se fortè dimiserint, ac depurgatis, supradicto vasculo immittendæ, ac *ferulis* lac cum iisdem [*h*] cochleis movendum, donec ad *mediam* veniat parte, sive *tertiam*: dehinc refuso lacte projicienda priores (*i*) cochleæ, atque *aliæ* innovandæ similiter exustæ, sed per profectum, numero atque forma minores, longa per intervalla. Hæc confectio lactis (*k*) 58
diacocleon appellatur. Sine iis vero confectio erit longe simplicior, quam Græci ἀπερίεργον vocant. Vas enim *lactis* erit imponendum igni molliori, & immissa *ferula* metienda mensura totus, ac dimidiæ, & tertiæ quantitatis, quo non conjectura, sed vera dimensione coctionis quantitatem sumamus. Tunc ipsa *ferula* circumlato ductu movebimus coquentes, ne lateribus vel fundo jugi mansione [*l*] insidant. Dehinc ultimo coctionis tempore plurimus detrahendus est ignis, & cum ad partem *dimidiam*, vel *tertiam* venerit, erit in aliud vas refundendum, exinde ægro dandum, non frigidum, sed leviter [*m*] *gelatum*, quod γαλακτῶδες appellant. Ac si forte *stomachi* fuerit eversio commota, cum ac- 59
cipere ægrotantes horrescunt, erit *frigidum* dandum, prætecto vasculo nivibus, ut enim *mel* decoctum fit *constrictivum*, sic etiam *lac* deposito atque excocto tenuissimo liquore, quem *Græci* ὀρρὸν appellant, & vapore concepto *constrictivum* fieri necesse est. Convenit denique etiam supra dictus ex (*n*) *regula* motus. Est enim virtute constrictiva, & sui corporis raritate, tenuitatem lactis, vel aquatum à [*o*] liquore ebibens. Accipere autem ægrotantes debent pro *passionis* magnitudine, & sumendi voluntate, quam *Græci* ὄρεξιν vocant, quidam *plurimum*, quidam *parvum*, & primo 60
ex

c. ferosum
d. sic valde ferosum appellat, τὸ ὀρρῶδες
e. instillatum
f. κόχλικες
g. quoad
h. κοχλῆκεσι
i. κόχλικες
k. διὰ κοχλήκων
l. insidat
m. egelatum, tepidum, instar lactis ex uberibus prodeuntis.
n. regula modus
o. liquorem

ex ea decoctione, quæ sit ad *dimidiam* partem redacta: tum ex ea, quæ ad *tertiam* venerit partem: siquidem sit paulo plus constrictivæ virtutis. Sed erit ejus usus comparatione prioris minuendus. Tunc post bibitum *lac* nullum potum sumere debent ægrotantes. Est enim ratione carens lac decoctione constrictum, super permisso liquore in aquam vertere. Præterea in iis qui *sufficienter*, vel quantum voluerimus, sumpserint, nihil erit omnino superdandum, iis vero qui *minus* accipisse videbuntur, sicut de *cœliacis* ordinavimus, erit superdanda *pulticula* ex lacte confecta, ut destinatus im-
61 pleatur modus. Tunc post (*p*) *intermissionem* mediocrem si quisquam nauseaverit, erunt danda *mali punici* grana, vel (*q*) acinæ *uvarum* siccarum, quas fabriles appellant, aut *mespila*, vel *sorba*. Quidam igitur (*r*) *primam* decoctionem probaverunt *secundæ* præponendam. Siquidem lac in semet velut *calcis* qualitatem accepisse videatur, qua possint *putredines* ulcerum abstineri: *alii* vero secundam magis probaverunt, quibus etiam *nos* consentimus. Non enim admixta supradicta qualitas causa est abstinendæ passionis. Potest enim etiam quidam * *calcis vivæ*, quam *Græci* ἄσβεστον appellant,
62 lacti admisceri. Sed [*s*] est incoctio sive *insumptio* aquosi liquoris, quo amisso, syncerior lactis qualitas fit, quæ neque curiosa confectio, neque *nidorosa*, vel fumosa sufficitur, si *simplici* coctione fuerit procurata. Cum enim *lac* se a suo humore separaverit, (*t*) quam *Græci* ὀρρὸν appellant, crassius effectum ac [*v*) *viscosus*, insidens ventri, atque *intestinis*: & multo tempore immoratum, liquida concrassat, & *ulcera* mitiganter amplectitur. *Alii* tertiam partem *aquæ* lacti miscentes decoquunt, adserentes quod sit decoctio melior, (*x*) ne ullo *nidore* sive fumo, aut *ustione* lacti natura
63 vitiatur ob aquæ admixtionem. Hi autem si usque eo coquendum jubent, donec ad modum præmixti redeat lactis, qui fuerat priusquam aqua misceretur, & liquidus conficiunt, & non sine suo (*y*) *naturali liquore*, quem *Græci* ὀρρὸν appellant, ægrotantibus dabunt, prisca lactis quantitate servata. Sin vero ad partem *dimidiam* vel *tertiam* decoquent, non solum plurimum decoctionis tempus insumunt, verum etiam tarditate coquendi diutina, *fumosum* faciunt medicamen. Hæc sunt quæ in ipsorum *erroribus* respondemus. Ejus autem (*z*) *datio* erit discernenda. Nam primo (*a*)

p. *sc*. secundam lactis per se cocti, & ferula moti
q. acini
r. cum lapillis ignitis
* quiddam
s. i. requiritur
t. quem
v. viscosum
x. quia nullo
y. sero
z. dandi modus
a. egelatum

gelatum bibi debet, sive tepens, quod *Græci* γαλακτῶδες appellant: tum *fervens*: sed cum primo fuerit profectus aliquis ex ante dato. Hinc enim perfecta passioni fiet abstentio.

Lactis succedanea.

At si quisquam ægrotantium *lac* sumere noluerit, aut 64
horrido viso, aut *stomachi* (*b*) *supinatione* recusans, erit aliis adjutoriis adjuvandus: & si *ulcus* fuerit in *superioribus* ac (*c*) densioribus intestinis, utendum medicaminibus potis, quæ *Græci* (*d*) ἀνωτερικὰ vocaverunt. Etenim quæ *clystere* injiciuntur, hæc magis patientibus apta sunt *inferioribus*. Et cum in cibi fuerit *adpetentia* servati, nec ullo fastidio ægri videbuntur adfecti, erit medicaminum *consueta* magis eligenda materia: at si *fastidium* fuerit, (*e*) sola probanda. Sed eorum compositionem atque ordinem ex iis, quæ de *cœliacis* ordinavimus, sumi mandamus. Licet præterea cum 65
iis etiam *acaciæ*, vel *œnanthes* ex aqua cisternina contritæ, donec collyriorum faciat crassitudinem, (*f*) *rotundata* frusta dare bibenda, aut resoluta cum *vitello* ovi assi in quantitate dimidii cochlearii, aut *aqua* resoluta: in iis qui *febre* afficiuntur, tribus cyathis: in iis vero, qui *sine* febribus sunt, cum *vino* erit (*g*) offerendum. Præterea communiter etiam quæ *sanguinem expuentibus* dantur, probamus, quorum est succus *plantaginis*, vel una die ac nocte (*h*) *rhus syriaci* infusus vino vehementiori: quod detracto *oryza* immissa vino coquemus: Dehinc *lenticulæ* pulmentum decorticatæ, atque 66
subassatæ, in pulticulæ modum (*i*) conficere. Item *ova* aceto cocta danda, vel ovorum *vitella*, quæ sint carbonibus assata. Item decoctio ex *plantagine*, aut (*k*) *agresta*, & intybo, quod *cichorion* Græci vocant. Sed hæc singula erunt *duplici coctione* curanda. Nam post primam coctionem erunt in aliam aquam transferenda cum aliis nondum coctis: Quorum coctione, perfecta priorum (*l*) secundum probamus effectum. Erunt præterea hæc condienda *oleo* viridi, & *aceto*, & parvo *sale*, vel quod est melius, [*m*] *rhos*. Quod si *sordidum* tardaverit *ulcus*, in injectione mulsi perseverandum probamus, nisi *solutio* fuerit adjuncta: vel [*n*] *decoctione* corticis mali 67
punici etiam, si crebræ temporaliter ventris egestiones, [*o*] quæ quidem erunt terenda: item corticis *pini*, aut subassatæ interioris tunicæ, sive corticis *glandis*, quam [*q*] *sardianam* vocant, aut [*q*] *pulenti*, aut cujuslibet materiæ vehementius astringentis. Ac si quisquam harum virtutum recusa-

b. debilitate
c. tenuioribus
d. opponuntur a Galeno ad Glauc. τοῖς ὑπωλκάτοις, alvum ducentibus
e. simplicia
f. in pastillos formata
g. sub: medicamen
h. rhus syriacus
i. conficiendum
k. omphacio
l. & secundorum
m. rhoe.
n. sub. bibenda
o. qui quidem erit terendus
p. castaneam, *vid. Plin.*
q. polentæ

cusaverit usum, horrens oblata: siquidem sensu torquent acriore, erunt hæc *mellis* decocti atque durati [*r*] latitudine * cingenda, quo sub dulcedine lateant acriora, & nihil eorum virtuti derogetur: siquidem etiam mel coctum constringit. Item malorum *punicorum* trium mediæ magnitudi-
68 nis *corticem* sumentes, admixto *vino* lymphato, hoc est, aqua temperato coquemus; in iis qui sine febribus afficiuntur, vel declinante causa melius habere videntur. Cum *cisterni-na* vero aqua, ad *heminas* sex, quas cotylas *Græci* appellant, in iis qui etiam febribus afficiuntur, donec ad tertiam partem liquor deveniat: tum ex ipso duos vel tres cyathos ante cibum dabimus ægrotanti, vel eadem *mala* omnia contusa atque colata, *vino* aut [*s*] *aqua* immixta erunt offerenda non plus cyathis duobus. Item mala *cydonia* cum malis *punicis* decocta in vino dulci, aut [*t*] *squillitico*, tunc (*v*) fricatione siccata atque crassificata cum *lacte* data con-
69 veniunt, vel *aquæ* cyathis sex. Item γῆς ἀστὴρ cum aqua [*x*] ducta curationi convenit. Alia quoque plurima similimæ virtutis, infinita specie [*y*] concurrunt. Item cibo danda *alica* cum vino *melino*, aut *murtino* aqua temperato: tum plurimo *profectu* accedente dandi *turdi*, atque *pulli* gallinacei, vel columbarum, atque volantum quæque sicciora, ut phasiani pectora, vel perdicis, aut attagenis agrestis: quæ singula erunt apte coquenda, aut mediocriter *assanda*, ne lignosa fiant, & digestioni officiant. Aliquando etiam erunt hæc animalia reclusis pectoribus *virgultis murtæ* penetranda,
70 aut eis magis replenda. Tum mediocriter coquenda, ac deinde *farina* consperſa tegenda, & cinere calido maturanda. Item *maritima* quæ sunt densioris carnis. *Agrestium* quoque, hoc est, leporis vel capreæ conveniunt pulmenta, vel *pomorum* (*z*) quæque vivida virtute constringere valent, ut mala cydonia cocta, vel assata. Item (*a*) pira, sorba, mespila, quæ nondum fuerint maturitate dulcia, pruna agrestia, mali punici grana cum exterioribus membranis exsiccata: Item *uva*, & magis fumi vapore siccata, quam *fabrilem* appellant. Omnis præterea cibus erit diligenter *masticatione* exercendus, quo digestibilis fiat, ne venter debilitate segnior plurimo laboret nixu, appropriando corpori quæ
71 sumpserit. (*b*) *Melius* autem partibus erit apponendum (*c*) *diatheon* medicamen, & omne quod fuerit *siccativum* malag-

r. quasi lamina inde facta
*latitatione *i.e.* occultatione *vide* pag. 490.
s. aquæ
t. sybennitico
v. frixione
x. datus
y. occurrunt
Uva fabrilis.
b. Mediis, i. præcordiis
c. διὰ θείου

ma, vel aceto confectum. Tunc etiam *vinum* dandum, quod fuerit natura plurimum *constringens*, ac pro regionibus cognitum, ut in Italia *Prænestinum* appellatum, vel (*d*) *Surentinum*, & magis *Signinum* ac *Marsicum*: eo quo oportet etiam *alicam* (*e*) myro curatam dari. Ac si forte hoc *vini* genus minime fuerit repertum, erit quidam *aquæ calidæ* admiscendum, quod eandem valeat imitari virtutem, ut *rhaponticum*, vel illud quod *Græci* appellant, inter corticem *quercus* inherens, (*f*) *pertetam* nervorum fila teneriora. Item 72
rhus linteo ligatus, vel *galla* viridis, quæ appellata est omphacine, aut *vitis* (*g*) amyli, quas ἕλικας appellant, aut virga rubi, aut cerasia, aut mala punica, aut [10] *fabæ Græcæ* folia. Non hæc quidem erint jugiter adhibenda, sed medicaminis vice. Tunc apparente magis profectu, adhibendum *lavacrum*, & corporum *motus* per gestationem, vel deambulationem insinuandus. Ac si passio perseveraverit *transacta superpositione*, erunt iisdem, quæ supra memoravimus, resumendi ægrotantes, adjecto *vocis exercitio*, cum corporis vehementi *defricatione*, & magis, ventris in locis: item *cyclus* juxta regulam, quæ aut *qualitatis* solius habeat ductum, ut æquali *quantitate* servata descensus, vel transitus ad parvi nu- 73
trimenti mutationem veniat; ut a (*h*) tardis vel parvis volantum animalibus ad palumbos vel perdices, & his similia: aliquando per *quantitatem* solam, ut eodem pulmento servato, exempli causa, perdicis, (*i*) & parvo modo veniant ad plurimum. Tunc erunt *utraque* jungenda, ut etiam qualitate variatus formetur cyclus, cum vires ægrotantis valentes viderimus. Quo modo autem *initium* sumendum sit, vel *panis* fieri debet partitio, vel (*k*) quia in pulmentorum mutationibus *vinum* vel *lavacrum* detrahimus, ex jamdudum dictis accipiendum probamus. Sed *lavacra* rara atque calida magis, invenimus aptissima. Tum *confirmato corpore*, ac re- 74
sumptis viribus, *vomitum* convenit adhibere: (*l*) & primo ex simplici aquæ *mulsæ* potu: secundo ex *radicibus*, quo partiliter locale adjutorium ventri præstemus, & quodam vehementi motu, veluti purgatione per vomitum effecta, omni impedimento digestionis officii liberetur. *Tum* transeundum ad *me-*

d. Surrentium
e. mero: *alii* myrto
f. νέυρων ἶνας
g. annuli, quos
h. teneris &
i. ex
k. quo modo
l. vide *l.* 3. §. 41.

10 De hac faba, loti specie, *vid. Plin.* H. N. lib. XVI. cap. 30. de ejus usu medico, lib. XXIV. cap. 2. A recentioribus autem, non sine ratione, pro nymphææ specie habetur.

diæ

diæ qualitatis pulmenta, & cætera (*m*) *cyclorum* ordine suo (*n*) reddenda usque ad porcinæ pulmentum. (*o*) Itaque *agrestium*, hoc est, leporum atque capreæ danda jamdudum docuimus. Dehinc adjungenda *drimyphagia*, que sine vomitu erit adhibenda uno vel duobus diebus, ac deinde cæte-
75 ræ *cycli* partes integrandæ. Convenit pręterea *olivas* nigras aceto decoctas, cum mali punici cortice contritas, admixto *pipere* albo, & oleo *Hispano* [modico, atque recenti, jejuno ægrotanti dare: nunc nulla addita alia specie, nunc adjuncto *pane*. Ordinanda etiam cætera *resumptiva* atque *recorporativa* virtute medentia, ut gestatio varia, deambulatio, vocis exercitium, perunctio, *defricatio*, quæ exercitii tempore, atque nunc *uncto* corpore, nunc arido, vel *sicco*, erit aptissima: item *sicca* cibatio, & *cucurbita* recorporativæ virtutis secundum medias partes, *dropax* illitus usque ad ventris confinia, atque vertebrorum, *psilothra*, *sinapismi*, & *paroptesis* usque ad cutis ruborem, cum *defricatione* ex *oleo* atque
76 *nitro*: item *arena* sole ignita, *acopa* acriora, ut ex euphorbio, & opobalsamo, & simili virtute medentibus confecta: item *malagma* secundum ventrem, quod appellatur (*p*) *diathasias*, vel (*q*) *diacapaneos*, & (*r*) *diaeuphorbium*, & aliquando parva sumptio medicaminis poti, quod appellamus *diatrion-pipereon*. Et sunt hæc cuncta medicamina libro conscripta Responsionum: item *peregrinatio*, atque *natatio* maritima, & naturalium aquarum. Ac si fortificatum corpus rursum fuerit hamoris *fluore* tentatum, quod Græci *rheumatismum* vocant *hellebori*, convenit [*s*] dati decocti, vel radicibus inserti, quod (*t*) *catapaston* appellant. Dissecat enim corpus, & quadam *novitate* confirmat.

77 Culpandi præterea etiam nunc *veteres* medicinæ conditores. *Hippocrates* enim libro quem [11] ad sententias *Cnidias* scripsit, *helleborandos* principio ægros ordinavit, ultimum adjutorium cæteris anteponens. Dat præterea *panem* ita curatum, ut neque ab hominibus recte valentibus posse digeri facile videatur: Item *pulentum*, atque *fœnigræci* semina, cum sint hæc qualitate *contraria*: alia enim astringunt, alia relaxant, & nulli adjutorio tempus adjunxit. *Diocles* quoque libro quo de passionibus atque causis, & curationibus scripsit, providens sicandum corpus, *urinalibus* medicaminibus

[*v*]

m. cycli
n. danda
o. Nanque

p. unguentum diathapsias describitur ab Aetio pag. 657.
q. an διακαπτάρεως
r. Describitur a Paulo inter Acopa.
s. datio: *ut supra*
t. κατάπηκτον
Notantur veteres medici.

11 Nusquam opere citato apud Hippocratem id legitur.

v. uti [v] utendum jubet, quibus non ſolum humor ventris ſiccari minime poſſe perſpicitur, verumetiam *veſica* in morbos cogi invenitur. *Eraſiſtratus* tertio libro de ventre prohibet *cibos* digeſtibiles ac nutribiles, æſtimans hæc facile poſſe corrumpi, 78
x. quod non conjiciens (x) quoniam omni ægrotanti digeſtibilium rerum uſus convenire perſpicitur: quo minime in laborem *mediæ partes*, quibus digeſtionis celebrantur officia, cogi videantnr. Prohibet præterea ſpecialiter *lenticulam*, atque mala *cydonia*, & ſi quæ ſimilis fuerint virtutis, (y) quo una voce omnem congruam videtur recuſare curationem. *Nutribilia* (z) etenim, quæ ob reſumendas vires principalem [a] tenuerunt locum, ſuperfluum eſt, ut eſtimat, adhibere. [12] *Liſius* etiam quarto libro tardarum paſſionum principio adhibendum *vomitum* poſt cibum probat; ſed cum nova ac *recens* in corpore fuerit paſ- 79
ſio, ſine dubio dupliciter *nocens*: primo quod *intemporaliter*: etenim novellæ paſſiones (b) *ſuaſu* quodam, & non agitatione vehementi ſunt depellendæ: dehinc quod *incongrue*: ſiquidem ſit vomitus poſt cibus *gravabilis* capiti. Inquit præterea: ſi humoris perſeveraverit fluor, atque *longo* tardaverit *tempore*, & tipico motu ventrem fecerit humectari, occurſibus *periodicis*, tribus vel quatuor interpoſitis diebus, ventrem convenit provocare. Unde plurimi etiam *lac* offerendum probant, quod σχισὸν appellatur, ſive *catharticum*; quo in acutum potius, ac periculoſum veniant morbum, & exinde poſſit medicina tanquam *celerem* facilius curare paſſionem.

y. ſc. præcepto
z. etiam
a. tenent
b. i. blande

CAPUT IV.

De Ventris debilitate. 80

ETiam hoc quidam ſymptomatis genus, quod nos accidens appellare poterimus, ſcripſerunt: & aiunt *debilitate ventris aceptum cibum plurimo tempore in eodem permanere*; aliquando *corrumpi*: & magis cum inteſtinum, quod Græci νῆστιν vocant, fuerit quoque debilitate vitiatum. Fieri etiam *inflatione* ſecundum ventrem exiſtente, atteſtante parvo *dolore* & *rugitu* inteſtinorum, quem (a) βορβορισμὸν vocant, cum plu-

a. potius βορβορυγμὸν

12 Lucius, ut ſupra. Lucii Tharſenſis meminit Gal. κ. τόπων pag. 766. & 767. Fortaſſe Luſius legendum eſt.

plurimo *sputu*, ac *ructatione* jugi. Sed erit accipienda *curatio* ex iis quæ cum dolore, atque inteſtinorum tormento ægrotantibus adhibenda ſcripſimus.

CAPUT V.

81 *De Ventris tumore ac duritia & ventoſitate, inflatione, ac ſaltu.*

TUmorem ventris *extantia* ſequitur ſecundum præcordiorum media: reſiſtens atque *doloroſa*, atteſtante *fervore*, & jugi *ſaltu*, & aliquando *febricula*, cum *faſtidio*, & *ſiti*, *anxietate*, & *jactatione*. Sequuntur etiam *vigiliæ*, & *cibi corruptio*. Sed diſcernitur a *ſuperiorum* tumore, hoc eſt peritonæi, ſive (*a*) cutis ſuperpoſitæ. *Primo* quod tranſvoratus *cibus* velut *percuſſus* (*b*) præſtet circa ſtomachi finem, vel
82 ventris initium. *Secundo* quod adducta cutis digitis, conduplicata ſequitur. *Duritiam* vero (*c*) *ventris* ſequitur extantia, plurimum reſiſtens, ſine ullo fervore, atque pulſu, vel dolore; ſed ſola *ſpiratione difficili*, & digeſtionis impedimento parviſſimo. Item *ventoſitatem* ſequitur tenſio cum rugitu inteſtinorum, quæ facile relaxatur, ac rurſus colligitur: & ſi palma fuerint partes pulſatæ, ut *tympani* reſonum fingunt: impreſſæ vero receſſum faciunt tardum, & detracta manu
83 facilius ſurgendo concava replent loca. *Inflationem* vero, quam *Græci* οἴδημα vocant, ſequitur extantia partium, ſed facile atque plurimum impreſſioni cedens, & neque *tympani* reſonum fingens, neque *fervoris* ingerens ſenſum: item *ſaltus* commotos jugis ſequitur, ſicut etiam *cor* ſalire perſpicimus, cum nimio vel *timore*, vel *gaudio* afficimur. Sequitur etiam *ſenſus* tanquam * *volantis* interius (*d*) ab iis omnibus, atteſtante inani *tuſſicula* longa per intervalla, & thoracis pungente tenſione. Sed erit accipienda *curatio* ex iis quæ de *ſtrictura ſtomachi* conſcripſimus.

Signa & ſymptomata.

Quomodo differat a tumore partium externarum

a. cum muſculis
b. præſtat
c. ſub. integumentorũ

* flantis venti ab inteſtinis
d. avis omnibus

CAPUT VI.

De Dysenteria. 84

Quid sit dysenteria, & unde oriatur.

A Difficultate officii passio *nomen* accepit δυσεντερία. Est autem *intestinorum rheumatismus cum ulceratione*. Sed fit antecedente *fluore*, quem *Græci* diarrhœan vocant, aut *cholera*, aut *tumore* ventris. Et est (*a*) *difficile celer*, frequentius tamen *tardans* passio. Sequitur in passione constitutos *muculenta* ventris egestio, atque e *ramentis* (*b*) innexa, & humore crasso: *primo*, cum naturalis intestinorum desluit [*c*] *corpulenta soliditas*: dehinc *varia* atque *sanguinolenta*, & *fellosa*, aut *saniosa*, atque *feculenta*, aut cum *gelati sanguinis* corpusculis, quæ θρόμβους appellant, & *livida*, aut [1] *carnosa*, & 85
membranis, plurimæ longitudinis innexa, attestante gravi *fœtore*, cum dolore ulcerum, & *fastidio*, & *siti*, atque interiorum *ardore*. Sequuntur etiam *vigiliæ*, & aliquando *febricula*, *anxietas*, *jactatio*, *hebetudo*, & aliquibus intestinorum *rugitus*, & *tensio* cum ventositate, & impedimento *urinæ* reddendæ: in quibusdam etiam *vomitus*, & *saltus* præcordiorum, aut *torpor* frigidus, *lingua* humecta, aut plurimum sicca, aut aspera, *colore* cinereo, aut livido: item corporis *defluxio*, & accepti *corruptio* cibi fervens, cum jugi atque in-
cessabili egerendi ventris *desiderio*, & in eadem admonitio- 86
ne *mordicatio* intestinorum omnium, vel *podicis*, aut vicinarum partium. Fit autem *ulceratio* aut in tenuissimis intestinis, ut (*d*) *pyloro*, [*e*] *nestidi*, [2] *typhlotero*: aut in crassioribus, ut in *colo*, vel (*f*) *longaone*. In omnibus enim eodem tempore fieri, vel esse ulcerationem minime posse accipimus: siquidem mors præveniat ægrotantes. (*g*) *Interioribus* igitur intestinis factam ulcerationem adprehendimus ex *doloris* sensu *supra umbilicum* constituto, sive ex eodem loco initium sumente, & *egestionibus* ventris semper *tenuissimi*. At si in *crassioribus* intestinis fuerit ulceratio constituta, sensus doloris [*h*] *secundum* umbilicum efficitur, & egestiones ventris car-

a. difficilis ac celer, interdum *Signa*, & *symptomata*.
b. connexa.
c. mucus intestinalis

Locus affectus.
d. sub. duodenum
e. nesti, i. jejuno
f. recto
g. In tenuioribus

h. infra

1 Quæ sunt glandulæ intestinorum exulceratæ, aliquando solitariæ, aliquando integri plexus.

2 Τυφλῷ ἐντέρῳ, i. cæco: verum male hic collocato; est enim primum crassorum intestinorum. Ejus loco reponendum est ileon.

87 *carnosæ* apparent, & frequenter coagulata magis atque coacta stercora egeruntur, cum solus fuerit passione *longao* vexatus, & magis ejus inferiora. Prævenit enim *tenuium* ulceratio, atque non sinit cibi digestionem in *stercoris* venire qualitatem. Aliquando denique *ultimo* egestionis tempore ulcerum (*i*) tactu *sanguinatio* fit, ut guttarum distillatio appareat, & (*k*) insignia *tenesmi* demonstret, quo juxta *sessionis* finem, quam *Græci* ἕδραν appellant, longaonis pars ulcerata intelligatur, manifestis atque promptis concurrentibus signis.

i. a stercore contactu
k. signa

88 Nam (*l*) *delectatione* frequenti ægrotantes afficiuntur ventris egerendi, atque ipsa egestio cum quadam *voluntate*, & *labore* nimio efficitur: *tensioque* clunium, & pectinis pubetenus, cum sensu, tanquam quiddam corporis *solidioris* inesse putetur. Ipsa quoque *stercora*, vel eorum egestio *parva*, atque leviter *muculenta* videtur, & humore crassiore confecta. Excluduntur enim primo *pinguia*, dehinc *sanguinolenta* cum stercore coagulato. Nos denique *tenesmon* dysenteriæ adjungendum probamus: siquidem sit *ulceratio* partis intestini, nisi quis voluerit ante ulcerationem solum *tumorem* appellare tenesmon: quod est quidem inconsequens omnium scribentium dictis, quibus *tenesmus* necessario fuit (*m*) pro-
89 videndus, ut (*n*) sola protervitate medicamina (*o*) pota danda, alacri temeritate confingant: sed etiam nobilium multi, ut *Diocles* libris quos de passionibus atque causis, & curationibus scripsit, *lac* ordinat cum *melle* bibendum, ventrem provocans in *fluorem*, item (*p*) *murrham* cum *ovis* atque *vino* commixtam, cum necessario *stomachum* murrha evertere videatur: item utitur *ptisana* cum *adipe* sorbenda: item *galla* cum *opio*, neque discretionem qualitatum, neque temporum memorans usum. *Praxagoras* libro primo Curationum statuit *ventrem deducendum* peplio & lacte plurimo, cum mulso, potans & *aqua salsa*, & succo *betæ*, & oleo cum mulso. (*q*) Hoc condimento injiciens, & oleo, & li-
90 quido *cerotario* cum aqua, quibus venter magis in *fluorem* provocatur. Item nutrit *bis cocto* pane, qui (*r*) sit necessario digestione *difficilis*, (*s*) cum plurimum torretur: item *piscibus* saxatilibus, & *carnibus* teneris, cum debuerit densioribus magis ob stringendam solutionem. Dat etiam *aquam* bibendam, & *vinum* dulce, quod etiam sanos inflare perspicitur. Offert *farinam* cum *lacte* coctam, quæ indigestibi-

l. irritatione, ut sup. §.36.

Tenesmos dysenteriæ jungitur.

m. describendus, explicandus
n. solita
o. potui
multa hic desunt.
p. myrrha

q. hoc etiam condimentum injiciens, & oleum, & liquidum cerotarium
r. est
s. quia

lis probatur: sic etiam *tritici* ptisanam cum *cantabro*. Ordinat etiam (*t*) *secundam* & *tertiam* curationem, nullam adjiciens discretionem. *Erasistratus* secundo libro de ventre plurima recte componens, solis utitur *constrictivis*, cum sint plurimi dysenterici *laxatione* indigentes. *Themison* primo libro Tardarum passionum plurima *recte* memoravit, aliqua vere *correctione* indigentia. *Laxamenti* enim causa, atque [*v*] 91
lapsus faciendi, aquæ, & (*x*) *arnoglossæ* succo injectionem faciendam probat, & hoc aptum etiam *tumoribus* memorat, quod ob constrictionem siccare perspicitur. Adhibet etiam *naribus* atque *auribus*, & *angulis* oculorum sanguinis detractionem, nihil propositis profuturam, & *post cibum* unctionem, quo tempore *quies* est adhibenda, ob digestionis perficiendæ facilitatem. Dat etiam *vinum asperius*, cum fluorem vehementescere viderit atque febrem. Et [*y*] *meratum* probat offerendum, quo tempore ob augmentum passionis *aqua* (*z*) *vino infecta* convenit, maxime cum (*a*) merata potio vexare *nervos* approbetur, quos *Græci* (*b*) κρεμαςῆρας vocaverunt.

t. i. resumptivam & recorporativam]

v. ut facile descendant: & labantur, quæ intestina continent.

x. sub. ex

y. meracum

z. cum vino paucissimo, ut eo tantum tingatur

a. meraca

b. an musculos ani?

CAPUT VII.

De colicis passionibus. 92

Principium hujus capitis deest.

Signa & symptomata colica.

Concurrit pręterea *gravedo*, *sitis*, *fastidium*, & incessante passione, sive accessionis tempore *articulorum*] frigidus torpor, & livor, attestante (*a*) *sudore*, & *mentis* hebetudo, cum *pulsus* parvitate, ac densitate: item sequitur *singultus*, & *ventris* abstinentia, aut cum dolore egestio, *urinæ* reddendæ difficultas, *capitis* gravedo, *intestinorum* rugitus scatens, quem *Græci* βορβορυγμὸν vocant, & augmento passionis *vomitus* humorum crassorum, quos *Græci* φλέγματα vocant, tum (*b*) *felineorum*, cum tensione membranæ, quæ ventrem intra cutem circuntegit, & appellata est [*c*] *peritonæos*, quæ 93
perseverans facit inflationis causa *resonum tympani*, cum palma fuerint loca pulsata: tum *extantia* cum rugitu plurimo, & *dimissionis* tempore *venti* per podicem egestio cum magno sonitu. Ac si *tumor* fuerit insidens atque roboratus, erit extantia *durior*, ac (*d*) pulvoso attestante *fervore*, cujus [*e*] cir-

a. sc. frigido

b. felleorum

c. περιτονα῞ον

d. an pulsuoso? i. pulsante

e: circunferenria

circunspectio simplex, sed (*f*) inæqualis esse videbitur: quo discernitur a *jecoris* ac *splenis*, vel *peritonæi* tumoribus, qui in peritonæo sunt æquales, in jecore vero ac liene quadam circunspectione finiti. Est autem passio aliquando *continua*, ut plerosque tanquam (*g*) *ileicos* interficiat: aliquando *deficiens*, ut sæpe tarditate perseverans difficile curabilis fiat.

f. propter spasmos

Genus.

g. εἰλεὸς

94 Sed ejus *curatio* etiam [1] nunc *strictura* conveniens probatur. Quapropter si acuta, vel *celer* fuerit passio, vel in *superpositione* constituta, convenit ægrum jacere *loco calido*, contectis partibus in passione constitutis *lana* limpida, atque calida. Adhibendus etiam fotus olei dulcis calidi, & sæpe memoratæ *vaporationes*: *cucurbitæ* apponendæ leves, quas *Græci* κύφας appellant: item vascula, quæ ἄμβικας vocant, & sunt materia (*h*) *testea*, vel *vitrea* confecta. Tum *requies* atque *abstinentia* cibi usque ad tertium diem, & si causæ poposcerint, adhibenda *phlebotomia*. Ac si sumpto cibo quisquam

Curatio in paroxysmo.

h. terrea

95 dolore fuerit affectus, vel nausea, erit *vomitus* provocandus sumpta primo aqua tepida, vel aqua & oleo, quibus potis, immissis *digitis* accepta reddantur. [2] Vexatione enim vomitus, sumptorum perseverans pondus atque tensio, & mordicatio tumentium, gravior vexatio judicatur. Adhibenda etiam *clysteris* injectio ex *olei* calidi cyathis quatuor, admixto & consoluto *adipe* anserino, vel gallinaceo, vel ovorum *vitellis*, aut decoctione lini seminis, vel *hybisci* radicis: aut *malvæ* usualis, aut *fænigræci* succo. Injiciunt autem aliarum sectarum principes etiam (*i*) *rutatium*, aut *anethinum*, aut *panacinum*, vel ex *cymino* atque *castoreo*, & *bitumine*: secun-

i. rutaceum

96 dum *Themisonem* vero, etiam cum *absinthio*. Castorei nanque vel bituminis duæ drachmæ cyathis olei quatuor miscentur. Ruta vero & anethum, & absithium, & cyminum linteolo illigata oleo (*k*) coquentur. Sed sunt hæc *acerrima*, & propterea tardis passionibus congrua, quas Græci *chronias* vocant, vel ventositate laborantibus, & non causa tumoris dolentibus. *Bitumen* autem sæpe etiam *fastidium* ingessit everso appetitu, quem *Greci* ὄρεξιν vocant. *Cibus* dandus conveniens *dimissionis* tempore, atque alternis diebus, donec

k. incoquuntur

97 passio declinet, & sorbilis, levis, calidus. Dandus etiam *potus*

1 in hac hypothesi, quæ proponitur de morbi cœliaci curatione.
2 Utpote quæ cessante vomitu, cesset utplurimum, cum altera a cibis quotidie redeat.

tus non plurimus, ne inteſtina graventur, etiam ipſe *calidus*. Tum poſt fomenta *cataplaſma* adhibendum ex *lini* atque *fœnigræci* ſeminibus, & *polline*, quod *Græci* [3] μαχοὸν appellant, aqua mulſa coctum, vel decoctione fici pinguis, & hybiſci radicis, & malvæ uſualis, vel horum ſimilium: *cucurbita* apponenda adjuncta ſcarificatione: vel *hirudines* admovendæ omnibus partibus in tenſione conſtitutis, ac deinde *vaporatio* ſpongiarum expreſſarum in aqua calida, & oleo, & decoctione fœnigræci, & malvæ. Tunc poſt *unctionem* ex iiſdem etiam ἐνκαθίσματα (*l*) adhibent. Quidam *medici* in iis, qui vento fuerint inflati, ex decoctione *ſtercorum* cum *aromatibus* coctorum vaporationem adhibendam probaverunt, (*m*) ex quo liquorem etiam *oxymelitos* miſcuerunt, cataplaſma conficientes, admixtis etiam tunc aromatibus, vel *nepeta* herba, aut *pulegio*, aut *hyſſopo*, aut *cymino*. Sed hæc in *tardis* paſſionibus, adjuncta ratione, locum ſumunt perſeverante morbo. Convenit in acceſſionis ſtatu etiam bibere *aquæ tepidæ* cyathos duos vel tres calido *oleo* diligenter admixto. Etenim incendia hoc levigat, & ventrem mollit, & tumorem mitigat. Quapropter hoc melius mulſo magis probamus: ſiquidem ſæpe (*n*) conflammet atque inflet. Dantur etiam plurima alia bibenda compoſita vel ſimplicia, ut eſt *Zenonis*, [4] *diaſticon* appellatum, (*o*) codicum medicamen: item *Caſſii* ex gingibere confectum, quod *diagingibereos* appellant: & *mille* præterea, quæ (*p*) concurrenti tempore *laceſſendo* medentur: præter tempus vero *gravationem* ingerentia aliquos in periculum graviter mittunt, aliquos errore (*q*) *relevationis* fallunt, ob præſentis temporis perditum ſenſum, quod *Græci* ἀναισθησιαν appellant, *hebetudine* partium ſuffecta. Item *ſimplicia*, ut decoctio apii, vel nardi (*r*) Celtibericæ, aut herbæ ſalviæ, aut polii, aut cymini [5] *Ægyptii*, vel rutæ, aut dauci, magis cretici, aut petroſelini tribus cyathis aquæ calidæ admixto cochleari, vel aſperſo ſucco polii, aut cymini Ægyptii, aut petroſelini, aut cochleari caſtorei, itemque fœniculi. Sed eſt ſemper *horum datio in tumoribus vitanda*. Siquidem ſunt *acria* & laceſ-

l. adhibenda. 98
m. cum qua
n. inflammet
99
Zeno.
o. colicum
p. congruo
q. Narcotica ſignificat
r. Celticæ
100

3 Sic vocant pollinem in iis locis collectum ubi farina cernitur, & ſubigitur, ἀπὸ τῆ μάσσειν.

4 Dia ſtœchados, Aetius in hoc morbo efficaciſſimam illam compoſitionem tradit.

5 Æthiopici fortaſſis quod a Dioſcoride præfertur.

cessentia virtute. Convenit præterea cum totius passionis fuerit *status*, solio oleo calido pleno ægros dare, & firmata
101 declinatione *gestationem* adhibere, aucta moderatione ciborum: tum *vinum*, atque communiter resumptionem, & mediis partibus *cerotaria* ex oleo sabino, vel cyprino, aut sicyonio, vel [6] glaucino, aut amaracino, aut laurino, aut panacino, aut rutino, aut anethino, samsucino: vel quod (*s*) *diatessaron* appellatur, resina *terebinthina*, *cera*, *iri illyrica*, *hyssopo*, omnibus æqualibus sive quod (*t*) *diapente* vocant, *pice*, *nitro*, *alumine*, *sulphure*, *cera*. [7] Sumendæ denique *picis liquidæ* heminæ duæ, & *ceræ* libra: quibus solutis, atque leviter refrigeratis aspergendum [8] *nitrum rubrum* tritum, & *alumen* scissum, & *sulphur* vivum (*v*) singulæ selibræ.

s. διὰ τεσσάρων
t. διὰ πέντε
v. i. singulorum

Cum autem in *lenimento* tardaverit passio, conveniunt ea quæ fortificare valent corpus, (*x*) sine *recorporatione* demutare, ut varia *gestatio*, & deambulatio, *vocis* exercitium, atque *perunctio*, adhibito monitore, sive *fricatio* cum retentione spiritus, & *sphæræ* lusus, vel *cursus*, & humerorum ad-
102 ditus motus; item *cibus* qui inflare minime possit ex mediæ materiæ qualitate: & tenue *vinum*, atque *lavacrum*, longa per intervalla: hinc enim facile corpora perfrigescunt: item *rubor* (*y*) faciendus *ventris* in partibus, atque inter scapulas, & clunes, ex *dropace*, vel *sole*, & *flammæ* paroptesi, vel (*z*) *parietibus*, vel ceromate aut pellibus, vel arena littoris sole ignita: item *strigilis* rasio adhibenda corporibus, & *sicca* defricatio ex asperis pannis, & *cucurbita* recorporativa apponenda: Item unctio *acoporum* ferventium acriorum, ut sunt *diaeuphorbium*, aut
103 (*a*) *cacritum*, nitri fricatio, & sinapismus, & *vaporatio* fervens ex aqua marina, vel salsa, vel supradictarum acriorum virtutum *decoctionibus*, vel *saccellis* sale repletis: quibus præstitis, vel corpori admotis, erunt aliquando cauteres (*b*) superponendi, & circumvolvendi. Item (*c*) *farina* circunclaudendus *locus* in passione constitutus, & implendus item *oleo*: tum immitendi *cauteres* igniti, sensim, non usque ad loci (*d*) scarificationem, sive ustionis effectum, sed usque ad *ruborem* faciendum: Tum *malagma* quod appellatur *Diasper-*

Curatio extra paroxysmum.
n. sive
y. phœnigmo
sc.
z. calfactis, & ignitis, ut l. 3. §. 30.
a. cachryos &: *vel* Diacachryos, &
b. ex quadam distantia admovendi
c. sc. subacta, s. massa, veluti in ischiade jussit
d. percussionem: alii impressionem

6 Glaucinum describitur a Dioscoride, & Aetio. pag. 669.
7 Aetius pag. 671. aliud Diapente describit, quod vocat Pentamoiron.
8 De nitro veterum legi meretur Plinius H. N. lib. XXXI. cap. 10.

permaton, vel *polyarchyon*, aut *Diadaphnidon*, *Diachylon*, aut *Diaeuphorbium*: item (*e*) *aquarum* illisio patientibus locis, quam καταχλυσμὸν *Græci* vocaverunt: & injectio *clysteris* rutacii aut anethini, aut panacini olei, vel (*f*) extenta virtute, aquæ salsæ. Et cum olim futuram *superpositionem* viderimus, *vomitus* jejunio adhibendus ex *radicibus*: tum perseverante passione, etiam ex *helleboro* radicibus inserto: tum infuso, ac deinde conciso, juxta ordinem partium cæterarum cycli. Dandum etiam potui medicamen, quod *Græci* θηριακὴν antidotum vocant, vel *diagingibereos*. *Peregrinatio* quoque adhibenda, & longa *navigatio*, & usus *aquarum* naturali virtute medentium, & magis *sulphuris* ac (*g*) *medicaminis* virtutem redolentium, item maritimarum, & primo ferventium, tum frigidarum. Ac si *retentio ventris* fuerit, ob egestionem faciendam adhibenda injectio ex *melle* atque *sale*, quæ si minime compleverit effectum, etiam ex *aloe*, admixto succo (*h*) *coliculi* agrestis vel usualis, vel (*i*) *lapatii* erunt (*k*) *catapotia* facienda in ervi magnitudinem, quorum quatuor vel quinque dabimus (*l*) transbibenda. Item (*m*) *marini coliculi* offerendi. Erunt præterea præcavenda magis quæ passionem valeant refricare, ut *frigus*, *indigestio*, *libido*, vel quæ *inflare* valeant cum sumuntur: item *frigida* plurimo scilicet tempore. *Veteres* autem, & magis *Erasistrati* sectatores ventrem movere medicaminibus certaverunt *ventrifluis*, quæ cathartica vocant, vel *pessulis*, quos βαλανισμοὺς dixerunt.

e. naturalium, ut supra

f. aucta, i. firmiore ac robustiore ægro. *Quomodo paroxysmus præcaveatur.*

g. bituminis: alii alumnis

h. brassicæ

i. lapathi

k. pilulæ

l. transvoranda

m. soldanella

Quæ sint vitanda.

CAPUT VIII.

De Lumbricis.

Deest principium capitis. Signa & symptomata lumbricorum

ITem alii ad acriores *clysteres* confugerunt ex initio adhibendos, velut *Asclepiades*: & aliquibus etiam *fluor ventris* efficitur sine lumbricorum exclusione, aliquando attestante *fastidio* & *debilitate*, & *pallore*, cum [*a*] *tenacitate* corporis: & nunc *tussicula arida* levi ex occasione commota: nunc (*b*) *solutio*, atque defectus corporis & animæ, quem λειποθυμίαν appellant. Pueris vero *dormientibus* turbatio membrorum efficitur *gemitu* attestante, cum jactatione, & *stridore* dentium, & sæpe contra solitum morem *prona* positio

a. tenuitate, extenuatione

b. exolutio

jacendi. Tum *clamatio* sine (*c*) manifestatione, exiliente
107 cum vocibus ægrotante. Quibusdam etiam repentinus *casus* occurrit, ut oppressi *obmutescant*, nunquam similiter affecti. Item aliquando *conductione* vel contractu membrorum rapiuntur. Quidam per intervalla conticescunt, & in febribus (*d*) demersione *lethargorum* simili premuntur: Item totius *vultus* paulatim nimia (*e*) insinuatio, ac detracto rubore mutatio, aliquando cum articulorum frigore fit, & cum difficili responsione, siquidem interrogentur: *manibus* elatis ægri etiam jactantur, attestante sudore. In pueris vero *lumbricorum* (*f*) *conversio*, sive connexio sæpe occurrit, ut etiam tactu sentiatur *durities* in ea intestini parte, quæ fuerit magis in
108 ultima tenuitate. Tum denique eorum (*g*) *eversione* ægrotantes interficiuntur. *Pulsus* vero, ut etiam *Themison* libro nono *Epistolarum* designat, est *inæqualis*, ac plurimum deficiens. Excluduntur autem nunc per *ventrem*, nunc per *stomachum* atque os, vel *nares*: & aliquando *sponte* connexi in sphæræ similitudinem, aliquando *plurimi* amplexu mutuo vinculati, aliquando *singulares*: item *sanguinolenti*, vel *fellosi*, aut cum stercore per podicem, vel humore felleo, *vivi* aut *mortui*, *pleni* aut *inanes*: & omnes, aut ex parte *albi* vel *fulvi*. Alia denique plurima sequuntur ægrotantes, quibus designari supra memorata necesse est: & nunc parva, nunc plurima pro quantitate animalium,
109 ac forma: vel quod nunc *plurimum*, nunc *parum* noceant, *locorum* differentia variante, cum nunc ad *stomachum* ascendunt, nunc in *intestinis* perseverant, & ægrotantium vires nunc *debilitate*, nunc *fortitudine* (*h*) habituantur, & nunc cum febribus, nunc sine febre.

Sed quoniam multa ex accidentibus, *aliis* quoque similia passionibus inveniuntur, ut *alienatio* mentis furori, atque phrenitidi: *vocis* amputatio, lethargo, & præfocationi matricis, & *apoplexiæ*, & *epilepsiæ*, atque apprehensioni sensuum, qui certe ex *lumbricis* patiuntur, nunquam *spumas* excludunt: *præfocatio* vero ex *matrice* cum ascensu matricis
110 efficitur, quem *Græci* ἀναδρομὴν vocant, & magis in *ætatibus perfectis*, antecedente matricis ægritudine; ex *lumbricis* vero facta vocis oppressio magis *ætatibus imperfectis* adscribitur, antecedente ventris atque *intestinorum* querela. Item a *catalepticis* discernuntur lumbricis laborantes, siquidem illi in *febribus* obmutescant majore atque percussibili *pulsu* testante:

c. manifestatione, ut §. 110.

d. somnolentia

e. veluti in sinu excavatio

f. conglomeratio

g. conversione

Varia lumbricorum excretorum species.

h. naturæ præditæ sunt

Quomodo morbus hic differat ab aliis, ut ab apoplexia, & epilepsia:

ab uteri suffocatione.

a catalepsi:

ab iliacis:

te: qui autem a *lumbricis* id patiuntur, etiam *sine febribus* vocis amputationem sustinent, cum *pulsu parvo* atque crebro. Item ab (*i*) *ileicis* discernuntur, qui lumbricorum tormento vexantur, siquidem neque *ventris* officium in (*k*) iis abstinetur, & *pallor* antecedit, aut contra consuetudinem jacent *proni*, vel dormiunt cum *gemitu*, & irrationabili exclamatione. Item a *stomachicis* discernuntur, cum nullus 111
fuerit *humor* in stomachi partibus inventus, & intestinorum *tormenta* sustineant. A (*l*) *syntecticis* vero discernuntur, quod nulla querela tormentorum, vel (*m*) *conversionis*, aut doloris in intestinis, vel ventre afficiantur, quod necessario *lumbricis* laborantes sequitur. Item ab iis qui naturaliter, vel ex *multitudine cibi* per somnum *labia* conducunt in similitudinem sorbentium, vel sine ulla ratione exiliunt, quod moderatione accedente, atque cibi facta deductione relevantur, ii vero qui *lumbricis* afficiuntur, magis vexantur parcitate ciborum. Hæc est *similium discretio passionum*.

i. iliacis
k. qui lumbricos habent
a stomachicis:
a tabidis:
l. συντηκτικοί, i. tapidi
m. τῶν γρόφων *a nimio cibo repletis.*

Varia de lumbricis judicia.

De exclusione vero, sive *egestione lumbricorum* veteres me- 114
dici præsciam significationem posuerunt, & appellaverunt [1] *prognosin*, in quo diversa senserunt. Nam *Hippocrates* libro Prognostico significare inquit lumbricos *interfectionem* ægrotantis, quoties *mortui* fuerint exclusi omnibus in morbis. Item quidam communiter *mortuos* lumbricos aiunt *gravia* denuntiare, siquidem ostendant inesse corpori [*n*] ruptionem. *Diocles* libro Prognostico, *evomitos*, inquit, lumbricos nihil alienum significare, nec esse absurdum: per *inferiora* vero excludi quoque lumbricos, non admirandum, sed *mortuos* & inanes, esse *melius* ac salutare, *vivos* vero, 113
atque plenos, & sanguinolentos, *pernitiosum*. Idem libro de egestionibus scripto, *vivos* vel plenos, ac *sanguinolentos* febribiles dixit. *Herophilus* vero libro quem ad Hippocratis Prognosticum scripsit, sive *vivos*, sive *mortuos* excludi negat in-

n. corruptionem.

1 Perniciosum quidem est mortuos lumbricos reji ci, cum putrium vaporum materiæ afflatu, non alentis materiæ penuria intereunt: Salutare vero, cum materiæ defectu, quæ illos gignit, & nutrit, mortui sunt. Eodem quoque modo lumbricos plenos excludi alias faustum est, cum non multa coacerva, ta materia, qua procreantur pauci geniti, non a tetris & venenatis vaporibus interfecti extruduntur, sed ab expultrice robusta: alias infaustum, cum collectum materiæ plurimum indicant, qua sic crassescunt, & distenduntur. Hac distinctione veteres medici conciliantur.

incongruum. *Apollonius Glaucus* libris quos de Interioribus scripsit, rejectos *rotundos* lumbricos initio significare ait *indigestionum* frequentiam, ultimo vero ægritudinis (*o*) properare *judicium*, quod χρίσιν appellant, item *vivos*, ac ple-
114 nos, & sanguinolentos, *non recta* portendere. *Apollonius* Memphites perunctativo, sive universali modo, quem *Græci* καθολικὸν vocant, *omnia*, inquit *in intestinis animalia nata in morbis gravia* significare, & magis mortua, quam si viva excludantur. *Antiphanes* libro quem *Panopten* appellavit, melius esse, inquit, per *inferiora*, quam per *vomitum* lumbricos excludere, & *solos* magis quam cum stercoribus. *Chrysippus*, Asclepiadis sectator, libro tertio de lumbricis; solis in *celeribus* causis, sive periculosis, *mortuos*, inquit,
115 lumbricos egestos *interfectionem* ægro portendere. Ostendunt enim [*p*] *mortui* [*q*] aciem vehementem inesse, (*r*) quando magis ægri periclitantur. Sic inquit denique *Hippocratem* [*s*] ferri, dicentem suo libro, eos qui in ægritudinis *declinatione* cum *stercoribus* egeruntur, nihil grave significare. Sed neque inquit *Dioclem* Hippocrati contrariam protulisse sententiam, dicendo *mortuos* vel inanes esse *meliores*: siquidem hic in *febribus* [*t*] *solutionum* hoc dixisse videtur, *Hippocrates* autem mortem significare, in febribus *strictura*. Nos vero *communiter* significari aliquam ex lumbricis dicimus *corruptionem*, quam *lientericis* irruentem bonum quicquam portendere judicamus, ut de ipsis scriben-
116 tes docuimus, in omnibus vero cæteris noxiam. Item *sanguinolentorum* exclusio etiam [*v*] debilitatem significat. (*x*) *Albi* etenim, [*y*] & *nondum mutata* aut corrupta materia nutriuntur, *sanguinolenti* vero vellendo ex ipso [2] *sanguine* nutriuntur. Item in *augmento* accessionis febrium exclusi *turborem* altiorum partium ostendunt, & magis si fuerint sanguinolenti: in *declinatione* vero, *laxamentum*, sicut cætera, hoc est stercorum vel urinæ, vel quorumlibet officiorum egestio. Etenim *laxatis corporibus* reddi videntur. Quippe cum quorum adjecto gravat, eorum detractio necessario relevet.

117 Hæc est lumbricorum significatio, sed ob *curationem* in iis, quos *ascaridas* vocavimus, si tumor in *longaone* fuerit

o. properans

p. nim. lumbrici
q. maciem, quando in ægri corpore nihil est quo nutriantur. *alii legunt* perniciem.
r. i. quo casu
s. fari
t. cum solutione
Calii epicrisis
v. coctionis, ob quam materia corrumpitur.
x. Alii, *sc.* lumbrici
y. ex

Curatio ascaridum

2 quem trahere coguntur, quia materia, ex qua ali consueverunt, corrupta, & iis prorsus alendis inepta fit.

constitutus, oportet injectionem *olei* adhibere, quæ cum fuerit reddita, erit infusio aut decoctio *centaureæ*, vel *absinthii* injicienda. Ac si *ramenta* fuerint exclusa [3] sanguinolenti coloris, decoctio *mali punici* corticis, vel *gallæ* convenit injectioni, ac si perseveraverit, *chartæ* exustæ, & *auri pigmenti*, quod Græci *arsenicon* vocant, (z) æquali pondere, quod sit in quantitate drachmarum sex, cum succo *arnoglossæ*. At si *putredo* apparuerit, quam *Græci*, νομὴν appellant, erit *aqua salsa* injicienda, atque congrua medicamina, sicut nuper docuimus. Ex his enim & *animalia* interficiuntur, [a] & alii trochisci prohibentur, & *ulcera* (b) cicatricantur. Ac si *rotundi* fuerint lumbrici, qui nunc *strictu-* 118
ræ accidunt, nunc *solutioni*, nunc *ulceribus* intestinorum, & nunc in *celeribus*, passionibus, nunc in *tardis*, quas chronias vocant, nunc ex (c) supradictis, nunc sua in corpore *alienitate* (d) vacantes ex *corruptione ciborum* (e) effecta, oportebit *curationem* pro supradicta (f) curari differentia. Nam si ipsa animalia (g) *corrumpenda* viderimus, erunt medicamina adhibenda, ut tanquam *aliena*, atque indigentia detractione, auferantur. At si passionibus fuerint *appenditia*, quæ sæpe generandorum animalium fuerunt causæ, erunt congrua iisdem *passionibus* adhibenda. *Iis* enim *convictis etiam* 119
animalia interficiuntur. Quapropter si *strictura* fuerit in corpore, *fomentatio* competens est adhibenda, atque *cataplasma* laxativum, & si ratio coegerit, *phlebotomia*: quæ singula suis temporibus aptanda probamus: tum *cucurbita* adjuncta scarificatione (h) *medianis* partibus admovenda. His enim *laxatis*, sine ulla (i) medicaminum virtute, atque facile *animalia decidunt oleo poto*, aut aqua calida & oleo, vel decoctione (k) *noxarum*, aut *glycyrrhizæ*, cujus libra infusa in aquæ heminas sex, usque ad tertiam partem erit decoquenda. Et his præterea cibi tempore dari potest *sorbile* quicquam, ut illud quod *Græci* appellant ἐλαιοπτίσσανον. Ex his enim 120
& tumentia relaxantur, & animalia quæ inesse videntur, lapsu quodam ac desertione tumentium dimissa (l) fundentur. At si *solutio* fuerit in corpore, erunt *constringentia* adhibenda, & [4] *exercitatius* cataplasma, ex *lupini* pollinibus confectum: (m)

z. æquale pondus

a. alia pro nasoi
Lumbric. rotundorum.
b. cicatrizantur.
c. caussis & morbis
d. vagantes
e. effecti
f. fieri
g. corruptione ciborum genita.

h. abdomini & pectori
i. anthelminticorum
k. myxarum

l. excernentur

3 Nam quod ait Diosc. decoctum Centaurii minoris injectum clystere sanguinem educit.

4 sic vinum exercitatius dixit supra §. 32. generosius, & tanquam magis actuosum, δραστικώτερον.

(*m*) & *aceto* cum *melle*, tribus vel quatuor cyathis aquæ commixtis, cum *cervini cornu* ferragine aspersa, quam *Græci* ῥίνημα vocant, in chochlearis pleni quantitatem, si *tarda* fuerit passio, quam *Græci* chroniam vocant, quoniam indiget *recorporatione*, atque *lacessentium* medicaminum virtute. Sed in *lenimento* constituta (*n*) erit varia *conjectura* facienda, quo animalia ex-
121 cludantur. Quapropter adhibenda medicamina, harum partium *fomentatio* ex oleo veteri, & apponenda *unctio fellis taurini ægrotantis umbilico*, vel lanæ ex ipso tinctæ particula: tum *cataplasma* ex polline *lupini*, (*o*) consperso decoctione *absinthii* aut [5] *santonici*. Admiscendus denique etiam *succus* earundem herbarum. Si vero *vehementius* oportuerit animalia (*p*) alia sauciare, convenit etiam tanquam acriores cibos, & propterea aptos, velut in *drimyphagia*, dare *cepam* & *allium*, quæ nunc incocta, nunc mediocriter cocta, quo (*q*) minima eorum virtus pereat, erunt offerenda. Tunc enim urgente lumbricorum exclusione iis uti cogimur re-
122 bus. Facit idem *sinapi* [*r*] exuccatum, vel adjuncto pane commestum, item *nasturtium* cum aceto contritum, sive ut Græci vocant, *cardamum*, immisso atque infuso pane: item *laser* aceto solutum, sive *sinapi*, quo comedenda tingantur, vel *ovo* sorbili admixtus iste liquor detur in ervi (*s*) modo: item *absinthium* cum vino (*t*) poto datum. At si *ulceratio* fuerit intestinorum, congrua probamus adhibenda pro ulcerum differentiâ. Ac si *febres* non fuerint, neque alia quælibet passio lumbricis (*v*) confuerit, nihil oportet (*x*) conjicere, sed ex medicaminum varietate eorum *interfectionem* atque *detractionem* efficere: sunt enim nocentes bestiolæ, quæ *Græci* θηρίδια vocaverunt, sed producenda atque extendenda
123 erit magnitudo curationis pro accidentium modo: Et quoniam aliquando sunt in [*y*] *ventre* constitutæ, quod probatur ex ægrotantium querelis, cum locorum sensu tanguntur, aliquando in [*z*] *intestinis*. Necessario quæ in *ventre* sunt, celerius afficit, quam injecta medicamina, *cibus* ac *potus*; in *intestinis* vero quæ per *clysterem* fuerint injecta: nam & ex ventre ad intestina hæc sæpe animalia, & ex intestinis ad ventrem refugiunt.

m. est & acetum dandum
n. erunt varia tentanda
o. madefacto
p. talia
q. minime
r. recens expressum
s. quantitate
t. potui
v. simul adfuerit
x. curationem producere, differre,
y. ventriculo & intestinis ei vicinis
z. *nim.* colo & recto

Erit *sanabilius* ergo, ut, ubi apprehenderimus esse *copiam* lum-

Optimus curationis ordo.

5 Alias siriphii maritimi. Santonici nomen traxit a Santonibus Galliæ Aquitanicæ populis, apud quos copiosissime provenit.

lumbricorum, usum primo adhibeamus congrui *cibi* ac *potus*, similiter *epithematum* convenientium usum servantes, & *cataplasmatum*, deinde *clysterem*. Oportet igitur (*a*) potum 124
dari absinthii *pontici* decoctionem, sive marini, aut *santonici*, usque ad modum duum cyathorum vel trium: & nunc nulla alia admixta materia, nunc *oleo* adjuncto, vel decoctione *lupini*, aut [*b*] *noxarum* cum cornu *cervini* serragine: & *laser* aqua solutum, vel aceto, & admixto *sinapi*, aut ovo sorbili transvoratum. Item alica in qua fuerit infusa *aloe*, sive (*c*) ipsa transvorata: nec non etiam *trochiscus* dandus, qui appellatur πικρὸς, vel illa hiera quæ *dialoes* appellatur: quorum compositiones *Responsionum* libris de (*d*) medicamine scribentes tradidimus: item *cardamum* quod na- 125
sturtium vocamus, torridum ac tritum cum aqua, vel mulso, aut cum melle in electario datum: item *lupini* sicci decorticati atque transvorati cum melle *quindecim* numero, vel *viginti*: quod si minime quisquam transvorare valuerit, eorum (*e*) *polline* consperfum atque tritum, quantum tres digiti capere potuerint aquæ, bibendum admiscemus, sive mulso aut decoctione (*f*) noxarum: aut pro *electario* admixto melle dabimus: item *gentianæ* succum in cochlearii modum cum mulso convenit dare, atque horum similibus uti virtutibus: item *absinthium* cum vino, & *castoreum* cum mulso. In parvis vero *pueris*, quo latere possit, *nasturtium* frixum, sive tritum, cum *melle* atque *lacte* dabitur potui, vel commixtum *pani*. His igitur rebus erunt cibi [*g*] ponendi: 126
pultibus enim atque sorbilibus convenit absinthium concoquere, vel similes herbas. Hoc etiam (*q*) si sicco *fico* atque pingui, vel *palmulis*, quas patetos appellant, quæ concisæ atque immissæ, & cibo datæ mederi valebunt. Faciunt præterea *mora* cibo data, quæ vulgo (*i*) *celsa* Latini vocaverunt, Græci vero *sycamina*: item ex amygdalis *amaris* sorbilia confecta, quæ *Græci* τροφήματα vocaverunt, & communiter cuncta, quę ventrem deducere valent. (*k*) Hinc denique etiam *pinnæ* aridæ (*l*) *veluti* atque tritæ sufficientem modum miscuerunt. Convenit etiam *urtica*, sive sola, 128
sive cum aliqua decoctione confecta. [*m*] Nam ob celebrandam curationem vehementer utilia probamus *catapotia* ex *squilla*, atque *chamælea* confecta. Sumpta igitur *squilla* erit acrio-

a. in potu
b. myxarum
c.sc. aloe sola
d. medicaminibus
e. pollinem aceto
f. myxarum
g. parandi, condiendi
h. fit
i. ut distinguerent a fructibus rubi
k. sub. Alii
l. vulturis
m. Nos

acriori *aceto* concoquenda, ne [6] fluida fiat: tum terenda diligenter, ac deinde *chamælea*: *anchusa* atque *creta* admiscenda *squillæ*, quantum res patiuntur, ut ad *emplastri* veniat qualitatem. Tum facienda *catapotia* in fabæ magnitudinem, & pro viribus ægrotantis danda, ut *fortibus* octo vel novem, *imbecillis* sex vel septem: *pueris* vero [*n*] tres *n*. tria
128 vel quatuor ex aqua calida. Potest etiam ipsius *chamæleæ* concisæ atque contritæ cum mulso quippiam dari transbibendum, vel cum lenticulæ parvo modo sorbendum: sed *pueris* obolus unus, *majoribus* vero oboli duo sunt dandi: item *fortibus* tres. Perfecta tamen potio *drachmæ* unius continet modum. Utendum præterea *epithemate* circa medias partes ex *lupini* pollinibus, aut (*o*) *melanthio*, & decoctione *absinthii*, aut [*p*] fulvo *liliorum*, aut *cerotario* cedriæ admixtis lupinis tritis, aut *absinthio*, aut agrestis *peponis* (*q*) interiora, quæ *Græci* colocynthida vocant, cum melle atque lupinis, aut *centaureæ* vel *aloes* partibus duabus, & *diagridii*
129 parte una cum melle & *felle* taurino. Erunt præterea omnia, quæ potui ordinavimus danda, etiam per *clysterem* injicienda, & magis adjuncto, vel admixto *oleo* plurimo calido, & succis prescriptis, quo plurima *mordicatione* intestina afficiantur.

o. nigalla
p. bulbo
q. interioribus, quem

Ac si *lati* fuerint lumbrici, erit adhibendus *vomitus ex oleo*, [7] non ex radicibus, & alia die *clystere* utendum, admixta *nitri* parte, vel *salis*. Danda etiam aqua *salsa* potui, aut *glycyrrhizæ* radicis decoctio, aut similiter incocta glycyrrhiza. Alii vero tres drachmas *glycyrrhizæ* cum *nitro* probaverunt. Alii *diagridii* obolos tres, cum *polypodii* herbæ
130 drachmis duabus. Alii ex (*r*) *pinnis* medicamen confectum, Sed erit semper tentandum, ubi res patiuntur, ut iis utamur medicaminibus, quæ minime stomachum afficiant. Tum cum sensum acceperint ægrotantes *animalium* (*s*) *carendorum*, ut interpellatione ventris admoneantur, subjicienda erit *aqua calida*, quo & loca relaxentur, & animalia procedant, ne *frigore* percussa fugiant. Erit præterea curandum, ne frequenter hæc *animalia* renascantur, ut *unctione* regulari cor-
pora

Lumbricorum latorum curatio.

r. vulturis, memoratum §. 126.

s. proditurorum

Curandum ne renascantur.

6 Non tam diu, ut prorsus liquescat. Sic enim vim totam amiserit.

7 Nam ob acrimoniam radix lumbricum exagitat. Concitatus vero is vehementer ægrum torquet: nec acria conveniunt priusquam vomitu purgatus fuerit ventriculus. Præterea oleum lumbricos interficit.

pora fortificemus, adhibito *præceptore*, adhibita etiam *recorporatione* cyclica, quæ fit *vomitu* radicum, & *drimyphagia*, & *dropace*, & *sinapismo*, & *paroptesi*, & horum similibus virtute rebus.

CAPUT IX.

De Mollibus, sive subactis, quos Græci μαλθακὸς *vocant.* 131

MOlles, sive subactos *Græci* μαλθακὸς vocaverunt, quos quidem esse nullus facile [1] *virorum* credit. Non enim hoc humanos ex *natura* venit in mores, sed pulso pudore, *libido* etiam (*a*) indebitas partes obscœnis usibus subjugavit. Cum enim nullus cupiditati modus, nulla satietatis spes est, singulis [2] *Sparta* non sufficit sua: (*b*) Nam sic nostri *corporis loca divina providentia certis destinavit officiis*. Tum denique volentes alliciunt *veste* atque *gressu*, & aliis *fœmininis* rebus, quæ sunt a passionibus corporis aliena, sed potius *corruptæ mentis* vitia. Nam sæpe (*c*) tumentes, vel quod 132
est difficile, verentes quosdam, quibus forte deferunt, repente mutati parvo tempore *virilitatis* quærunt *indicia* demonstrare, cujus quia modum nesciunt, rursum *nimietate* sublati, plus quoque quam virtuti convenit, faciunt, & majoribus se (*d*) peccatis involvunt. Constat itaque etiam nostro *judicio*, [*e*] hos vera sentire. *Est* enim, ut *Soranus* ait, *malignæ ac fœdissimæ mentis passio*. Nam sicut fœminę [3] *Tribades* appellatæ, quod utramque *Venerem* exerceant, mulieribus magis quam viris misceri festinant, & easdem (*f*) *invidentia* pene virili sectantur: & cum passione fuerint desertæ, seu *temporaliter relevatæ*, ea quærunt *aliis* objicere, quæ (*g*) pati noscuntur, * juvamini (*h*) humilitate duplici se- 133
xu confecta, velut frequenti *ebrietate* corruptæ in novas libidinis formas erumpentes, consuetudine turpi nutritæ, sui *sexus injuriis* gaudent, (*i*) *illi* comparatione talium *animi passione* jactari noscuntur. Nam neque ulla *curatio corporis* de-

a. aliis usibus dicatas

b. Tametsi

c. timentes

d. erroribus

e. qui hoc prodiderũt

f. æmulatione

g. muliebria

* juvandi

h. voluptate ex

i. sc. cynædi *Curatio animo potius quam corpori adhibenda.*

1 i. qui revera sunt viri probi & cordati, quique rei ἀτοπία & detestanda obscœnitate moti, in alios tale flagitiũ cadere posse vix credunt.

2 Codices impressi habent, *Spartanum sufficiunt sua*. Alius ad margi- nem posuit, subactorum non: alius Sparthanorum. Quæ tamen omnia commodo sensu carent.

3 De harum moribus videat, cui lubet, Lucianum in Dialogis meretriciis.

depellendæ paſſionis cauſa recte putatur adhibenda, ſed potius *animus* coercendus, qui tanta peccatorum labe vexatur. Nemo enim *pruriens* corpus (*k*) fœminando correxit, vel virilis *veretri* [*l*] *tactu* mitigavit, ſed communiter querelam ſive dolorem (*m*) alia ex materia toleravit. Denique etiam
134 a *Clodio* hiſtoria curationis data *aſcaridarum* eſſe perſpicitur, quos de lumbricis ſcribentes vermiculos eſſe docuimus *longaonis* in partibus natos. *Parmenides* libris quos de natura ſcripſit, eventu inquit [4] *conceptionis* molles aliquando, ſeu ſubactos homines generari. Cujus quia Græcum eſt *epigramma*, & hoc verſibus intimabo: *Latinos* enim, ut potui, ſimili modo compoſui, ne linguarum ratio miſceretur.

Fœmina, virque ſimul Veneris cum germina miſcent
Venis, informans diverſo ex ſanguine virtus
Temperiem ſervans bene condita corpora fingit.
135 *At ſi virtutes permixto ſemine pugnent,*
Nec faciant [*n*] *unam, permixto in corpore diræ*
Naſcentem gemino vexabunt ſemine ſexum.

Vult enim *ſeminum* præter materias eſſe *virtutes*, quæ ſi ſe ita miſcuerint, (*o*) & ejuſdem corporis [*p*] faciant, unam *congruam ſexui* generent voluntatem. Si autem permixto ſemine corporeo *virtutes ſeparatæ* permanſerint, *utriuſque Veneris* natos adpetentia ſequatur. *Multi* præterea ſectarum principes (*q*) *genuinam* dicunt eſſe paſſionem, & propterea in *poſteros* venire cum ſemine, non quidem *naturam* criminantes,
136 quæ ſuæ [5] *puritatis* metas aliis ex animalibus docet: nam ſunt ejus *ſpecula* a ſapientibus [*r*] nuncupata: ſed *humanum genus*, quod ita ſemel recepta tenet vitia, ut nulla poſſit [*ſ*] *inſtauratione* purgari, nec ullum novitati [*t*] liquerit locum, ſitque gravior *ſeneſcentibus* mentis culpa, cum plurimæ *genuinæ*, ſeu adventitiæ paſſiones [*v*] corporibus infractæ conſeneſcant, ut *podagra*, *epilepſia*, *furor*, & propterea ætate vergente mitiores procul dubio fiant. Omnia etenim *vexantia* validos effectus dabunt *firmitate* oppoſita ſubjacentium *materiarum*, quæ cum in *ſenibus* deficit, paſſio quo-

k. ſe viris ſubjiciendo, & proſtituendo: *alii* effœminando
l. tractu, maſtupratione
m. animi vitio, & fœda conſuetudine
n. i. vim, virtutem
o. ut
p. vim unam faciant
q. nativam: hæreditariã *Aliud quorundam judicium*.
r. *ſub*. bruta animantia.
ſ. ſui correctione
t. linquat
v. i. una cum corp. quaſi ſenio quodam infringantur.

4 Nimirum vitio ſeminis, quaſi inde naſcerentur ἀνδρόγυνος.

5 Dolendum ſane, & non niſi ſeriis lacrimis expiandum, quod homo ſe adeo corruperit, ut naturæ puritas a brutis animantibus ipſi ſit diſcenda: hæc enim leges ſibi a Creatore datas fere non tranſgrediuntur, niſi humano artificio inſtigata. Patet ex Geneſi, quis mulorum generationis auctor ſit.

quoque minuitur, ut *fortitudo*: sola tamen supradicta; quæ 137
subactos seu molles efficit viros, senescenti corpore *gravius* invalescit, & infanda magis libidine movet, non quidem sine ratione. In aliis enim *ætatibus* adhuc valido corpore, & naturalia [x] *ventris* officia celebrante, gemina *luxuriæ* libido non dividitur, [y] animorum nunc faciendo, nunc facie jactata: in iis vero qui *senectute* defecti virili *veneris* officio caruerint, omnis animi *libido* in contrariam ducitur appetentiam: & propterea *fœmina* validius Venerem poscit. Hinc denique conjiciunt plurimi etiam *pueros* hac passione jactari. Similiter enim senibus virili indigent officio, quod in ipsis [z] nondum est illos deservit.

x. veneris vel viri
y. animo nunc patiendo, nunc faciendo jactato
Cur fœminæ magis sint in venerem proclives.
z. nondum est, at illos jam deseruit.

MORBORUM CHRONICORUM

LIBER V.

CAPUT PRIMUM.

De Ischiadicis & (a) Psœadicis. 1

A *Partibus* quæ dolore vexantur, hæ passiones *nomina* sumpserunt. (*b*) Nam (*c*) vertebrorum summitas (*d*) *ipsorum* initio terminatur, Græci *ischia* vocaverunt. Item *musculos* clunium sub spinæ finem ex interioribus atque exterioribus adhærentes *psoas* vocaverunt. Generantur istæ passiones nunc ex manifestis, nunc ex occultis causis, ut est [*e*] *perfrictio* profunda, vel terrena cubatio, aut *casus*, vel repentinus *percussus*, aut jugis atque immodicus *usus veneris*, aut quilibet longissimi temporis morbus: item vehemens *abductio*, vel raptus in exercitio factus, 2
aut longissimi temporis *hæmorrhoidarum* (*f*) fluoris tentus, vel insueta [*g*] humi *fossio*, aut cujusdam *ponderis* levandi ex (*h*) interioribus conatio. Fit præterea in omnibus *ætatibus*, sed frequentius in mediis. Sequitur *ischiadicos* dolor vertebrorum, quam passionem multi (*i*) *duplicem ischiada* vocaverunt, attestante *gravedine*, & *difficili motu*, contra solitum morem, & quibusdam cum levi torpore ac *formicatione*:

a. Psoadicis f. lumborum dolore laborantibus
b. Nam ubi
c. femoris caput cum suistrochanteribus
d. coxarum *Causa.*
e. frigoris susceptio
f. fluor retentus
g. telluris
h. inferioribus *Symptomata ischiadicor.*

ne: quibusdam cum vehementi atque pungenti, & *fervido*
3 *dolore*, & ad sensum patientis, tanquam serpentis [*k*] con-
volutus motus: aliquando etiam cum *febribus*, ut neque in
lecto suam (*l*) conventionem ferre valeant ægrotantes, &
primo, in *vertebro* dolor sentitur, dehinc (*m*) partis suæ
penetrans loca, usque ad mediam *natem*, ac superius ad *in-*
guen, vel ad [*n*] *ancalen* perveniens atque *suram*, dehinc e-
tiam *talum*, & *pedis* summitatem. Tum cum passio tardave-
rit, cessante nutrimento, *cruris totius tenuitas* fit, quam *Græ-*
ci atrophian vocant, incipiens a clunibus, sive ab inferio-
ribus locis, attestante *debilitate*, & sæpe conductis partibus
brevitate cruris, aut ultra naturam, longitudine passionis,
(*o*) *distensione* suffecta, ut in paralysin veniat, aut ipsius
4 *vertebri* duratæ partes extantiores fiant. Constringitur pręterea
sæpe ac retinetur *ventris* officium, aut cum plurimo dolore
perficitur, ob tensionem, atque *spiritus retenti percussum*, &
in (*p*) itineris pressu, quibus (*q*) forte [*r*] permittitur, ut
initia motus impediantur, *fervore* partium [1] attestante: ac
si perseverans fervor fuerit, [2] motus facilior fit. [3] Tum rur-
sus (*s*) subsidunt, vel (*t*) intenti resistunt repente, tan-
quam fuerant [*v*] necdum gressu tentato. Tunc magis ve-
hementem dolorem sentiunt: & ambulant quidam, *capiti-*
bus digitorum gradientes, alii [*x*] extenti quidem, sed (*y*)
sinuatis clunibus, ut neque se pronos inclinare valeant: alii
contracti atque conducti, qui *pejus* omnibus habere noscun-
5 tur: siquidem passio apprehendit etiam *spinæ musculos*, &
propterea duritia quadam hæc invasisse videtur loca. Pati-
tur autem principaliter *membrana*, quæ ossa circuntegit, quam
Græci *periosteon* vocant: item *musculorum* capita, vel sum-
mitates. Denique augmento passionis (*z*) *intercreatus* hu-
mor, & frequenti dolore corruptus, in *saniem* transiens partes
aliquas (*a*) collectionibus afficit. Sed quoniam plurima su-
pradictorum sequuntur etiam eas quæ *matricis* vexatione af-
ficiuntur, & magis cum ejus fuerit *inclinatio* facta, quam
6 παρακλισιν vocant, facienda est *discretio* passionum: & primo,
quod *matrice* patiente, in eadem potius causæ inveniantur,

k. convoluti motu
l. positionem
m. articulationis
n. ἀγκάλην, i. poplitem
o. extensione
p. itinere pressum
q. valide
r. premitur, initio motus impediuntur
s. sedent
t. subito gradum detenti sistunt
v. nondum
x. recti
y. sinum cum spina facientibus
Locus affectus.
z. intercollectus
a. abscessu

1 Vox hæc infinitis locis usurpatur a Methodico nostro pro prępositione, *cum*.

2 Nam calore flatus & humor crassus discutiuntur, qui motum impediebant.

3 Hic locus aut valde est corruptus, aut hiat.

atque ex ipsa initium sumant; *Psoadici* vero *clunium* dolore afficiuntur, & *tardo motu*, ut se renitente dolore nec inclinare valeant, ac difficilius & dolentius[b] subrigant. Plurimis igitur dolor *cito* conquiescit: aliquibus vero *perseverat*: partes durescunt atque conducuntur: his denique (c) usque ad pene *cutem* unicus sequetur gressus. Si itaque *exteriores* musculi fuerint in passione constituti, etiam *tactu* tentati dolescunt, *interiores* autem ex interioribus dolorem accipiunt, tanquam in *nephriticis* contingit: quos propterea denique similes discernimus: siquidem alia multa eisdem propria concurrunt, quæ de ipsis scribentes memoravimus. *Psoadicis* autem, atque *ischiadicis*, quorum nunc curationem scribimus, dolor efficitur nunc *jugis*, nunc *deficiens*, ordinatus aut inordinatus, ac *longis* vel *parvis* intervallis recurrens, ac puris & *limpidis* lenimentorum variatus spatiis, aut mediocres *reliquias* servans. Utile inquit * *Hippocrates* ischiadicis dysenteriam: Habet enim imitationis quiddam *recorporationis* faciundæ, quamquam plurima vexatione corpus afficere videatur: Item *hæmorrhoidas*, vel *varices*, ut alii dicunt, laxamenti causa. Sunt autem *difficiles* curatione magis, qui plurimo tempore fuerint passione vexati, & multis atque variis accidentibus & signis affecti.

b suberigant

Differentia harum passionum.

c. pene usque ad cutem dolorificus sequitur

7

8

Dysenteria ischiadicis utilis.

In ordine itaque *curationis* hæc erunt intuenda, ut cum recens fuerit passio vel veterata, sed in *superpositionis* tempore constituta, jacere faciamus ægrotantem *mollioribus* stramentis, *calido* in loco, adhibita *abstinentia*, & *requie* usque ad primam *diatriton*. Tunc *lanis* mollibus, ac [*d*] limpidis *oleo calido* dulci prætinctis dolentia loca contegenda. Adhibenda etiam *fomentatio* jugis ex oleo dulci calido: item *vaporationum* commutatio, sicut in multis docuimus scribentes, & *phlebotomia* tempore consueto, atque ex brachio *dolenti parti contrario*, vel plurimum dolenti comparatione alterius. Ac si æqualis in utraque fuerit parte dolor, ex eo, in quo fuerit *facilior* vena, erit detractio facienda. Si neque hoc occurrerit: ex *sinistro* brachio adjutorium adhibendum: siquidem minus officiis domini necessaria pars esse videtur, nisi

Curatio tempore paroxysmi.

d. non succidis

9

4 Lib. προῤῥητικῶν β, in hunc modum loquitur, ὅσοι περὶ τοῖσιν ἄρθροισιν ἐπιπωρώματα ἔχουσι, οὗτοι μὲν πάντες ἀδύνατοι ὑγιέες γινέσθαι ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ, ὅσον ἐγὼ οἶμαι. ἰῶνται μὲν τούτους, ἄρισα μὲν δυσεντερίαι, ἢν ἐπιγένωνται &c.

nisi forte sinistri, hoc est σκαιοὶ fuerint ægrotantes. Tum tertia die adhibenda *perunctio* ex oleo dulci atque calido; dehinc *ora* lavanda, *cibus* dandus nutribilis, calidus, tener, tanquam *strictura* conveniens, & *potui* aqua calida usque ad declinationis tempus. Servanda etiam cibi [*e*] *alterna* die-
10 rum oblatio: tum cessante dolore *resumptio* adhibenda. Perseverante vero (*f*) alia *diatriti* tempore, adhibenda (*g*) *injectio* decoctione fœnigræci seminis, aut lini, aut hybisci, quam Græci *althæan* vocant, quo pariter fota atque vaporata *interiora* laxamento consentiant. Admiscendum denique oleum calidum: item succus alicæ, vel ptisanæ, vel *oleum* solum, aut admixto *adipe* anserino, vel *gallinaceo* injiciendum, vel iis quicquam simile consolutum. Ac si venter fuerit abstentus, erit *mulsum* injicendum. Tentanda denique & [*h*] properanda sequentibus diebus *facilitas ventris*. Quo convenit, si hoc minime perficere valuerimus, etiam [*i*] λινόζωστιν herbam nunc solam cibo dare, nunc adjuncta *malva*: item (*k*)
11 agreste *coliculum*. Sed fugienda prędicimus quæcunque fuerint vehementiora, quantum quidem res admittunt, ut *diagridium helleborum nigrum*, chamælææ semen, quod Græci *coccum Cnidium* vocant, *agaricum*, *agrestem peponem*, quem colocynthida dicunt, singularia vel conjuncta, item ἱερὰν, quam διασκαμμονίας appellant, ne plurima vexatio pro parva commoditate sequatur. Nam post fomenta convenit *cataplasmata* adhibere, quorum confectiones atque species sæpe conscripsimus. Ac si permanserit dolor, adhibenda *scarificatio*. *Hi-*
12 *rudines* etiam adhibendæ, quas *Græci* βδέλλας appellant. Hoc quidem secundo vel tertio faciendum, si caulæ poposcerint. Tunc *vaporatio* spongiarum ex aqua calida, vel aliqua decoctione (*l*) laxativa virtute mitigantium materiarum adhibenda, quarum jam sæpe species memoravimus. Ex ipsis quoque (*m*) ἐνκαθίσματα facienda. Item *cerotaria* dolentibus apponenda partibus ex oleo pingui, vel cyprino, aut sicyonio, vel ex radice hybisci confecto, aut irino, aut malabatrino, singularibus, atque commixtis. Ac si *duritia* emersit, [*n*] admiscendum *adipem*, aut *medullam* cervinam, vel bubulam, aut melilotum, aut hybisci radicem percoctam in mulsa, ac diligenter contritam, aut decoctionem ejusdem hybisci, vel *fœnigræci*, & *lini* seminis triti, in mellis crassitudinem confecti. Ac si difficile passionem declinare

e. alternis diebus
f. alius
g. clyster
h. procuranda
i. mercurialem
k. agrestem
l. laxativæ virtutis
m. i. balnea ad umbilicum usque
n. admiscere oportet

viderimus, erit ἔμβασις adhibenda ex oleo, & aqua calidis: Tum cùm fuerit plurimum *minutus* dolor, varius offerendus est cibus, ex mediæ qualitatis materia. Adhibendum etiam *lavacrum:* dehinc lene *vinum*: tum *malagmata* partibus in passione constitutis, ut *Diachylon*, vel *Mnaseum*, aut (*o*) *Dioxelœum*, vel (*p*) *nileos:* item *unctiones* quæ mitiganter emolliant, & neque perfrigescere partes permittant. *Cerotaria* quoque limpida, aut *Diasamsucum* acopum, aut *irinum* oleum aut samsucinum.

o. describitur ab Aetio pag. 829.
p. Nilei

Curatio extra paroxysmum.

Ac si passio fuerit tarditate *inveterata*, & plurimo tempore perseverans, & in *lenimento* constituta, si hoc limpidum viderimus lenimentum, erit pro modo permanentis doloris *curationis* facienda moderatio. Tunc enim convenit *motus* quidem, sed fertorio *lecto*, dehinc cathedra vel *sella*: Utile plerique veteres huic passioni etiam *Macerinum* emplastrum memorant, item *Icesion* usque ad quinque dies imposita linquentes, laudaverunt. Convenit *recorporationi* etiam (*q*) *solis* igniti vaporatio. Oportet autem *saccellum* lineum implere sale torrido, & apponere patientibus partibus. Tunc superaspergere *aquam salsam* calidam, & superimponere *cauteres* latos, aut igne repletum vas congruæ latitudinis. Sic enim calefacto saccello instillans humor, & cum fervore acerrimo decedens, atque (*r*) *artus* singulos invadens, quos *Græci* poros appellant, lacessendo demutant, recorporativa sine dubio virtute. Facit enim tanquam de sinapismo partium *ruborem*, quem *Græci* φυσιγμὸν appellant. Prodest denique etiam ex oleo *rubor* effectus hoc genere. (*s*) *Farina* consperſa, atque manibus exercitata, quo facilior fiat, erunt *partes* in passione constitutæ *circulatim* ambiendæ, cujus spatium, sive *medium* oleo replendum. Tunc *cauteres* longi atque igniti immittendi, qui quidem *cutem* tangere minime debent: Hoc faciendum (*a*) alterna vice, donec oleum calefactum *fervorem* corpori tradat. Jubendum præterea ægrotanti, ut se immobilem præbeat, cum oleo summo fervore [*b*] coierit, ne se mutando adurat. Tentandum denique etiam *cauteres* sine olei motu (*c*) submittere, atque (*d*) lavare 5 supposita spongia statim, ne distillatione *cauteris* vicinæ partes adurantur. Tum cum *mediocrem* senserit æger *ustionem*, ei vas erit supponendum, vel adjungendum, ut se repente inclinan-

14

15

16

q. salis
r. meatus
s. modo
t. Massa farinacea
a. uno cauterio refrigerato, aliud candens adhibendum
b. caluerit
c. submovere
d. levare

5 excipiendo oleo quod cauterium sublatum secum aufert.

nando unam faciat (*e*) *olei refusionem*, ne vicinantia usta
17 pustulentur: Alii *caccabuli*, vel vasis fictilis *fundum* perforantes, labia vel ora pertusuræ patientibus locis adfixerunt, supradicto more *farina* (*f*) consperſa circundantes, sic *oleo* caccabulum impleverunt, cætera supradicto ordine gerentes: *Alii* usque ad ustionem *vaporibus* igneis usi sunt: *Alii* diversis generibus *pustulationem* locorum faciendam probaveruut, vel extemplo *escharas* patientibus (*g*) ingesserunt partibus, aliquando solo *sinapi* cataplasmantes, quo superficies cutis pustulescat: item sinapi admiscentes glebæ *calcis* æquis ponderibus & *sulphuris* partem, atque simul conterentes, par-
18 vo *oleo* & *aqua* admixta linteolo illita, (*h*] prostrato alio linteolo tenui, ei parti quam curamus, superimponemus illitum, quo sensim atque per *triplicem* materiam transiens vis medicaminis *pustulationem* faciat loci. Item non aliter etiam ex *cinere salicis* hæc facere poterimus. Ejus enim corticem inurentes, atque ex ejus cinere (*i*) *pulvisculum* facientes in umbra [*k*] siccari sinimus, tunc locis (*l*) præulceratis adponimus, super distillantes (*m*) *liquefactam calcem*, quam vulgo [6] colatam vocant, sed paulatim: cum enim fuerint humectati pulvisculi, cutis superficiem pustulabunt. Quod si quisquam plurimum perseveraverit, etiam *altiora* inusta (*n*) putrescunt, &, ut *Græci* appellant, escharam fa-
19 ciunt. Alii denique ex *radice* herbæ, quam [7] *struthium* vocant, loca ulcerari præcipiunt: *Usta* etenim radix, concepta flamma, cuti apposita [8] *pustulationem* necessario facit. Sed *alii* hanc ustionem tanquam imbecillem reprobantes *cauteribus* ajunt faciendam: quos quidem primo *tepidos* probant apponendos, donec cutis pustuletur, tum *igneos*: sed iis omnibus interjecto spatio trium digitorum loca dicunt inurenda, & esse *cauteres* semper aduncos in modum [*o*] *gamma* literæ. Sed alii hanc appositionem metuentes (*p*) *anchistris* ex utraque parte cutem [*q*] prætendunt, & inter (*r*) eos cau-
20 teres imponunt, ne ulla ustione *nervi* tangantur. Alii [9] *ligneos fungos* inferius ac superius angustos formantes, patientibus appo-

e. sub. in isto scrobiculo ferventis

f. aqua subacta

g. inusserunt ut varii generis cauteriis immediate applicitis

h. parti prius instrato

i. κονίαν, lixivium

k. exhalare

l. antea scarificatis: alii præceratis

m. lixivium cui addita calx est

n. in tabum colliquantur

o. Γ, γ

p. hamis

q. i. prius tendunt. an prehendunt

r. ea *sub.* anchistra

6 πρωτόσκαπτον vocat Paulus l. 7. alii σκαπτὴν διηθημένων.

7 Herba hæc a Plinio radicula & herba lanaria vocatur.

8 id ex radice aristolochiæ facit Ægineta.

9 Fungi hi e vetustis arborum truncis nascuntur, equinæ ungulæ forma: ex iis in lixivio decoctis, & postea contusis ellychnia parantur, ignis rapacissima.

apponunt locis, quos *summitate* accensos sinunt concremari; donec cinerescant atque sponte decidant. Est enim hæc ustio leni penetratione moderata. Alii *linteolum* aqua tingentes partibus [*s*] resimplicatum apponunt. (*t*) Tunc tabulæ tiliari apponentes *struthium* erbam concidunt in breves *particulas*, ac deinde ferramento(*v*)igneo singulas partes *oleo* tingentes accensas imponunt tabulæ scilicet [*x*]tiliæ, hoc secundo vel tertio facientes per intervalla: donec materia carbonescat, atque pustulas cutis efficiat. Alii, ex quibus sunt *Demetrii* sectatores, ejus partis quæ patitur *manum*, inter pollicem & demonstrativum digitum, quem *Græci* (*y*) lichanon sive dicticon appellant, juxta *inferiorem articulum* (*z*) involutis inurunt cauteribus, quos quidem nunc *nudæ* cuti apponunt, nunc præmisso *linteolo* oleo tinctos; (*a*) *modum* autem ustionis constituunt, cum in alia manu, hoc est quæ sit contraria parti patienti, *sudor* emergens apparuerit, tum post supradictas ustiones imperant *ulcera* (*b*) reservata in saniem provocari. *Alii* denique [*c*] statim lana succida eadem contexerunt loca. *Alii* marrubii coma contrita cum sale vel oliva nigra, aut [*d*) sesamo infuso, sive nucibus: tum tertia die *lenticula* multa, atque *mulso* decocta, donec ulceris cadat eschara. Tunc ὀινόμελι ajunt] imponendum, vel ea quæ valeant lacessendo *puris exitum* provocare: item *florem æris* cum *nigro helleboro* apponunt. Et quidem aliqui relevantur intervenientis recorporationis causa. Sed quoniam istiusmodi ustionibus plurima *vexatio* conjuncta est, erit melius adjutoriis mederi. Ausi sunt præterea quidam etiam *Venerem* adhibere, in iis qui non ex usu venereo *ischiadici* facti videntur, quo magis vexata nervositas geminet causam. Alii *cantilenas* adhibendas probaverunt, ut etiam *Philistionis* frater idem memorat *libro* XXII. de adjutoriis, scribens quendam *fistulatorem* loca dolentia [*e*] decantasse, quæ cum *saltum* sumerent palpitando, discusso dolore mitescerent. Alii denique hoc adjutorii genus *Pythagoram* memorant invenisse: sed *Sorani* judicio videntur hi *mentis vanitate* jactari, qui modulis & cantilena passionis robur excludi posse crediderunt. Item plurimi ex *talo* atque (*f*) *ancala* ejusdem partis quæ fuerit passione possessa, *venam* dividentes sanguinem detraxerunt: sed magis partes impletæ gravantur, cum repente vacuata loca in semet materiæ fluxum invitant.

s. reduplicatum
t. Tum tabula tiliarē
v. ferramento prehensas singulas partes, oleoque tinctas, & accensas
x. tiliari
y. λιχανὸν καὶ δεικτικὸν
z. ignitis. Alii involutam
a signum sufficientis
b. reserata
c. ut facta est ustio

Judicium de variis his urendi modis.

e. incantasse

f. poplite

No-

24 Nobilium vero principum *Hippocrates* libro quo de *locis* conscripsit, *cucurbitam* jubet sine scarificatione apponi. Utitur etiam *fervientibus* medicaminibus potis, quæ si essent vere congrua passioni, minime tamen ad [*g*] excludendam vetustatem valere crederentur. *Diocles* libro quo de passionibus, atque causis & curationibus scripsit: item secundo libro de curationibus, (*h*) *regulam* dixit *siccam*, & *frigidam*, & *nutribilem* ægris convenire, cum humida atque calida prodes-
25 se huic passioni demonstraverimus. Utitur etiam *urinalibus* medicamentis, quæ diuretica appellavit, & probat *conditum* bibendum, quod plerique *Latini* mulsum vocant. Utitur etiam cibo e *visceribus asinorum*, & *clysteribus* sanguinem provocantibus, & *vino* nunc albo, nunc nigro, neque ordinis, neque temporum, neque congruæ qualitatis memor. *Themison* secundo libro Tardarum passionum in quibusdam peccare perspicitur, *phlebotomans* talum vel ancalen, atque lanis succidis cum *oleo* & *aceto*, & *sale* statim patientia contegens loca, *articulos* adstringens, & *intestina* per clysterem (*i*) exulcerans, & os ipsum quod ἰσχίον Græci vocant. An-
26 te hæc omnia, & *equitare* imperat ægrotantes, quo magis ob vehementiam motus partium faciat vexationem: item alternis *sinapizat* diebus, quod est immoderatum, & in omnibus ulcerationem cutis existimat faciendam, qua plurima congrua prohibentur adjutoria adhiberi, cum partes ulceratæ apposita tolerare non possint. *Thessalus* vero *vaporationem* faciendam improbe recusavit. Est enim *recorporativæ* virtutis, neque initio recte constrictiva probat adhibenda. Etenim *ischiadica passio vehementi atque difficili strictura confecta perspicitur*.

Veterum quorundam ischiadicos curandi ratio

g. sanandam passionem inveteratam

h. dietam

Mulsum conditum.

i. & os ipsum exulcerans

CAPUT II.

27 *De articolorum passione, quam Græci* ἀρθρίτιν *vocant, & de pedum dolore, quem podagram appellant.*

UTraque passio a *parte* corporis quæ patitur, *nomen* accepit: altera communiter ab *articulis* omnibus, altera specialiter a *pedibus*. Sed podagram *Græci* etiam ab impedimento, vel *retentione* pedum aiunt nominatam, vel a *ferali* dolore; siquidem omne quod immite fuerit abusive

Arthriditis & Podagræ etymologia.

agre-

agreste vocamus. Earum denique passionum *discretio* promptissima atque manifesta esse perspicitur. Nam *podagra pedum tantummodo dolor* est. *Arthritis* vero etiam *cunctorum articulorum*, sive *multorum*: & aliquando a *pedibus* sumens do- 28
lor exordium, *cæteros* articulos implicavit, aliquando in *aliis* incipiens *pedes* invasit. Igitur quidam medici arthriticam passionem *genus* vocant, podagricam vero *speciem*. Etenim [1] quod Græcis *hamarthritis* recte nuncupatur: siquidem sit in *articulis* dolor, quanquam in pedibus constitutus, *arthritis* vero non ilico *podagra* dici potest, siquidem genua vel manus tenens γονάγρα aut χειράγρα dicitur, vel τενοντάγρα, si majores tenuerit nervos. Sed de his *nominibus*, quæ locorum causa discreta videntur, unius tamen esse virtutis intelliguntur, in *curationibus* certandum non est. Sunt (*a*) 29
enim harum passionum *antecedentes causæ* variæ, ut *vinolentia*, *frigus* profundum, (*b*) *cruditatio*, libido *venerea*, *labor immodicus*, vel repentina *desertio* solitæ exercitationis (*c*) in ante actum morem: aut rursum non ex infantia, sed secunda & sera ætate (*d*) affecta, cum mollibus nervis atque insuetis fuerit illata *quassatio*: item percussio antecedens ex *palæstra*, [*e*] forti *exercitio*. Frequentat autem in *viris* magis atque mediis ætatibus, difficile vero in *mulieribus*, atque in (*f*) *eunuchis*, & *pueris*, & juvenibus fieri invenitur. Videtur præterea plurimis antiquis medicis etiam (*g*) *genuino cursu* in posteros migrare cum *semine*, & propterea suc- 30
cedentes invadere, de qua re principaliter *Responsionum* docuimus libris: item per aliquas probatur frequentare regiones, ut *Cariam*, & *Alexandriam* Egypti vicinam; nec non *temporibus* certis nasci, item magis asperari videtur, ut primo, (*h*) *verno*, secundo, autumno, tertio, hyeme, æstate vero difficile. Sequitur autem passione articulari tentatos, *torpor*, atque *formicatio* eorum articulorum qui tanguntur, & difficilis *flexio*, atque rursum *extentio*: item *gravedo* & [*i*] vacandi dulcedo, & ad parvum motum vehemens *labor*, atque *dormientibus* sensus quidam *resonantium* articulorum, & cum de somno surrexerint, veluti *saltu* earundem partium afficiuntur: tum *horror*, vel rigor, atque *tremor* sine 31
ulla manifesta ratione partium sequuntur. Dehinc cum passio se extollere cœperit, in *podagricis* dolor alterius *pedis*, aut

Causæ antecedentes.

a. autem, igitur
b. cruditas
c. ante acto more
d. effecta, nata
e. *Alii* vel forti exercitio.
Qua ætate, & anni tempore magis affligat.
f. Aphor. 18. & 29. lib. 6.
g. hæreditario
h. Aphor. 20. l. 3.
Signa arthrit. instantis;
i. otii, quietis

Partentis:

1 Podagra Græcis recte *Arthritis* nuncupatur, siquidem sit in articulis.

aut utriusque cum *punctionibus* nascitur, incipiens a vestigio aut *plantæ* cavitate, vel sæpius a *majore digito*, attestante *torpore*, & gravedine, & *difficili motu*, cum *horrore* rigido, atque inæquali per membra, & aliquando plurimo *fervore*, ut alii refrigerantia, alii calida desiderent ægrotantes, & propterea quidam alteram *calidam*, alteram *frigidam* podagram putaverunt nuncupandam. Item *initio*, ut sæpe contigit, similis *color* patientium atque sanarum videtur partium, attestante æqualitate, nullo emergente *tumore*. Dehinc *in-*
32 *flatio* partium fit cum rubore. Quapropter relevatio altiorum sæpe [*k*] sequetur. Tum *pejorante* passione arthritica sufficitur passio, cum in unum omnium cogitur articulorum *consensus*, & facile ex *articulo* in *articulum* venit dolor, nec desinens priusquam cunctos invaserit nodos. Sæpe denique prioris *articuli* dolore declinante *secundus* invaditur, atque eodem similiter mitescente *tertius* sumit exordium, consentiente etiam *vesica*, atque spinæ majoribus *nervis*, quos τένοντας appellant: & in stomacho etiam *nausea* vel vomitu jactantur ægrotantes. Tunc articuli tumentes *inflantur*, ac deinde *durescunt*, & solidati saxeam faciunt qualitatem:
33 tum etiam *nigriores* efficiuntur, atque *contorti*, ut in obliquas partes *digiti* vertantur, aut reflexi supinentur, aut vicini adfixi incumbant, & aliquando humore *purulento* vel *mucilento* collecto, aut viscoso generent (*l*) *poros*, quos nos transitus dicere poterimus: dehinc etiam *lapides* (*m*) sufficiant, qui quidem articulos solvant, & cutem distendant, atque erumpentes promineant, & *chirurgia* detrahantur: aut exilientes (*n*) *cyathis*, cum ferramento tollantur, quod nos (*o*) *laureolum* dicere poterimus, & rursum renascantur. Tum *membra* dolentium partium, cessante nutrimento, *tenuata* languescunt, & *arida* efficiuntur. Erunt præterea *ægrotantes* parvis ex causis mobiles atque *iracundi*, siquidem motum vel actum non sine querela accipiant.

34 Principaliter autem hæc passio constituitur in *nervis*, vel eorum (*p*) *colligationibus*, tum cætera morbo consentiunt, atque contiguos vel superpositos *lacertos*, & majores nervos pati demonstrant. Est præterea passio *non facilis* curatione, & aliquando magnitudine *insanabilis*, non ut plerique putant (*q*) *naturæ*. *Causæ* autem difficillimæ curationis, vel, ut sæpe contingit, impossibilis, *manifestæ* atque plurimæ

k. sequitur *in statu existentis*.

l. tophos; legisse videtur Aurelianus πόρος, non πώρος
m. sufficiuntur
n. ambiente articulum membrana
o. Scalpreolum σμίλιον *Locus affectus*.
p. i. ligamentis & tendinibus
q. natura *Cur curatu difficilis*.

mæ reperiuntur. Est enim passio in *nervis* constituta qui (*r*) sint natura *densissimi*, & inter articulorum *nodos* constituti, quorum *angustia* comprimuntur, & ad omnem motum asperantur, magis in *pedibus*, hi enim plurimas *conligationes* nodorum naturaliter, habent, & totum corpus sustinendo (*s*) laborat. Præterea hæc passio initio *parvitatis* causa negligitur, & contempta convalescit: quippe cum e (*t*) multis minime credatur emergere. Alii denique *digiti* luxati, aliqui *pedis* versionem, aliqui cujusdam rei calcatæ, vel offensæ *duritiam* aut (*v*) *fervorem* queruntur, tum necessitate coacti augmenti temporibus in *confessionem* veniunt ægrotantes. Ob hoc igitur passio perseverare, atque corpora possidere meditatur. Non autem minus etiam longorum *lenimentorum* causa, quibus recessisse putatur, cum sanos ægrotantes fingendo promittit, adjuvante etiam *intemperantia*, quæ cum sæpe concipi passio perspicitur, manere posse non dubitatur. 35

r. sunt

s. laborant

t. aliud quid esse putantibus

v. a feriendo: ictum

Curatio in statu: hujus §. initium est mutilum.

Quod dicam diatrito. Si venter officium non agnoverit, *clyster* adhibendus simplex, *atque ita totius passionis* statu *accepto ut inflata vel* tumentia] *loca videantur*, *scarificatio* adhibenda: & ubi permiserint partes *cucurbita* fingenda, vel *hirudines* admovendæ. Est autem omnium [*x*] levior (*y*) præter cucurbitam *scarificatio*. Siquidem nulla quassatio partium fiet, quæ necessario cucurbitæ conjuncta est. Item *hirudinum* morsibus consensus adjungitur, & propterea, ut supra dictum est, simplex [*z*] *conflatio* lenius probatur. Adhibenda etiam *vaporatio* spongiarum, tum aquæ calidæ *fomentatio*, vel [*a*] aqua & oleo, aut decoctionis fœnigræci, aut lini seminis, vel hybisci. Item *cataplasma* mitigativum, quod jamdudum minime posse adhiberi videbatur, siquidem tumentia *pondere* gravari non debeant. Sit igitur *panis* diligentius emollitus, *solus*, aut admixta radice (*b*) *argallici*, quod *Græci* σύμφυτον vocant, vel *hybisci* decocta, vel cujusquam similis virtutis quorum probavimus adhibendas vaporationes. Tum cum firma *declinatio* fuerit constituta, adhibenda *lavacra*, atque *varius* cibus, & *aqua* (*c*) potu danda, & propter passionis *nequitiam* adhibenda etiam *cerotaria* ex oleo dulci, vel cyprino, aut ex *adipe* confectum medicamen, quod *Græci* διὰ τεσσάρων vocant, tunc malagma *Diachylon*, vel *Mnaseum*, aut quod appellant *Diateleos*, vel 36 37

x. levissima

y. sine cucurbita

z. scarificatio lenior *alii* difflatio

a. aque & olei

b. Ali gallici, ex mente C.B. consolidæ majoris

in declinatione

c. potui

dia-

38 *dioxelæum*, vel (*d*) *diathalassestum*. Paulatim fortificandum corpus *deambulatione* liberis calceamento pedibus, & cum *cautione* adversantium rerum, ut *ne quid nimis*, maxime *vini*, aut *indigestionis*, aut *Veneris*. *Arthriticis* vero convenit etiam digitis *ceram* emolliendam dare, vel (*e*) *manipulos* tenendos, quos *palestritæ* ἀλτῆρας appellant, tum movendos, cereos, vel ligneos primo, cum parvo plumbo interfuso: tum pro modo profectus graviores: & in *tardante* passione, *superpositionis* tempore supradicta servanda *simplicitas* curationis. In *lenimento* vero adhibenda *fortificatio*, tum *recorporatio*. Sit igitur primo *gestatio* pro modo virium, tum *deambulatio* molli stramine coæquato solo, adjecto *vocis* exercitio, cum corporis *unctione*. Etenim (*f*) *vacatio* crassificat corpora, adeo etiam (*g*) & in hiis qui ex aliis forte plurimo tempore jacuerint causis, hac ratione *articuli* [*h*] commoveantur, cum *nervi* non exerciti (*i*) *validiores* efficiantur. Adhibenda etiam *lavacra* per intervalla dierum, & *varius cibus* ex mediæ materiæ qualitate: *vinum* parvum, lene, & semper post cibum: tum *dropax* simplex, atque compositus: *paroptesis* ex igni, vel ex sole, atque pellibus fervefactis, & ex arena littoris: tum *aspergines*, quas Græci συμπάσματα vocant, ex nitro, & adarce, & euphorbio, & sæpe memoratis speciebus: tum *ungenta*, & *acopa* ex squilla confecta, & agresti cucumere, item euphorbio, & adarce. Dehinc *malagma* adhibendum, ut est quod appellant (*k*) *Diabalon*, aut *Diadaphnidon*, aut *Diadarces* aut (*l*) *Diastactes conias*, vel quicquam similium: item rubor cutis ex *sinapi* faciendus, quem *Græci* φοινιγμὸν appellant: item *drimyphagia*, & *cyclorum* regula, & radicum *vomitus*, & hellebori, & *embasis* facienda, sicut de *ischiadicis* scribentes memoravimus: vel *fomentatio* ex decoctione artemisiæ herbæ, aut marinæ ferventis aquę, dehinc *natatio* fervens, vel frigida. Item usus adhibendus *aquarum* naturalium: calidarum tum frigidarum, ut sunt in *Italia* quæ appellatæ sunt *Albulæ*, vel (*m*) *Cotiliæ*: & omnium supradictorum affectanda *repetitio*, dabit enim curatio *integram sanitatem*, aliis raram doloris *admonitionem*, ne jugi superpositione vexentur.

d. διὰ ἁλὸς ἄνθους describitur pag. 624. a Paulo. Dioxelæum vero pag. 829. ab Aetio.

e. vide cap. 1. lib. 2. *extra paroxysmum*.

f. sc. a motu

g. ut in iis

h. vexentur

i. invalidiores

k. διὰ τῶν ἁλῶν Gal. κ. γ. lib. VII.

l. ex resina strobilina

m. Cutiliæ

40 Veterum quidam *annalia* medicamina potanda probaverunt, ut est quod appellant *Diacentaurion*, item *Diascordeon*, bibendum anno continuo judicantes, & iis qui non plurimo tem-

Veterum quorundam curandi methodus.

n. tempus
o. i. nullis cruditatibus aut obstructionibus impedito.

pore fuerint passione vitiati, hoc est intra *quinquennii* [*n*] temporis constituti, adjicientes quod bibi debeat medicamen (*o*) *prædigesto* corpore, & omnino nullo obstaculo impedito. Sin minus, repræsentandum *numerum* dierum, quo *integer* compleatur *annus*, quanquam longo tempore porrectus. Secundum nos autem juxta *Sorani* judicium est metuenda *diuturna* medicaminis sumptio, cum neque soliti cibi juges, atque iidem utiles, recte probentur. Sic denique legimus quosdam veteres memorasse ex *jugi medicamine* poto in celeres, vel *acutas* venisse passiones, & alios *apoplectos*, alios *pleureticos*, alios *pleripleumonicos* interiisse, item quosdam continua difficultate spirationis affectos, quam *Græci* δυσπνοιαν vocant. Alii vero qui se isto medicamine profecisse testantur, non advertunt servatæ (*p*) *digestionis* causa id fuisse (*q*) permissum: quippe cum cæterarum rerum *excessus* declinando, quidam servaverint *sanitatem*, cum interrumpere(*r*)metuerint sumptionem medicaminis suis: & propterea his intentionibus occupati alias sibi nesciverint profuisse rationes. Item alii *ustionem* nodorum faciendam probant, quam nos reprobamus: siquidem consensus faciat *tumorem*. Item *alii* transeundum ex aliis in alia probant [*s*] *ungenta* & *cataplasmata*, nunc specie, nunc genere differentia, donec ægrotantes releventur: siquidem alia pro aliis corporibus videntur convenire, & propterea doloris mitigatio sequitur. Ordinaverunt denique etiam *contrarias* virtute materias laxativas simul, atque constrictivas, & recorporativas, ut *Mnaseum* malagma, vel *diachylon*: item e contrariis vehementius constrigentia, ut [2] *dyateon*, & *cyzicenem*, & [*t*] *Erasistrion* emplastrum: item ex panici polline, & lini semine *cataplasma*, & ex coliculo agresti, vel herba (*v*) *erigeronte*, & [3] *bramite*, & *mandragora*, & *alterco*, & lenticula, & citri medio, vel peponis, & origani, vel thymi, aut *uvæ lupinæ*, aut portulacæ, aut betæ, aut mali punici foliis viridibus, vel ejus caduco, quod Latini (*x*) *ambulacium* vocant, decocto cum aceto, aut ruta agresti cum aceto, singulari, vel cum [*y*] simplici alica, aut aceti sedimine, cum apio: aut *vitis*

Medicaminum nimis diu, & frequenter usurpatorum noxa.

Error vulgi notatur.

p. bonæ & severæ diætæ
q. factum
r. metuerent

42

43

s. unguenta

t. Erasistratium

44

v. senecione

x. Ampullagium. lib. 4. §. 52.
y. simila, aut alica

2 Dia iteων describitur ab Aetio pag. 834. cyzicenum ab eodem pag. eadem.

3 Stratiote: stratiotis fluviatilis folia Diosc. refrigerant, tumoribus & ignibus sacris medentur: quæ inflammationem minantur, tumescere non sinunt.

vitis folia, cum simplici pulento, vel [z] *herbi* polline, aut fabæ, vel hordei, aut *lolii*, aut lupini, cum *fece* vini, vel aceti, vel ex fico decocto cum aqua & vino,
45 & contrito, donec mellis sumat crassitudinem: Ex (*a*) quo detractis (*b*) durioribus partibus imperant coquenda rursus residua: Item ex *papaveris* (*c*) coliculis, quos *Græci* κωδίας vocant, vel eorum foliis, & *malis* cydoniis & punicis in vino decoctis, & *bulbis* cum melle, vel (*d*) *alterci* radicem cum *styrace*, vel (*e*) *iaquintio*, & *marrubii*, item *calce* melli concocta & *opio*, [*f*] storaci, & amygdalis amaris, cum cyprino oleo, & aceto jugiter coctis partes ungendas docent: ex *dissimilibus* rebus sine ullo ordine materias admoventes, & *insanabiliter* simul atque indocte (*g*) descensum ab alis in alias species faciendum (*h*) jubent, donec, ut æstimant, (*i*) judicia reperiantur. Siquidem sit pro corpori-
46 bus alius ex alia specie liberatus. Et est hæc *experimenti tentatio*, quam Græci σχεδιαστικὴν πεῖραν vocant, quæ non destinata passionibus adhibet adjutoria, sed *probanda*. Fit præterea ut *accessiones* tempora percurrant, & *sua sponte* levigentur, atque ita occurrens declinatio, vel paulo proximius lenimentum, eventum curationis afferat. Quod si forte vere profuisse putaretur *declinationi* adhibitum, rursum *initiis* noxium necessario comprobatur. Siquidem non suo tempore videatur admotum. Alios igitur ex aliis relevatos rebus existimant. Sed hoc *temporum* fieri causa respondere debemus, quæ corpora urgentius obtinere necesse est. Conveniunt enim
47 (*k*) *in istis* mediocriter constrigentia: *augmentis* vero, atque *statui*, mitigantia vel laxantia: *declinationibus* emollientia: *lenimentis* fortificantia, atque recorporativa: *frigida* vero vel coercentia, quæ [*l*] agrostica vocant, etiam igne sacro vexatis, admixta congrua efficiuntur. Sed aiunt aliqui nunc quoque tanquam laxativa (*m*) incensos (*n*) *frigerantia* relevare. Fervori etenim ex *tumore* venienti admota ejus (*o*) tactu tepefacta conveniunt, & tunc *temperata* mitigant, tanquam aquæ ferventi admixta frigida. Sed est hoc *falsa* conclusione collectum, quam *Græci* sophisma vocaverunt. Oportebat enim, quantum ad hanc, ut putant, rationem, omni tumori frigidas convenire materias. Igitur secundum pas-
48 siones ac *tempora* nos (*p*) discretas aptamus. Alii vero [4] *acopum*

z. ervi
a. emplastri apparatu
b. simplicium lignoforum quæ teri commode non possunt
c. folliculis, capitibus
d. hyoscyami radice
e. hyacinthi radice, & foliis
f. styrace
g. transitum
h. jubentes
i. medicamenta morbo congrua
Qua cuivis paroxismi tempori congruant.
k. initiis
l. ἀποκρυστικὰ
m. inflammationes
n. frigiditate sua juvare
o. contactu
p. i. diversas medic. materias

4 describitur ab Aetio pag. 674.

q. Rubeta *r.* vituli adipe pedes

pum ex rana (*q*) *rubea* in podagricis admirantur, alii *marini* (*r*) *vituli*, alii pedes unxerunt, ex ejus tergo *calciamenta* facientes: alii viventem *beluam* oleo coxerunt, alii *lupum*, & specialiter unctionis genus hoc convenire probaverunt. Multa enim *ficta* sine ratione creduntur, cum forte passio

s. in corpore

non fuerit *insidiosa*, & cum [*s*] corpus tardaverit, non in uno atque eodem tempore perseverans. Item plurimi *vomitum* post cibum laudaverunt, secundo, vel tertio, per *menses* singulos adhibendum: siquidem & materia (*t*) redarguit,

t. ab articulis avertit

& indigestos esse non sinit, non advertentes quod magis vexabilis approbetur, cum hoc adhibito *gingivæ* putrescant, 49
dentes moveantur, *oculi* confundantur, & totum impleatur *caput*, *stomachus* quoque graviter afficiatur, & propterea omnes consentiant *nervi*. Est igitur conveniens magis *parva cibatio*, atque initium ex abstinentia ciborum sumendum curationis.

Notantur quidam Medici.

Multi autem medicinæ scriptores *purgativis* & acrioribus (*v*) pollent *clysteribus*, & *urinalibus* medicamentis, quæ diu-

v. uti solent *x.* est

retica vocaverunt. Sed oportet cavere *stomachi* vexationem; quæ *varietate* facile medicaminum fit, item *vesicam* quæ (*x*) sit nervosæ qualitatis, provocare. Tradit enim necessario universo corpori vexationem per cibi cognatam *nervorum* qualitatem. Specialiter autem *veterum* pertransiendo errores, va- 50
num puto, atque prolixum quod de *podagricis* scripserunt, & propterea fastidiosum maxime, cum sufficiat communis

y. earum auctoribus

materiarum memoratio suprascripta, tacitis (*y*) *dominis*, qui nunc dicentur. *Diocles* libris quos de passionibus atque causis & curationibus scripsit: *Praxagoras* tertio libro de morbis: *Erasistratus* libro quo de podagra scripsit, prohibens tamen *purgativa* adhiberi, quæ cathartica vocaverunt, *malagma* vero *Ptolemæo* regi promittens, cujus scripturam non edidit: quanquam quidam sibi visum *Erasistrati* nominent 51
medicamen. Item *Erophili* sectatores multi, atque *Asclepiades* libris ad Erasistratum scriptis, & *Heraclides* Tarentinus, & *Themison* secundo lib. Tardarum passionum, aliqua ut *methodicus*, aliqua ut *non* methodicus decurrit: phlebotomat enim ex *pedibus*, & nihil approbat, & *cataplasmatum* qualitates confundit, non discernens a constrictivis laxativa. Quibus respondere quid oportet? cum *vinolentia* nervos amputet, *phlebotomia* patientes impleat partes. *Thessalus* autem secundo libro

bro *Regulari*, imperfecte quidem, sed [z] consequenter me- z. congrue
thodicis intentionibus *curationem* ordinavit.

CAPUT III.

52 *De Renali passione, quam Græci νεφρίτιν appellant.*

REnalis passio a patientibus partibus *nomen* accepit. Est autem (*a*) intellecta passio *tarda* renis aut renum: passio, inquam, tarda: siquidem cum insidenti atque *perseveranti querela* renalem intelligimus passionem, & non ex novello atque *recenti* tumore, sicuti neque cujusquam ossium *coxæ*, ni fuerit perseverans, *ischiada* intelligere poterimus. Item adjecimus *renis*, aut *renum*, siquidem nunc alterum, nunc utrosque tenet renes *tumentes*, ac duratos, & in *saniem* sæ-
53 pe venientes, & ulceratos, & (*b*) *humore* fluentes. Igitur de cunctis purulentationibus, vel *vomicis* communiter (*c*) secundo dicemus: nunc de cæteris supra memoratis scribemus, & primo de *tumore*. Antecedentes itaque *causæ*, quæ renalem faciunt passionem, aliæ *manifestæ*, ut perfrictio, indigestio, *percussus*, casus vehemens super clunes, *acres cibi* plurimi contra consuetudinem, *libido venerea* vehemens, vel *urinalia* fre-
54 quentata medicamina, aut *venena*, quæ specialiter ipsas (*d*) afficiant partes, ut sunt ex (*e*) *cantharidis* confecta. Afficiuntur autem hac passione, juvenibus magis (*f*) *graviores*, atque senes, & (*g*) viri *mulieres*, & habitudine plenis (*h*) *tensiores*: siquidem fit in iis gravior, & generaliter curatio difficilis, ob *angustiam* locorum, quæ passione vexantur, & ob *acrimoniam* urinæ, quæ insuete aliquando renibus immorata in vesicam transit. Sequitur autem patientes, cum adhuc *levis* fuerit tumor, *dolor* levis, & magis cum *proni* fuerint inclinati, secundum (*i*) *clunes*, & circa *ilia*, alterius aut utriusque partes, & priorum in clunibus nodorum. Cum autem
55 tumor *vehementescere* cœperit, dolor etiam plurimus fit cum *gravedine* & *fervore* clunium omnium, atque *iliorum*, & *pubetenus*, vel umbilico cum *consensu* usque ad vesicam tendente, ob tumorem *urinalium* viarum, quas *Græci* (*k*) ureticos poros appellant: quæ quidem a renibus usque ad vesicam sunt porrectæ, attestante *urina* tenui, & aquata, & ita *subalbida*, ut colaturæ liquidæ colorem fingat, (*l*) quam *Græ-*

a. de qua hic agitur *Quid sit nephritis.*
b. sanguine aut sanie
c. postea
Ejus causa.
d. afficiunt
e. cantaridibus
f. grandiores
g. viris
h. tenuiores
Signa & symptomata
i. lumbos
k. πόρους ὑρητικοὺς
l. quem

m. i. cæruleũ. n. ἐναιώρημα

ci (m) χαρωπὸν vocant, & primo *parva*, dehinc *plurima*, aut coacervatim effusa, quæ nullam faciat (n) relevationem, pejorante tumore, in [1] *feculentum* colorem veniens, cum jam nimia tensione tenuissimæ *venulæ* fuerint ruptæ: item in *vi-* 56
ni transiens qualitatem viscosæ crassificationis causa: tum (o)

o. oleosa, aut

oleosum veluti adipis qualitatem simulans, cum renum [2] *fluor*

p. acciderit.

pinguis (p) acceperit. Dehinc per incrementa etiam *febres* accedunt, cum consensu *jecoris*, ut quidam etiam *fellis* colorem sumant, attestante *ventris* abstinentia, cum tormento, & ructatione, inflatione cogente. Tum *hebetudo* sequitur, & 57
articulorum frigus & *vomitus*: & tardante passione, corporis

q. curvi

tenuitas nimia, adeo ut quidam [q] *uncati* permaneant, & semper *proni* ambulare cogantur, nec unquam se erigere possint. Est præterea signum *declinationis*, supradictorum in contraria mutatio, ut *urina* aquata in crassitudinem veniens: crassior vero vel viscosa in tenuitatem: item quæ paulatim atque cum *mordicatione* ferri solebat, sine labore adveniens, & si plurima, mediocris effecta, & ad summum omnia cum naturæ solita, vel similia fuerint visa. Aiunt aliqui eos, qui 58

Hic multa desunt.

ex *casu* vel percussu, aut vehementi *libidine* fuerint, tormenta, irruisse videantur: *colicos* vero major interior, vel venteri vicinarum partium dolor sequatur, atque inde sumat exordium, consentientibus vel compatientibus clunibus. Item

Quomodo distinguenda nephritis a Colica.

renali vitio extemplo *difficultas* urinæ conjuncta est. *Colicis* vero per consensum, atque *secundo* concurrit. Hæc est similium passionum discretio. Accidunt hæc item similia etiam in (r) *urinalibus viis* vitio constituto, ex renibus quæ usque ad vesicam ducunt, quibus eadem quæ supra diximus, recte concurrunt, sed *dolor* vel ejus sensus erit *inter renes* & intestina, & *vesicæ fundum*, nulla inflatione vel extantia in externis renum partibus prominente. Hæc est omnis 59

r. uretheribus

Curatio eadem quæ sanguinem spuentium.

atque perfecta significatio. Sed oportet *sanguinis mictu* affectos similiter curari tanquam sanguinem *spuentes*. Non vero, qui cæteris fuerint passionibus adfecti, sicut de vesica scribentes demonstrabimus, pro suis concursibus vel accidentibus, quæ *Græci* symptomata vocant, partita curari ratione. Non enim sola *generalis*, sed etiam *specialis* eorundem convenit adjutoriorum curatio, solum differens, quod ea quæ *localia* sunt

1 sanguinis portione quadam admixta. τὸ τρυγῶδες χρῶμα intelligit.
2 Ex adipis eorum colliquatione.

ſunt adjutoria in iis, qui *renalibus* laborant vitiis, magis clunibus adhibeantur. Illis vero qui [ſ] *veſicæ*, pectini, vel *pubetenus*, quod *Græci* [3] perineon vocant.

ſ. ſub. vitiis laborant

3 Cælius hic, ut paſſim, vocum Græcarum proprietatem non admodum obſervat; περιναῖον enim proprie ſignificat ſpatium inter pudenda & anum, Latinis interfœminium dictum.

60 CAPUT IV.

De tardis veſicæ paſſionibus.

Morbi quidam veſicæ proprii

IN veſica *ſpeciales* plurimæ paſſiones eveniunt, *tumor, collectio, ulcus, durities*, φθειρίασις, item ψωρίασις, quam *ſcabiem*, vel ſcabrum appellant, (*a*) *capillatio, debilitas, paralyſis, calculatio*, quam λιθίασιν vocant, *ſanguinis* fluor, ſive effuſio, quam αἱμωῤῥαγίαν appellant, *mictus tarditas*, aut difficultas, aut in toto *guttæ* aquatiles, quas ὑδατίδας vocant. Sed ne porrecta longitudine, faſtidioſa curatio videatur, una præceptione omnia apprehendere feſtinandum. De *paralyſi* igitur ſuperius docuimus, cum de ea ſpecialiter diceremus.

a. θριχίασις

61 De *collectionibus* vero & *ulceribus* ſecundo dicemus, cum de *ſingulis* corporis partibus communem trademus curationem. *Tumente* igitur veſica, ſequitur *dolor* ſecundum *pectinem*, atque *veretri* radicem, & *ilia*, & *clunes*, & magis initio ac fine urinæ reddendæ: item *fervor* incendioſus: item *pulſus* & *exſtantia* partis in paſſione conſtitutæ, cum *jugi* ac frequenti urinæ reddendæ *deſiderio*, & repentina *ceſſatio*, ac rurſum egeſtio fit cum dolore intolerabili per ſingulos mictus, ut extenti ægrotantes etiam *ventum* per podicem reddant, aut ipſe *podex* præcadens excludatur; & præterea ægrotantibus [1] *ſupinus* exitus urinæ facilior. Quidam denique neceſſitate

Signa veſicæ inflammationis, & calculi.

b. latis ſedilibus

62 coacti *defixo capite* ſuper (*b*) latus pedibus ſeſe locaverunt, ut *lapis* anguſta deferens loca, atque *veſicæ aditum* repetens, mictus tribuat facultatem. *Mulieres* denique etiam *digitis* immiſſis, in muliebrem ſinum ſibimet ipſæ, hortatione quadam lapidem provocando [*c*] dimiſerunt. *Pueris* autem magis prominens *veretrum* fit. Sæpe etiam *extantia* quædam ægrotantibus occurrit, ſi ſuo digitum injecerint *podici*. In ipſa præterea urina *ſedimina* inveniuntur, aliquando (*d*) *craſſiora*, & (*e*) *calida*, aliquando *arenoſa* & ſaxoſa. Item quibuſdam *aſper lapis*, aut ſanguinolentus excluditur, & ſanio-

c. emiſerunt excluſerunt

d. Aphor. 31. lib. 7. & 77. lib. 4.

e. pallida

1 Dum ſupini jacent, capite decliviori, quoniam in eo corporis habitu lapis in veſicæ amplitudinem relabitur, ex colli anguſtiis.

ſus. Sed quoniam *ſigna communia* ſequuntur *ulceribus* veſicæ 63
atque *lapidibus* generatis, & iis qui *gelato ſanguine* impediti mictus difficultate afficiuntur, confirmabitur apprehenſio *lapidis* generati, adhibita [*f*] *melotide*, cujus rationem atque uſum Reſponſionum libris, *chirurgiam* ſcribentes pleniſſime tradidimus. In quibus etiam auferendi lapides opus docuimus. Nunc enim correctionem demonſtramus cujuſdam in corpore *morbi*, quo veſica *lapidum* generatione vexatur, & non ut alium *maſculum* appellemus lapidem, alium *fœminam*, veluti quidam levium medicorum, ſed quodam *corporis* vitio, non adhibita *recorporativa* curatione, cum ſolius auferendæ (*g*) *alienitatis* intentione medici [*h*] capiantur: [*i*] cujus plurimæ ſunt differentiæ.

f. cathetere ſolido, non fiſtuloſo, Græc. μηλωτρὶς

g. ut lapidis, ſanguinis grumi &c.

h. non autem recorporationis deinceps faciendæ.

i. Nam ejus *Alii veſicæ morbi, ut ſtranguria: dyſuria: iſchuria:*

Eſt præterea urinæ reddendæ impedimentum, quod Græci *ſtranguriam* vocant, mictus officium retardatum. Difficultas autem, quam iidem *dyſuriam* appellant, quæ id adjuncto dolore [*k*] ingeſserit. Impoſſibilitas autem, quam [*l*] *uriam* vocant, perfecta ejus officii negatio. Sed hæc *tria* accidentia, quæ *Græci* ſymptomata vocaverunt, nunc *ſtricturæ* ſunt appendicia, cum tumor veſicam tenuerit, ſive durities, aut paralyſis, vel tenſio, ut quidam volentes urinam uſu ſolito ac naturali deponere, obſtantibus cauſis, longo tempore continentes *officii dilatione* vexentur: aliquando (*m*) *alienitatis* obtruſione veſicæ impedito meatu, ut *lapidis*, aut *arenæ* aut *capillorum*, aut *ſquamullarum*(*n*) cantabri ſimilium, vel quocunque ſedimine craſſiore. Fluor autem *ſanguinis* per veſicam, quam *Græci* hæmmorrhagian (*o*) vocantes manifeſtus, 65
cum acervatim per urinæ meatum ſanguis excluditur. Sed quoniam non (*p*) ſolo ex *ambitu* veſicæ fluor iſte fit, ſed etiam ex *collo*, vel *mictualibus* [*q*] viſco acervatus ſanguis excluditur: aliquando etiam de *renibus*, erit locorum diſcretio facienda. Nam *renibus* patientibus dolor in *clunibus* demonſtratur. (*r*) *Veſicæ* autem ambitu patiente, ſub umbilico, vel *pubetenus* apparet dolor, & ſæpe urinæ commixtus ſanguis excluditur. Item *collo* veſicæ patiente, circa *veretri* initium, quod *Græci* perineon vocant, dolor ſentitur. *Mi-* 66
ctuali autem *via* patiente, ipſam *veretri* radicem dolor affi-
cit, atteſtante ſanguinis *puritate*, cum jugi ac non interca-
pedinata emiſſione, etiamſi digitis loca, quæ juxta (*ſ*) *ſeſ-*
ſionem veretri ſunt, preſſerimus, quo in loco eſt ultima

Mictus ſanguineus,

n. furfuris

o. vocant; eſt

p. ſolum

q. viis urethra

ex renibus: veſica,

r. Aphor. 39. lib. 7. & 80. lib. 4.

& ejus collo:

ſ. infimam partem

mi-

mictualis via, quam, ut supra diximus, [*t*] *uræam* Græci vocaverunt. Nam si ex aliis locis sanguis feratur, *digitorum* impressione magis abstinetur, cum supradictis locis, hoc est, *perineo*, vel *podici* vicinis renititur impressio. Tunc (*v*) ex vesicæ *collo* (*x*) impedimento repressus feretur: ex *superioribus* vero abstinetur. Aliorum autem medicorum *signa* de his discretionibus conscripta *Responsionum* libris chirurgiam scribentes elogiavimus.

t. urethram
v. enim
x. impedito pressu referetur, ac in superioribus viis abstinebitur

67 Sunt autem *vesicæ* vitia, vel passiones generaliter *curatione difficiles*. Est enim natura *nervosa*, & altioribus insita locis, atque *celata*, & quæ corporis (*y*) *superflua* sustineat acriora. Sed ne *Methodi* rationem variare videamur, erit demonstrandum, quoniam *fluori* sive solutioni vesicæ, quam *Græci* ῥευματισμὸν vocant, sunt adscribenda plurima, quæ specie discrepare videntur, ut plurimus mictus cum (*z*) *arenoso* vel (*a*) *capilloso* sedimine. Item *sanguinis* fluor: *strikturæ* autem adscribendus *tumor* est, atque *durities*, vel saxea du-
68 ritas, quam *Græci* σκίῤῥωσιν vocant. Horum *duplicem* generaliter in superpositionibus *curationem* demonstramus. Fluente igitur vesica, hoc est, *solutionem* patiente, locandus æger in *frigido* mediocriter loco, adhibita *requie*, cum *abstinentia*, & articulorum tenaci *ligatione*: & si *sanguinis* fuerit fluor, *clunibus* prominentius sublevatis: & officio *mictus* admonente, quantum datur, imperandum ægro, ut neque id *retento* faciat *spiritu*, neque *vi* quadam, vel conatu, excludi cogat aliena. Apponenda etiam *spongia* nova aceto tincta, secundum *clunes*, vel *umbilicum*, ac pubetenus, quod *Græci* ἧτρον appellant, usque ad *veretri* initium, quod iidem *perineon* vo-
69 cant, addita tenaci cum amplexu *ligatione*. Tum *epithemata* iisdem locis, atque *cucurbita* constrictiva adhibenda. *Potus* dandus frigidus: parvus *cibus*. (*b*) Species, de sanguinis fluore & sputo scribentes, docuimus. Similiter etiam, quæ (*c*) præbibenda, conscripsimus, ejusdem scilicet qualitatis. (*d*) Et *sessionem* ex vino [*e*] vehementiori confecta, quam ἐγκάθισμα vocant, in qua sint præcoctæ *murtæ* bacculæ, cum *rosis*: vel in pusca, aut aceto facta decoctio herbæ [*f*] *taliæ*, vel *rubi*, aut mali *punici* corticis, & horum similium: vel per *ferramentum*, quod *Græci* καθητέρα vocant, *injectio* (*g*) secunda, quæ similiter medendo constringant, *acaciæ*, *hypo-*
70 *cystidis*, aut *plantaginis* (*h*) succo, vel *polygonii* herbæ, aut

z. Aphor. 79. lib. 4.
a. Aphor. 76. lib. 4.
a. *solutione*:
b. cibi, potus, epithematum
c. sc. medicamina
d. Prodest & sessio
e. austeriori
f. surculorum oleagineorum
g. facienda eorum quæ
h. succi

intybi, vel *puſcæ* frigidæ, ſingularis, aut adjuncta *thuris* drachma una, cum æquali pondere *hypocyſtidis*, vel *gallæ*, cum nigro vino, vel [*i*] *taliæ* herbæ aqua cœleſti concoctæ: quæ cum fuerit expreſſa & adjecta, erit aqua (*k*) coquenda, donec ad mellis veniat craſſitudinem. *Mulieribus* vero etiam *peſſaria* adhibenda, quæ ad fluorem matricis *Reſponſionum* conſcripſimus libris, muliebria vitia curantes. Eſt autem *curatione* (*l*) correctior, ac facilis *eruptione* factus, vel (*m*) *oſcitatione* ſanguinis fluor, vel percuſſu, aut ſaltu confectus. Etenim (*n*) *influxio* abſtinetur, & rupta conglutinantur: *difficilis* vero correctione ex *putredine* effectus fluor. Retento enim *ſanguine*, vel abſtento, *ulcus* (*o*) permanebit. Eſt præterea ex *putredine* ſanguis *ater*, & male redolens, atque *purulentus* ex ulcere præfecto, & *dolore* antecedente, qui putredinis cauſa adveniſſe videtur. In *eruptione* autem flavus, & non (*p*) antecedentibus ſupradictis, ſed (*q*) *excuſſu*, vel ſaltu, aut percuſſu effectus. Solent præterea ſicut in podice, vel fœminarum ſinu, aut matricis collo, etiam in veſica *hæmorrhoides* generari, quæ fluorem ſanguinis præſtant, quibuſdam *intervallis* variatum, quod oportet apprehendere prudentem, cum non coadcervata primo fuerit effuſio, ſed augmentis quibuſdam promota, interjectis defectionibus, ac ſæpe retento ſanguine *doloris* pubetenus admonitione (*r*) ceſſante cum tenſione *inguinum*, & gravedine *clunium*, vel *renum* conſenſu: & cum *ſanguis* eruperit, ſupradictorum [*ſ*] *relatione* ſequente, ſiquidem aliquando inflatę ac tumentes *hæmorrhoides* difficultatem, vel abſtinentiam faciunt mictus, quam Græci *dyſuriam* vocant, vel (*t*) *uriam*. Hæc ſunt quæ de his neceſſario dicenda credidimus. *Declinante* autem paſſione, convenit adhibere *cerotaria*, ex murtino, vel viridi oleo, & alumine, *cibum* varium dare, atque *vinum*, ac deinde *lavacrum* adhibere.

i. thaliæ
k. recoquenda
l. ac correctione facilior
m. oſculatione
n. effluxio
o. permanet
p. nigredine: fœtore: pure: dolore
q. lapſu ex rheda aut vehiculo
r. atteſtante; quidam *ceſſare* exponunt, cum ſanguis fluere deſinit.
ſ. relevatione
t. iſchuriam

71

72

At ſi *ſtrictura* fuerit ventris, vel veſicæ, convenit jacere ægrotantem *loco* mediocriter *calido*, atque *lucido*, adhibita *abſtinentia* uſque ad tertium diem, cum *requie*. Item *locis* in dolore conſtitutis *manuum* calidarum, cum blando amplexu *vaporatio* adhibenda: vel *pubetenus*, ac *veretri* initio, & *clunibus* calida *linteamina*, aut *vaſcula* ex aqua calida, vel *ſaccelli* ex pollinibus calidis, aut *veſicæ* oleo calido plenæ admovenda, ac ſi *vehemens* fuerit dolor, *phlebotomia* adhibenda: & partes

a ſtrictura,

73

tes in passione constitutæ *lanis* (*v*) limpidis oleō calido ac dulcis infusis contegendæ, ex eo etiam *totum corpus* ungen-
74 dum: tum *ora* fovenda. Adhibenda etiam *encathismata* ex aqua calida, vel aqua & oleo, aut decoctione laxativa ex iis quæ sæpe memoravimus. Tunc *cibus* dandus sorbilis, & *potus* aqua calida, moderatione dominante, & usque ad *declinationem* passionis, intervallis dierum, nutrimenta offerenda. Ac si *dolor* minime cessaverit, convenit usus *cataplasmatis* laxativi, & *cucurbitæ* appositio levis, quam *Græci* κοῦφον appellant, cum adjecta scarificatione, & *vaporatione* spongiarum aqua calida expressarum. Ac si *venter* retentus fuerit, *clyster* convenit simplex: & secundo *cucurbita* clunibus adhi-
75 benda, ac pubetenus (*x*) præraris capillis. Tunc *hirudinum* appositio, quas sanguisugas vocant, atque *embasis* adhibenda ex calida & oleo: sic enim laxatis *tensionibus*, non solum dolores solventur vesicæ, sed etiam consequens *urinæ* difficultas, vel abstinentia. Cavendus præterea usus *urinalium* medicaminum, quæ diuretica *Græci* vocant. Etenim *vesicam* provocant, & propterea tumores faciunt commoveri. Ac si minutis doloribus urinæ (*y*) fuerit *retentio*, vel in toto conquieverit dolor, tanquam [*z*] factis superpositionibus repetant *lenimenta*, adhibenda *fortificatio* per variam *gestationem*, & *vocis* exercitium, *unctionibus* quoque ac *defricationibus* admotis, quæ superiora corporis magis exerceant, interjecto
76 *lavacro*, & vario *cibo*, *ac vino*: & juxta methodicum modum adjectiones *cyclicæ* ac detractiones faciendæ. Tum ad *recorporativa* atque vehementia redeundum adjutoria, ut ex *resina*, vel *dropace*, ac *paroptesi*, & solis torrore, vel arena ignita, & appositione (*a*) *cucurbitæ*, forti raptu atque tractu quodam circunducto remota, corpora roboremus, morborum pulsa [*b*] *segnitie*, adhibito usu *asperginum*, quæ συμπάσματα *Græci* vocaverunt. Tum *malagmata* atque *acoporum* lacessentium usus adhibendus, adjecto etiam *sinapismo*, & *fricatione* partium, quæ passione afficiuntur. Tum *encathismatibus* utendum ex aqua marina, vel salsa calida, & magis iis qui *mordicatione* quadam locorum in iisdem passio-
77 nibus tanguntur: tum *cataclysmo* utendum, cujus (*c*) nominis vim præscriptis libris sæpius (*d*) latinavimus: ita *natatio* adhibenda aquarum sua virtute medentium, quibus magis erit in solutionibus utendum. Eligendæ sunt nanque spe-

v. non succidis

x. præsis

Cavendum a diureticis.

y. cessaverit

z. confectis, absolutis

a. Hanc *recorporativam cucurbitam* vocavit lib. 2. §. 31.

b. fibrarum ἀτονία

c. aquarum illisionem exposuit. c. 1. lib. 1. ruinam, cap. 1. lib. 2.

d. pro latino usurpavimus

specialiter quæ *aluminis* habeant qualitatem, ut sunt in Italia *Albulæ* appellatæ, & *Nepesinæ*, & (*e*) Cotiliæ, & *Auguriæ*. Iis vero qui *lapidibus*, vel *scabro* vesicæ afficiuntur, erunt eligendæ aquæ *salsæ*, vel quæ *nitri* habeant qualitatem, ut apud (*f*) *Tenariam* insulam, quæ potandæ, atque lavacro adhibendæ sunt. Tum residuus adhibendus est *cyclus*, & acriora medicamina potanda, ut ex radice *lapati*, & *capparis*, & *struthii*, vel *polii* herbæ, itemque *panacis*, & horum similium, & *lithotomia* in iis, qui majorem generaverint lapidem. Item in omnibus *hellebori* adhibendus est usus, si passiones supradictæ permanserint. Tum *navigatio* atque *peregrinatio*, & earum varietas appetenda. Erit præterea longo tempore, ut cætera quæque nimia, *Venus* præcavenda. Iis enim qui ob vesicæ *paralysin*, propter officium [*a*] scisscitandum usum *venereum* probaverunt, consentiendum non est: trahit enim secum totius corporis vexationem. Ob quam causam erit (*b*) probanda etiam ferularum tenerarum, vel tabellarum, usque ad *ruborem cutis* ab iis probata *percussio*, itemque *ustio*, & *scarificatio* (*c*) faciendæ puberenus, atque clunibus, & circa initium veretri circulatim, quod *Græci* περίνεον vocant, [*d*] debilitate afficiens. Sunt præterea aquosa [2] *semina* quæ excluduntur, & magis cum se *pronos* fecerint ægrotantes, vel celeri ambulaverint gressu. (*e*) Irruit autem corporibus, cum longa fuerint *debilitate* vexata, aut immodico usu *venereo* affecta. Sed est accipienda *curatio* ex iis, quæ de vesica *sanguine* fluente memoravimus. Item ex iis, quæ in *lenimentis* passionum fortificandi corporis causa, ac demutandi sæpissime probavimus. Est enim hæc passio seminalium viarum (*f*) *paralysis*.

e. Cutiliæ

f. Ænariam

Venerii noxa.

a. sollicitandum

b. reprobanda

c. facienda

d. i. quæ debilitatem afferunt

Gonorrhæa.

e. irruunt

f. immo potius Rheumatismus.

78

79

2 Serosi humoris corrupti & acris, per colem effluxum intelligit, quem Gonorrhææ speciem quidam esse putant. Vulgus vocat *chaude pisse*.

Hic deest Caput de Diabete: item de Seminis lapsu, seu Gonorrhæa: quæ duo capita in Indice huic libro in Editione Basileensi præfixo, notantur.

CA-

CAPUT VII.

De Somno venereo quem Græci ὀνειρόγονον appellant.

80 PEr *somnos* inanibus visis affecti ægrotantes *seminis lapsu* vexantur. *Nomen* autem sumpsit ab accidenti, siquidem effectum venereum provocando perficit. Sed generaliter, neque illico *passio* est, neque *accidens* passionis, quod *Græci* symptomata vocant, sed est consequens visis, quam *Græci* φαντασίαν vocaverunt, per somnum ægrotantes afficiens, ob desiderium *venereæ* voluptatis, vel jugem atque continuam *libidinem*; sive e contrario longam usus *dilationem* vel conti-
81 nentiam. Sed hoc frequentius accidens in *passionem* sæpe devenit; itemque alterius passionis aliquando *signum* antecedens fit, ut *epilepsiæ* aut *furoris*, quam *Græci* manian vocant, aut cujusquam similis morbi, quoniam vexationem ostendere probatur, atque præmoveri corpus, sive prætangi accessione ventura. Item aliquando antecedens *causa* supradictæ passionis, quam [*a*] *seminis* appellamus *lapsum*, fuisse probatur, a qua discernitur, siquidem illa passio etiam per diem *vigilantibus* ægris fluere facit semen, nulla *phantasia* in usum venereum provocante. *Somnus* autem venereus eo solo tempore, quo dormiunt ægrotantes, inanibus visis *con-*
82 *cubitum* fingit. Aliqui etiam ajunt ὀνειροπόλησιν ab ὀνειρογόνῳ discerni, siquidem ὀνειροπόλησις illa sit quæ per somnum concubitum *fingit*, cum [*b*] operantium sensu, sed *sine* seminis jactu: Ὀνειρόγονος vero usque ad (*c*) *defectum* deducit seminis lapsum. Sed *Melesius* nihil inquit supradicta differre: unum enim atque eundem fluorem dicit esse seminalium viarum. Sed quod *nunc* exclusio perficitur seminis, *nunc* impeditur, quanquam visa per somnum eadem fingantur, ob alias, inquit, irruentes fieri causas: sed non est plurima *discretio*, [*d*] nisi intentio adhibenda: quippe cum neque ad *curationem* necessaria comprobetur.

83 Eos igitur, qui ratione *futuræ* accessionis *epilepsiæ*, vel *furoris*, aut cujusquam alterius morbi commoventur, ex iis quæ *suis* sunt *passionibus* tribuenda, mitigamus: eos vero qui *specialiter* hoc vitio afficiuntur, tanquam parva *gonorrhæa* affectos curamus. Supradictorum enim augmentum in istam cadere passionem facit ægrotantes, (*e*) *flu-*

Quid sit somnus venereus.

ejus causa.

Aliquando epilepsiam aut furorem] præsagit.

a. Gonorrhæam *quomodo differat a Gonorrhæa.*

b. operis

c. effectum

d. nec

Curatio variandæ.

e. defluxionem ex aliis partibus accipientium

en-

entium seminalium viarum, vel *paralysi* vitiatarum causa. Quapropter convenit primo ægrotanti ab *intentione venerea* visa mentis avertere, quæ *Græci* phantasmata vocaverunt, atque *aliorsum* applicare intentionibus externis admotis. Siquidem facile quæ *vigilantes* accipiunt, *somniorum* visa 84
[g] ad activa cum hiis motibus exercent ægrotantes, & propterea corpus *seminis* (*h*) *discussione* vexatur. Tum *stramenta* duriora atque frigerantia procuranda. Jubendi etiam supra *latus* jacere, cum se somno dederint, & (*i*) ante se: vel supponenda tenuis ac producta *lamina plumbea* clunibus, vel *spongiæ* circundandæ [*k*] pusca frigidæ infusæ, vel (*l*) injiciendo loca rebus *frigidæ* virtutis ex (*m*) anterioribus, ut *balaustio*, vel *acacia*, aut *hypocystide*, vel *psylio* herba, quæ sunt singularia, vel cum palmulis adhibenda. *Cibus* etiam *constrictivus* dandus, vel densa- 85
bilis, & frigidus, ut de sanguinis fluore conscripsimus. (*n*) *Poto* quoque *frigido* nutriendi, vel constrictivis, non quidem curiose confectis. Tum adhibenda *fortificatio* ex communi resumptione, & facienda consuetudo *frigidi lavacri*, quod *Græci* ψυχρολουσίαν appellant. *Loca* etiam in passione constituta forti impressione *fricanda*. Sunt enim hæc sufficientia constrictioni faciundæ. *Aliqui* vero convenire dixerunt etiam *mictus dilationem* tendere, ne frequenti [*o*] officio causa refri- 86
cetur, & (*p*) *completa* vesica se somno ægrotantes dare, quo neque in altum somnum venire sinantur, & (*q*) intercessu frequenti [*r*] excitentur, quo *visa* venereæ voluptatis, quæ somno finguntur, amittant, & extenta vesica *seminales vias* sibi vicinas comprimendo semen retineant. Alii *majorem digitum* ligandum atque constrigendum *forti filo* vel lino jusserunt, quo *dolore* interveniente, altior arceatur *somnus*, & neque animorum visa in *veneream voluptatem* solvantur. Sed erunt hæc utraque a nobis excludenda. Vexant enim vigiliæ ægrotantem, & ultra modum *urinæ retentio* difficultatem mictus sæpe (*s*) refecit, ut alterius passionis illatæ causa videatur, (*t*) ut supra docuimus.

g. ad actionem ducunt hisque
h. exclusione
i. in ventrem
k. puscæ
l. contegenda lumborum loca
m. antea memoratis
n. Potu
o. i. mictione
p. plena
q. abruptione
r. excitati
s. efficit
t. sicut

CA-

CAPUT VIII.

87 *De sanguinis emissione ex debilitate seminalium viarum.*

MIlesius debilitate fieri dixit seminalium viarum, vel sequi *in usu venereo pro semine sanguinis emissionem*. Sed hoc commune est etiam iis, qui in osculo vesicæ, quam [*a*] *uretan* vocant, *ulcus* habuerint. Et est harum manifesta *discretio*. In iis enim qui *ulcus* habuerint, cum mictum fecerint, *sanguis* fluet attestante *mordicatione*, & *dolore*, & aliquando egestione *corpusculorum*, quæ ἐφελκυδας *Græci* vocaverunt. In iis autem qui *debilitate* seminalium viarum afficiuntur, solo tempore *Veneris* exercendæ sanguis excluditur, attestante *jucunditate*, nullis corpusculis, & cum mictum faciunt, nulla mordicatione vexante: sed etiam (*b*) nunc *curatio* ex supradictis accipienda, ubi *vesicam* fluentem sanguine curari conscripsimus. *Constrictione* enim atque densitate fluentia retinentur. Tunc *resumptio* adhibenda, ac deinde *recorporatio*, ut sæpe memoravimus.

a. uretham
b. hujus

CAPUT IX.

89 *De Priapismo.*

SIne *ullo dolore vel consensu* [*a*] *vertigo veretri fit*; & appellatur *priapismos*, sed vocabulum sumpsit a similitudine *priaporum*, (*b*) quod ita (*c*) formentur, ut *recto veretro* fingantur. Hujus autem passionis meminit *Demetrius Apameus* libro Signorum. Ait enim [*d*] *semen* in semet manu operantem nec quicquam potuisse peragere: *tensionem* autem fuisse veretri nimiam, cum *parvo dolore*, ut *cornu* putaretur, & ita perseverasse *multis mensibus*. Nullo quoque adjutorio medicinali cessasse, (*e*) ac *tarde*, atque longo tempore quie-
90 visse. Quo fit ut a *satyriasi* discernatur priapismus. Siquidem illa *celer* sit, & non tardet in corpore. (*f*) Fiet sane cum *contractu nervorum*, & stimulofo *desiderio venereæ voluptatis*: (*g*) nam intelligitur *priapismus* [*h*] *paralysis* esse *seminalium viarum*, atque aliorum *nervorum* ad veretri partes (*i*) ducentium, quorum (*k*) contractu ægrotantes afficiuntur. Sed

Definitio morbi
a. tentigo
b. qui
c. formantur
d. senem
e. sed
Ejus a satyriasi differentia:
f. Fit enim
g. At
h. imo potius spasmus
i. tendentium
Curatio.
k. distensione

l. hujus etiam [*l*] nunc *curatio* sumenda est ex iis, quæ de *vesicæ strictura* longo tempore tardante conscripsimus.

CAPUT X.

De vomicis, sive internis collectionibus, quas Græci ἐμπυήματα vocant. 91

a. abscessus, ἀπόσημωτα *b.* σπλάγχνοις, visceribus

PLena igitur de his tradenda est ratio. Hæc enim sunt quæ in occultis nata (*a*) *collectiones* nuncupantur, ut in (*b*) *splanchnis*, ac *membrana*, quæ latera cingit, vel in *pulmone*, aut discrimine thoracis ac ventris, quod Græci *diaphragma* vocant, item *stomacho* vel *ventre, jecore, liene, intestinis, renibus, vesica*, aut *mictuali via*, vel *matrice*, aut *peritonæo*. Sed de iis, quæ in matrice generantur, libris quos de *muliebribus* vitiis conscripsimus *Responsionum* docuimus: de

c. collectionum *d.* ductu *e.* sunt *f.* est *g.* copiosus *h* ulteriore, *sc.* pectoris cavo *i.* œsophago *k.* ima parte

cæteris vero nunc dicemus. (*c*) Harum igitur *aliæ* solo medicamine curantur, atque *medicinali* (*d*) *delectu* gubernante usum *chirurgiæ* non exigunt: siquidem (*e*) sint *occultis* in lo- 92
cis, & plurimis superpositis *membris*, & (*f*) sit impossibile atque *illicitum* plurimas incidere partes, ne *sanguinis* (*g*) pomposus fluor periculum faciat ægrotanti, ut sunt quę in *pulmone* generantur, vel *diaphragmate* intrinsecus, vel in ipsa (*h*) alteriore altitudine, aut in [*i*] *stomacho* superius scilicet a diaphragmate, vel in *ventris* (*k*) sessione, aut *intestinis*, excepto fine *longaonis*, item in *posterioribus vesicæ*, vel in *renibus*; *aliæ* vero accedente *chirurgia* curantur, quoties

l. liquores *m.* ὑπόζυγος, i. pleura, ut in lib. de Cel. Pass. passim *n.* ventre *o.* Aph. 45. lib. 7. *p.* sphincteri *q.* urethram Aphor. 57. lib. 7.

ad *exteriora* corporis collectionum [*l*] liquorem erumpendo feruntur, vel magis ab *altioribus* recedunt, ut in (*m*) *hypo-* 93
zygo membrana, vel *diaphragmate* forinsecus, atque *stomachi* fundo, & (*n*) *ventris*, circa ejus superiorem altitudinem, item [*o*] *jecore*, & *liene*, & *longaone* ad ejus exteriora, atque [*p*] *sphinteri* vicina, & *vesicæ* in anterioribus, vel sub umbilico, pubetenus, quod *Græci* ἤτρον appellant, item in *vesicæ collo*, vel in *prima* ejus parte, quam Græci (*q*) *uretam* vocant, & in *peritonæo*. Communiter autem omnis *vomica* vel collectio, antecedente *tumore* nimio, generatur.

Signa abscess. suum internorum sunt

Denique *empyici*, quos nos vomicosos appellamus, alii ex 94
pleuritico morbo, alii ex *pleumonico* in supradictam passionem devenerunt, sequentibus *signis*, nunc *communibus* cujusdam

par-

partis in vomicam venientis, nunc *specialibus* pro singulis corporis locis. Sed ne longa (*r*) hac oratione extimemus, omnium *communia* simul ordinanda probamus: tum singulatim specialia designantes etiam (*s*) munia adjungemus. Omnibus igitur collectionibus generatis, vel cum *tumor* in (*t*) liquore vertitur sequitur *febricula* vehemens, inordinata & sæpe cum *rigore*, & torpore frigido, vel (*v*) *iniquitate* corporis, tum loci *fervor* incendiosus, *gravedo*, *tensio*, & exceptis quæ in *pulmone* fiunt, sæpe stimulans *dolor*, & pulsuosus: tum celer *pulsus*, atque humilis, & sæpe *sudor*, ma-
95 gis capitis, atque collorum. Dehinc perfecta purulentatione *rigor* corporis, atque *tremor* (*x*) circunscribitur, & *febrium* recedit inquietudo, ac dolorum: sed *specialiter* ac proprie (*y*) in communibus, si in membrana, quæ latera circuntegit, *hypozygos* appellata, fuerit generata collectio, *difficultas spirationis* sequitur, quam dyspnœan vocaverunt, & difficilis *jacendi* potestas supra *contrarium* patienti latus, hoc est, quod (*z*) causa non tangitur, cum sensu quodam interno veluti *pendentium*[*a*] membrorum, & sæpe commotu corporis quasi *sonus* auditur, velut inclusi atque collisi humoris, [*b*] nam *Græci* ὑδατισμὸν appellant. Sequitur etiam *displicentia* post acceptum cibum, quam *Græci* δυσαρέσκησιν vocant, & plurima *tensio* me-
96 dii lateris, aut [1] verricosa *inflatio* impressioni digitorum cedens, ac resurgens. In *pulmone* vero emergente vomica, *spirandi* plurima difficultas sequitur ægrotantes, *tussis* vehemens; *vox* obtusa vel rauca, & *odoris* tetri spiratio, *thoracis* gravedo, & *adductio* superiorum ad inferiora, item *gravatio* atque tensio supinatis ægrotantibus, & *relevatio* sedentibus: denique se ipsi sustollunt ad partes lecti superiores, quo *levatius* habeant *caput*. Sequitur etiam *cavitas* oculorum, genarum *rubor*, & *albedo* sub lingua venarum. Et si *eruptio* tardaverit, inflatio quoque *articulorum* sequitur, *vultus* pallor, & *macies* ora deformans. Item in *diaphragmate* emer-
97 gente vomica, dolor supra *præcordia* sequitur, penetrans per latera utraque usque ad *posteriora*, & aliquando inflatio vel tensio juxta *finem* pectoris, vel sub *extremis costis*, atque os-

r. hæc
s. communia *vel communia*:
t. liquorem, pus. Aph. 47. lib. 2.
v. inquietudine: jactatione: vexatione.
x. cessat, minor fit *cuivis propria*:
y. præter communia *ut pleura*:
z. morbo
a. membranarum
b. quod
pulmonis:
diaphragmatis:

1 verucosa, acuminata, fastigiata in verrucæ, i. tumuli modum. Ea fit, cum exesis musculis intercostalibus spiritus thorace inclusus, foras, versus pectoris cutem erumpit.

c. ilia

sibus [2] ultimis, perseverans usque ad (*c*) *alia*. Et si collectio [3] *forinsecus* fuerit, *sonitus* aliquando humoris inclusi sequitur, tum *tussicula*, & in spirationibus difficultas plurima, ac *respiratio* longa, & forinsecus spiritu attracto, [4] *dolor*, quod nunquam sequitur eos, qui *pulmonis* vomica vexantur. Etenim *pleumonici* hauriendo magis spiritum relevantur. In *stomacho* autem emergente vomica, *ructationes* tetræ, atque difficultas *spirationis*, sed minor ægrotantes sequitur, & aliquando *tussiculæ* (*d*) parvo sine ullo (*e*) tumoris excreatu: tum *torpor* frigidus articulorum, *animi* defectio, *sudor* in summitate cutis, *pulsus* parvus, & corruptio sumpti cibi, atque acidæ ructationes, & *nausea*, & aliquando *vomitus*, siccitas *linguæ*, vel asperitas, *sitis*, *transvoratio difficilis*, plurima vel parva pro collectionis magnitudine. Quod si fuerit in *superioribus* stomachi, donec cibus transvoretur, *pressuram* sentiunt ægrotantes, post (*f*) effectus vero [*g*] relevantur. (*h*) Ac si in *inferioribus*, erit facilis *transvoratio*, ac deinde dolida cibi *perceptio* sequetur, cum ad destinata pervenerint quæ [*i*] sumantur, *dolore* ex anterioribus partibus in ore ventris attestante, cum *inflatione*, vel extantia quæ impressione digitorum cedat ac resurgat. Si vero in *superioribus* fuerit collectio, nulla videbitur prompta inflatio vel extantia, sed dolor atque gravedo *inter scapulas*, [*k*] vel ex posterioribus *cervicis* partibus sentietur. Ac si in (*l*) *ventre* fuerit collectio, & magis in ejus ambitu, erit *inflatio* inferius a *diaphragmate*, quod discrimen appellamus, circa medium præcordiorum *sinistrorsus* flexa, & impressioni digitorum cedens, ac resurgens, attestante *fastidio*, nausea, *siti* post cibi sumptionem, cum ructationibus acidis, atque sumptorum corruptione, & aliquando *liquidis* per ventrem egestionibus. Ac si in aliquo *intestinorum* fuerit collectio, erit *extantia* vel inflatio vomicæ secundum ejus *positionem* (*m*) in *pyloro*: denique constituta in ultima parte ventris sub *dextro* latere, atque *ilio*, vel sub *jecore*. Sin vero in (*n*) *nestide* fuerit collectio, erit in *sinistra* parte extantia supradicta atque inflatio veluti sub *liene*. Allis etiam intestinis (*o*) *tensioribus* collectione

stomachi, seu œsophagi:

98

d. parva
e. humoris

f. devoratum
g. relevantur
h. Ac
i. sumuntur

99

k. vel in
Ventriculi:
l. ventriculo

100

Pylori:
m. ut in pyloro erit extantia constituta
jejuni:
n. νῆστις, est intestinum jejunum
intestini ilei: coli:
o. tenuioribus

2 *sc.* Sterni, qua est xiphoeides, & sub costis nothis, quibus adnectitur Diaphragma.

3 Extra Diaphragma intra ventrem, quæ ventriculum Diaphragma contingit, non qua pulmonē spectat.

4 Nam per inspirationes Diaphragma in ventris inferioris spatiū distenditur, quemadmodū per expirationes sursum in thoracē adducitur.

ne vitiatis inter *umbilici* atque *pectinis* regionem supradicta reperiuntur. Ac si in *colo* fuerit collectio, secundum *ilium dextrum*, circa umbilicum usque ad *sinistra* loca, antecentibus iis quæ sunt solita *colicos* afficere, supradicta reperiuntur. *recti*:
101 Item in *longaone* collectione (*p*) suffecta, *clunium* dolor sequitur, cum difficultate *mictus*, & abstinentia ventris, & aliquando egestione *muculenta*, vel *sanguinolenta*. Inflatio autem vel *exstantia* erit in superficie *occulta*, sed immissis per podicem *digitis* sentietur, & ad inferiora venientibus liquidis commixta *stercora* putria egeruntur, adeo ut plerunque lateat, utrum ex *pyloro*, vel *nestide*, aut (*q*) *tenerioribus* intestinis hæc ferri videantur. Sed erunt purulenta *separatiora* a stercore, atque discreta, quum ex *colo* referuntur, aut ex *longaone*.
102 Item in *jecore* vomica constituta, *inflatio*, vel extantia, & *pulsuosa* sequitur ægrotantes (*r*) appositio, & tangentibus nobis (*s*) sana principaliter (*t*) occurrunt, & circa confinium *interaneorum*, quæ, ut supra diximus, *Græci* σπλάγχνα vocant, circunscripta collectio sentitur, quum nunquam (*v*) tantum latens, atque ita submersa in *peritoneo* collectio comprobetur, neque ita circunscripta ac decisa videatur: sed paulatim deficiens suos *fines* sanis partibus jungat, ut non (*x*) dejecta atque decisa videatur.

p. perfecta
q. tenuioribus
jecoris.
r. dispositio
s. partes sanas quæ hepati incumbunt
t. occurrit
v. adeo
x. distracta

103 Hæc est *vomicarum* omnium speciàlis significatio, sed earum *eruptiones* aliquæ ad *thoracis* inania fiunt: aliquæ inter regionem *peritonei* & *intestinorum*: aliquæ ad *stomachum* vel *ventrem*, ut liquida atque purulenta evomantur: aliquæ ad *pulmonem*, sive arteriam majorem, vel *rumam*, quam *Græci* βρόγχον appellant, quo liquida & purulenta (*y*) etussiantur: aliquæ ad *intestina*, vel eorum spatia, quo per *podicem* liquida excludantur, vel purulenta: aliquæ ad *matricem*, quo per *muliebrem situm* profundantur: aliquæ ad *renes* vel mictuales vias, ac *vesicam*, quo per mictum ferantur, aliquæ ad *cor*, ut *Erasistratus* ait, sed harum omnium eruptionum plerique alias (*z*) rationabiles dicunt, aliquas irrationabiles: sed *rationabiles* aiunt, ut ad stomachum vel ventrem venientes per *os* excludi, ad pulmonem vero per *arteriam* majorem: item ad intestina vel ventrem, vel *podicem* ferri, ad renes vero vel vesicam per *mictuales vias*, item ad matricem per *muliebre* [*a*] veretrum: *Irrationabiles* autem dicunt, eas quæ in *diaphragmate*, vel *hypozygo* membrana, aut *jecore*, & *liene* ge-

Quod modis, & quibus viis hi abscessus se exonerent.
y. extussiuntur
z. quarum facile ratio reddi potest
a pudendum

generatæ rumpuntur, & per *arteriam* majorem, vel *stomachum*, aut *vesicam*, aut *matricem* excludi (*b*) credantur, cum *nullæ* sint ab iis partibus, quæ collectione affectæ sunt, *naturales viæ* ad supradicta loca ducentes. *Alii* vero etiam in iis se (*c*) repertos quædam *vascula* demonstrant, *anatomica* ratione adprehensa, quæ ad hæc penetrant loca. Alii aiunt 105
vias esse *latentes*, quas λογοθεωρήτους appellant: per quas limpida vel purulenta quadam *exudatione* ferantur: sed non oportet de his plurimum disputare. *Sufficit* enim *ad disciplinam significationis faciundæ*, *manifesta* (*d*) *comprobare*.

b. creduntur

c. reperisse

d. cognoscere

Signa in qua parte, & quoversus abscessus ruptus sit.

Item aliqui etiam in singula loca ex aliis factam *susceptionem pueris*, quam μετάληψιν vocaverunt, *signis* explicare conati sunt, quæ quidem non necessaria, sed frequentia probaverunt. Etenim ad *arteriam* majorem, sive gutturis cannam, quam *Græci* βράγχον appellant, facta eruptio *spirationis* ingerit *difficultatem*, & *tussiculam*: ad *stomachum* vero, nauseam, 106
atque *fastidium*, & eversionem, vel *vomitum* ingerit ægrotanti. Item ad *intestina*, vel ventrem, *tormentum* facit partium, cum *inflatione*, ac ventositate. Ad *vesicam* vero, delectationem facit frequenter *urinæ* reddendæ. Ad *inania* autem *thoracis*, atque inter *peritonæon* membranam, & *vitalia interna* nulla sunt antecedentia eruptionis signa, sed utranque *factam* intelligimus. (*e*) Sed pro ægrotantium motu, vel conversione jacendi, *sonus* quidam efficitur velut inclusi humoris, quem *Græci* ὑδατμισὸν vocaverunt. [*f*] Præstantius autem, si inter *peritonæon* atque *intestina* id evenerit. Sequitur etiam prominentia partium, *hydropem* fingens, cum *mordicationibus*, ac doloribus repentinis. (*g*) Sed si inanis 107
fuerit ruptio *thoracis* facta superiorum partium a discrimine, quod Græci *diaphragma* vocant, cum *difficultate spirationis*, *tussiculæ* querela sequitur. Sin vero in regionem, quæ *intestinis* atque *peritonæo* interjacet, fuerit facta, *inferiorum* partium querela sequitur cum intestinorum *tormento*. Novitate enim repentinæ effusionis acriorum humorum, atque corrupti puris edacitate ea quæ naturali habitu custodita manebant vitalia, vehementissime vexantur. Præterea *repentina*, atque 108
coadcervata aliquando ruptio fit, aliquando (*h*) *paulatim*, tenuatis primo *vomicæ tegminibus*, ut præliquatum, atque parvum liquorem mittant, quod apprehendimus, quum *tussicula* desiverit esse sicca, atque *sputa* pollui admixtione *puris* videri-

e. Nam

f. i. Melius percipitur

g. Sed si superiorum partium discriminis, quod Græci diaphragma vocant, in thoracis inane ruptio facta fuerit.

h. quod dici solet, per resudationē

mus,

mus, vel in egestionibus ventris quicquam *sanioſi liquoris* fuerit repertum, vel in egestionibus urinæ *sedimina purulenta* fuerint inventa. Sed post supradictas *eruptiones*, si *omnis* fuerit facta liquoris effusio, *febres* illico solvantur, atque loci *prominentia* (*i*) reflatur, & *gravedo* [*k*] circunscribitur. Sin vero *ex parte* fuerit effusa collectio, quod fit *debilitate* ægro-
109 tantis, aut *crassitudine* liquidorum, aut non in (*l*) *fundo* (*m*) vomica (*n*) osculatione suffecta, sed e *lateribus*, aut supernis partibus (*o*) paulatim liquidam inventurum. Sed erit [*p*] approbanda significatio *non in fundo* factę ruptionis, quum inter aliquos dies repleta vomica, sive eruptio, *tensionem* rursum, atque gravedinem cum *febre* moverit: tum post effusionem superflui liquoris omnia levigantur: ac similiter per *intervalla* dierum (*q*) easdem difficultates (*r*) repræsentet.

Communiter autem, omnium eruptionum *tutior* est comparatione cæterarum, illa quæ in *vesicam* venerit, atque *mictuales vias*. Etenim naturaliter creduntur hæ partes jugem
110 *acrimoniam* liquidorum excipere, ac reddere. Quapropter neque (*s*) nunc ulla *novitate* facile vexari posse videntur, quum in se *aliena* atque acriora susceperint, quæ eruptione *vomicæ* descendunt: dehinc, quod naturali *urinæ* commixta *purulenta*, quæ (*t*) collatione corrupta videntur, *obtusa* mitescunt: ultimo quod neque coadcervatam, sed *paulatim* reditam, ac requiescentem sumant egestionem urinæ per exitum & tractum. At facilitate *secunda* est quæ ad *intestina* [*v*] ruperit. Hæc enim quoque creduntur transitum *stercorum* sustinere, sed (*x*) ad primam *minus tuta* judicatur. Siquidem possit *coadcervatæ* effusionis causa per podicem, ægrotanti [*y*]
111 *defectionem* facere, & propterea *mortem*. Tertia est, quæ ad *matricem* (*z*) ruperit, & magis in iis quæ jam (*a*) *naturali* lege purgantur. Didicerunt enim & ea loca materiæ transitum (*b*) sustinere, minus (*c*) quidem (*d*) a prioribus tuta est. Siquidem neque ex *initio nativitatis*, neque [*e*] per dies singulos (*f*) *naturalem meatum* ipsæ sustinent partes, neque ita *acria* ferre consueverunt liquorum: siquidem nihil in se *sanguis* habet mordacissimæ qualitatis. Omnium tamen *periculosior* judicatur, ut *Erasistratus* ait, quæ ad cor fuerit facta, ejus *secunda* quæ ad *arteriam* gutturis, quam *Græci* bronchum appellant, & ejus, *repentina* magis atque coadcerva-
112 ta, (*g*) ab ea quæ *paulatim* fuerit effusa. Siquidem *defectio-*

i. retrocedit
k. cessat, minuitur
Signa vomicæ ex parte tantum expurgatæ.
l. medio, parte interiore
m. vomicæ
n. apertione
o. paulatim exeuntia liquida inveniuntur
p. cognoscenda
q. eædem
r. repræsentantur
Vesica est via omnium tutissima.
s. tunc
t. collectione
v. eruperit
x. comparata cum vesica
y. animi deliquium
z. eruperit
a. i. menstrua vel lochiorũ
b. facile tolerare
c. tamen
d. quam priores viæ
e. quotidie
Quæ via sint omnium periculosissima.
f. sanguinis excretionẽ
g. quam

nes ingerit ægrotanti, atque difficultatem spirationis, & *tussiculam*, & *præfocationem*, cum neque naturalibus liquidis ulla consuetudo per ipsam partem transeundi videatur: *tertia* quæ ad *stomachum* fuerit facta: siquidem prefocationem minus ingerat, sed magis (*h*) a supradicta, *appetitum* cibi extinguat, & propterea *fame* ægrotantes afficiendo debilitet. Item post hanc secunda est, quæ ad *inanitatem thoracis* fuerit facta. Siquidem circunfundatur *pulmoni* humor corruptus: atque *cordi* (*i*) ultima est, quæ inter regionem *peritonei* & *intestinorum* venerit. Siquidem circunfunditur humor 113
jecori & *lieni*, & *ventri* atque *intestinis*, quæ quum fuerint vexata, ingerunt *periculum*. Communiter autem, sive *universim* dicendo, quod *Græci* catholicon vocant, omnium *vomicarum*, vel eorum qui iis afficiuntur, *salutarem* intelligimus (*k*) *ductum* fore, si post eruptionem factam *febres* cessaverint, & magis extemplo, vel eadem die: *siti* quoque recedente, atque (*l*) perfecto *appetitu* cibi: *ventris* quoque officio parva atque (*m*) congesta reddente, ipsius etiam *puris* (*n*) albedo, atque eodem colore apparente: & cum *lenitate*, ac sine dolore suarum egestionum, & si per superna egeritur, sine vehementi *tussicula*, neque coadcervatim, sed *per partes* exclu- 114
duntur liquida: *pessima* autem aut (*o*) *difficulter*, aut, ut sæpe contingit, *interfectiva* ferri judicamus eis, quibus *post eruptiones febres* annexę perseveraverint, attestante *siti* cum *fastidio* cibi, & *ventris fluore*, vel ipsius puris *felloso*, vel *livido* colore, coadcervatis egestionibus, aut cum *vehementi tussicula* viribus [*p*] depurgatis.

Hæc est *vomicarum* significatio. Sed oportet ob earum *generationem* fugiendam, congruam (*q*) *tumoribus* adhibere curationem. Horum enim augmenta *collectiones* faciunt generari, ut sæpe in *pleuriticis* vel *peripneumonicis*, vel similibus morbis, quibus ita formavimus curationes, ut minime sinantur *initia* fieri *vomicarum*. At vero si jam *perfectam* vo- 115
micam viderimus, & humore corrupto in toto, aut ex parte, tumoris caruerit nomine, oportebit in *similibus* adhuc perseverare adjutoriis, ut *cataplasmatibus* ex polline tritici, vel seminis lini, aut fœnigræci, vel [*r*] hordeacii confectis vel ex aqua mulsa, aut *hybisci* decoctione, cujus etiam *radix* erit conterenda, addita *vaporatione* spongiarum. Vel si in *inferioribus* corporis partibus fuerit collectio, *encathismatibus* quo-

h. quam
i. respectu periculi proxima
Prognosis universalis.
k. exitum
l. refecto
m. concocta
n. albedine, atque eodẽ colore in omnibus sui partibus
o. difficillima
p. deturbatis, afflictis. eodem genere loquendi utitur inf. §. 39.
Curatio partium affectarum antequam suppurantur.
q. partibus inflammatis
Vomicarum jam factarum
r. hordeacei

quoque jugibus erit utendum ex *aqua* & *oleo calido*, ac decoctione cujusquam ex iis, quæ cataplasmatibus congrua su-
116 pra diximus. Ante cibum præterea *olei calidi* quicquam [*s*] *s.* potui poto dandum: dehinc etiam *mulsi* mediocriter cocti: tunc *sorbilis* offerendus est cibus, atque calidus. Est enim *improprium* ex parte adhuc manente tumorem quicquam *acrius* adhibere, quo magis labor ægrotantibus geminetur, scilicet *tumore* asperato, unde majores collectiones efficiuntur. *Pausante* igitur tumore omni ex parte, & *nondum erupta* collectione: oportet ejus (*t*) adjuvari *celeritatem*, ut primum per- *t.* accelerari eruptionem scriptis cataplasmatibus *ficum* faciamus admisceri, cum *hybisco*: tum resinam *terebinthinam*, adjuncto usu malagma-
117 tum, quæ congrua *Responsionum* docuimus libris, ut est *Mnaseum*, item ex *tribus resinis*, quod *Græci* διὰ τριῶν ῥητινῶν vocant, tum etiam [*v*] διὰ χαλβάνης, (*x*) vel [5] *melinon*, vel *v.* ex galbano quam appellant *Serapionis*, aut (*y*) *dictamnum*, vel quic- *x.* vel Melinum quod quam promissione conscriptum: *Cibo* autem dandus succus *ptisanæ* cum melle. Item *porri* capitati vel *atriplex*, quam *y.* διὰ δικτάμνου *Græci* ἀνδράφαξιν vocant: itemque *urticam*. Jubendi præterea ægrotantes magis *supra latus* jacere, si in [*z*) superioribus a *diaphragmate* [6] partibus collectio fuerit generata. Ca- *z.* i. supra diaphragma venda etenim *supina* jacendi positio: siquidem extenta *arteria* angustatur, quo & magna difficultas *spirationis* fit, &
118 minima liquidorum *exclusio* perficitur. Sed si his adhibitis collectionis non provenerit *eruptio*, oportebit *vehementioribus* eam provocare, ne humor inclusus plurima tardando membra corrumpat. Quapropter præpotandi sunt ægri *decoctione fici*, vel *hyssopi*, ac *rutæ*, & *origani*, & *tragorigani*, & *thymi*, vel *satureiæ*, aut *absinthii*, vel *centaureæ*, aut *marrubii*, aut *semine radicum*, aut *sinapi*, aut *nasturtii* cum melle, quorum aliqua etiam viridia erunt mandenda. Item medicamen quod appellatur διὰ τριῶν μιπερέων (*a*) potu dandum, *a.* potui vel *diascordeon*, aut [7] *zopirium*. Multi tamen etiam *bieram* dandam probaverunt, & magis illam quæ appellatur *diaco-*
119 *locynthidos*. Adjuvat quoque eruptionionis celeritatem *ster-*

5 Hujus Melini, Serapionis dicti, ut & Empl. διὰ δικτάμνου descriptiones vid. Gal. de compos. medic. κατὰ γένη lib. 11. Aetius pag. 843. describit Melinum Serapionis: pag. vero 836. Diá Dictamnum.

6 in thoracis inanitate. Sic enim pus minus in pulmonem decumbit, sed in costas convertitur.

7 Zopirios a Galen. lib. de Antidotis: & Aetio pag. 522. describitur.

nutatio adhibita, & aliquibus etiam *excreatus* quidam *hinnibilis* jugiter affectatus. Ac si neque ita eruptio fuerit consecuta, erit jejunus, vel dato (*b*) poto[7], aut radicibus comestis *vomitus* adhibendus. Aliqui vero in iis, quæ *superioribus* a diaphragmate partibus vexantur, *fumationes* adhibuerunt, tardante eruptione, *hyssopum*, vel *thymum*, aut *origanum* incendentes, vel *sulphur*: & (*c*) *sandaraca*, aut *aloe*, vel *styrace* impositis igni ægros hiscere jusserunt, & raptu quodam potili *nidorem* transvorare: [*d*] Tunc dandum vel *tymminum* probant per diem *bis* vel *ter*: simile enim inquiunt hoc curationis genus (*e*) *chirurgiæ*. Sed vehementer caput gravat implendo. At si in *intestinis* fuerit 120
collectio, erunt per *clysterem* injicienda ea quæ præbibenda nuper ordinavimus. Tum *eruptione* facta, speculandum, utrum *per partes* atque (*f*) deposito, liquida excludantur: an vero *coacervata*, aut omnino difficulter, & paulatim. Sed si (*g*) *partim*, & nullis obstantibus excludi viderimus, erit a *cibo* abstinendus ægrotus, viribus permittentibus: tum alia die adhibita corporis *unctione* præpotandus iis quæ supra memoravimus. *cibis* quoque adjuvare (*h*) collectionem oportet quo omnia liquida detrahantur, dato *mulso* bibendo, vel solo *melle*, cum resina *terebinthina*, aut *butyro* non veteri. Tum *sorbilem* dabimus succum ex *alica* vel pti- 121
sana *melle* admixto. Item *porros* coctos cum *oleo*, atque *garo*, & *ptisana*, tum etiam ex tritico ptisanam confectam, aut cum *protropo* vino, aut *squillitico*, item *lac* cum mulso. Et si eruptio liquidorum ad *mictuales vias* pervenerit, erunt adjungenda supradictis etiam mictualia medicamina quæ *urinam* provocant, a Græcis *diuretica* appellata, ut *asparagi* (*i*) *olus atrum*, *lactucæ*, nunc coctæ, nunc incoctæ, item *radices*, & sorbilia, *lacte* quoque confecta. Sin vero ad *intestina* eruptio pervenerit, quo per podicem exitum habeat, cum supradictis communiter erunt adhibenda quæ *ventris* officium non densent, neque plurimum laxent. Quapro- 122
pter mictualibus prohibitis, cibo ordinamus *malvam* dandam, *betas*, *cauliculos*, *cucurbitas*. Sed si *coadervatim*, ac *nimis liquida* ferri viderimus, erit *abstinentia*[8] recusanda. Dandum *mulsum* [*k*] poto sufficienter decoctum, & plurima *sitis* ægrotantibus [*l*] indigenda. Dandus præterea *cibus* qui ventris

b. potu

c. sandaracha, i. auripigmento f. arsenico

d. Tum adhibendum hoc thymiama.

e. i. incisioni scalpello factæ

f composite, i. blande

g. per partes ut paulo ante

h. exclusionem

i. hipposelinum, sc. smyrnæum

k. potui

l. injungenda

[8] vires enim cibo sæpius, sed paulatim sumpto reficiendæ sunt.

tris teneat officium, ut *orizæ* succus sorbilis, aut *lenticulæ*: item *pisces* duri corporis, quos σκληροσάρκους *Græci* vocaverunt, & *volantum* sicciora, & (*m*) poto *aqua imbrialis* offerenda, quam vulgo cisterninam vocant, *calida* item medicamina quæ ad humectam tusficulam conscripta sunt: tum
123 *vinum* mediocriter asperum. Sin vero *difficulter* atque paulatim liquida fuerint exclusa, erit inquirenda causa, utrumne ob *debilitatem* ægrotantis id evenerit, [*n*] quo minime valeat excludere aliena, an vero ob *crassitiem* liquidorum, vel ob eruptionem (*o*) non in febribus factam, vel in *fundo* collectionis. Etenim si ob *debilitatem* ægrotantis id adverterimus fieri, erunt sublevandæ *vires* per resumptionem. Si autem ob *crassitudinem* liquidorum, *tenuantia* adhibenda, atque præpotanda quæ supra memoravimus, adjectis quo-
124 que similibus *electariis*, ut sunt ex *melle*, *resina*, vel *lini* semine cum melle confecta, ac nucleo *pineo*, vel *strobylis*, & *urticæ* semine: præbibendum *sinapi* cum parvo *pipere* longo: tunc *hellebori* adhibemus purgationem. Ac si ex vomicis *ulcera tardantia* perseveraverint, ea quæ supra *diaphragma* fuerunt, quod discrimen appellavimus, ita curabimus, ut est de *phthisicis* scriptum: in *stomacho* vero vel *ventre*, ut de *cœliacis*: item in *intestinis*, ut de *dysentericis*: in *renibus* vero ac *vesica*, vel mictualibus viis potis medicaminibus, atque *clystere* injectis, vel per *cathetera* immissa utemur. etenim si *sordida* apparuerint ulcera, *lacte* atque *melle* potamus, se-
125 mine *cucumeris* [*p*] præfuso: aut *mulso*: aut pinguibus *palmulis* cum passo: aut *nucleis* cum *amygdalis* & *amylo*. Similia etiam per *cathetera* immittenda, ut *tetrapharmacum* medicamen diligenter lacte solutum. Sin vero *limpida* fuerint ulcera, erunt *enchatismata* adhibenda, quibus præcocta fuerint aliqua *constringentia*, atque extrinsecus apponenda *emplastra*, quæ cicatricem facere valeant, a *Græcis* ἐπουλωτικὰ appellata. potui dandum *lac* cum *amylo*, & *cucumeris* semine, cum decoctione *phœnicobalani*, aut *papaveris* (*q*) fixi, atque constricti cum vino protropo, & [*r*] *amygdali* decoctione,
126 vel mali *cydonii*, *sorborum*, & palmularum *thebaicarum*, vel succo mali *punici*, vel iis quæ in pharmaceutico *Responsionum* tradidimus libris, ex quibus est quod appellatur (*s*) *carui*, & *œnocraton*, & ex [*t*] *trachanto* atque *amylo*, & *glycyrrhiza*. Utendum etiam *aquis* sua virtute medentibus, quas su-

m. potui

n. quia, quod

o. in lateribus aut supernis partibus factã, non in

p. antea infuso

q. frixi atque contriti

r. amygdalarum

s. διὰ καρύων

t. tragacantho

ſupra memoravimus: Itemque iis quæ in (*v*) *Aria* inſula; & [*x*] *Theanitorum* provincia eſſe perhibentur, cæterarum quoque *reſumptivarum* materiarum uſum adhibendo, ut nutribiliores ſuccos. Ubi vero *inter inteſtina* & *peritoneum* eruptio fuerit facta, ſive ex *jecore*, ſive ex aliqua veniens collectionis parte, quæſitum eſt quomodo *puris detractio* fieri poſſit, utrumne per tenues vias *veſicæ* veniat: (*y*) atque in *inteſtina* [*z*] acceptum videatur, & propterea per urinam, 127
vel per ventris officium excludi poſſit: an vero ſectis *inguinum* locis detrahi facilius videatur, quod quidem *Eraſiſtratus* demonſtravit? Sed apparet [*a*] nunc *chirurgia* ad exitum puri faciendum, inciſa ſecundum inguem *peritonei* membrana, quo corruptis liquoribus prolapſio inferioribus [*b*] aperte præbeatur. Tunc congrua adhibenda curatio. Etenim inciſa peritonei membrana, in *cicatricem* facile conducitur, & ſine ullo *periculo* ægrotantis ſanitas (*c*) datur, ut eſt conjiciendum ex *hydropum paracenteſi*, atque chirur- 128
gia *ramicis*, quam *Græci* ἐντεροκηλὴν vocant. Neque *impoſſibile* putandum, etiamſi quid remanſerit, facta detractione [*d*] *chirurgiæ*, per ſuperficiem cutis, ac *tenues vias*, & per inteſtinorum cavitatem (*e*) ſudari: quippe cum etiam in *hydropibus* circunfuſus humor *inteſtinis* ſæpe fuerit (*f*) exiccatus, quibuſdam per *veſicam*, fœminis per *matricem*: ſed omnibus communiter *fortitudinem* convenit per nutrimenta præſtare. facile enim (*g*) *corruptio* partium depulſa paſſione fit, cum corpus fuerit naturali fortitudine poſſeſſum.

v. Ænaria
x. Teanitarum, Apuliæ populorum
y. an vero
z. accipi
Pus in abdomine collectum optime inciſione detrahitur.
a. commoda
b. apertis
c. redditur
d. i. a chirurgo
e. exudare
f. abſorptus
Virium ante omnia ratio eſt habenda.
g. reſtitutio, correctio

CAPUT XI.

De ſuperflua carne, quam Græci πολυσαρκίαν *vocant.* 129

ACcidunt corporibus *ſuperflua carnis incrementa*, quæ Græci ob nimietatem πολυσαρκίαν vocaverunt, & eſt hoc paſſionis genus contrarium (*a*) *nutrimento ceſſante*: ſiquidem ceſſans nutrimentum tabida facit corpora: Idem *ultra naturæ modum* (*b*) vehementius elatum plurimam facit *carnem* generari, ex qua corpora gravata premuntur. Præterea hoc quoque ſpeciem (*c*) accipimus *cachexiæ*, ſiquidem indecens difficultas patientes afficit: nam ſequitur *ni-* 130
mia

a. nutrimento ceſſanti, ſc. tabl
b. copioſius allatum
c. eſſe judicamus
Symptomata hujus morbi.

mia ac superflua *multitudo carnis*, quæ in pinguem promi-
130 nentiam erigitur, cum *tardo motu*, atque gravatione, & *debilitate*, & ex parvo gressu *anhelatione*, ac *sudore*, ut suo se corpore præfocari sentiant ægrotantes, quo neque levia ferre valent vestimenta. Multi igitur *medicorum* atque *aliptarum* salutaribus præceptis adjungendam diligentiam *detrahendæ carnis* putaverunt, intuentes κοινότητα quam ἐπίδοσιν vel εὐεξίαν vocant, hoc est, *habitudinis augmentum*: sed hoc a *So-*
131 *rano* repulsum. Nos igitur solam *bonam* habitudinem intelligimus, quæ si fuerit cum *modica carne fortitudo*, (*d*) & servanda magis quam repellenda. *Polysarcia* vero, quam nunc passionem dicimus, recte *cachexian* nuncupamus, quæ multis accidentibus denuntiat *periculum*. Etenim quæ [*e*] sequetur *animalia* [*f*] nutrimento dedita, vel (*g*) *custodia* reservata, ut (*h*) flato, atque extento, & prominenti corpore videantur, hæc eadem cuncta *patientes* (*i*) sequentur. (*k*) Similiter accidentia corporibus ulceratis, in quibus [*l*] *vana caro* concrescit, vel eorum *labiis* quæ (*m*) fuerit acie circuncisa (*n*) renascantur.

d. est
e. sequuntur
f. gulæ
g. saginationis ergo Πολυσαρκία *est cachexia species periculosa*.
h. inflatio
i. sequuntur
k. similia quoque accidentia sunt in corporibus
l. luxurians
m. fuerint
n. renascitur

132 Sed istius passionis *duplex* traditur differentia *curationis*: *alia* quæ cohibet fieri plurimum corporis nutrimentum, quæ quidem ponitur in *gestatione* celeri, & *cibis* non multum nutribilibus, ac moderatis, ne plura corpus quam insumit, accipiat: *alia* quæ cyclica regula atque *operosa recorporatione* formatur demutandi corporis causa. Sed ut (*o*) docilis sermo, ac manifesta tradatur præceptio, partium erit memoranda curatio. Convenit igitur corpus exercere *gestatione plurima* ac *perseveranti*, animalium jugo, vel curriculi
133 motu, & *equitatione*, ac *navicula*: item *lectione*, & *vocis exercitio* vehementi, vel meditatione *modulationis agonisticæ*, & *celeri gressu*, quo magis labor *surarum* fiat. Item *cursu*, atque sicca *fricatione*, manibus puris, vel aspero linteamine, & arenæ aspergine: tum *volutatione* in palæstra varia, quam *Græci* (*p*) celadian, atque (*q*) *choricomachian* vocaverunt, quæ sunt specialiter ab ipsius artis præceptoribus imperanda: tum ὁπλομαχία, hoc est armorum ficta (*r*) confrixio: item (*s*) *alienis* laboribus exercitio, hoc est colluctantium, vel coexercentium, quam *Græci* (*t*) haterocopian, vel τραχελισμὸν vocant, atque longo vel [*v*] raptorio *machinamento*, quod

Ejus curatio duplex:
o. perceptibilis

p. κελαδίαν quid significat?
q. an χειρομαχίαν?
r conflixione
s. alternis
t. ἀτεροχοπίαν, an ἑκατεροχοπίαν?
v. tractorio

ma-

[1] *macron sparton* vocaverunt: item Italica *spæra*, & *luctatione*, celerique & dura atque multa vel sicca *fricatione*. Etenim oleo, labentibus manibus, fortitudo solvitur exercitii. Convenit etiam *sole* corpora torrere, quod *Græci* ἡλιώσιν vocant: tum *paroptesi* ex flamma, vel carbonibus, & siccis vaporationibus provocatur sudor: & nunc *ferventia lavacra*, quæ plurimum detrahunt, nunc *frigida*, quæ corpus in densitatem cogunt: denique (*x*) *psychrolutarum* corpora densa, ac veluti (*y*) *testea* sentiuntur. Convenit etiam *arenæ* littorariæ adhibendus fervor: tum *natatio* maritima, vel *aquarum* naturali virtute medentium, & in lavacris sudore perfecto asperginem *salis* adhibere: qua sæpe condita caro animalium ciborum (*z*) voluntati sicca servatur, atque densior, nec collecta marcescit. Tum *fricamentum* adhibendum quod *Græci* (*a*) zegma vocant, ex *nitro* tuso, atque in pulverem redacto, & post lavacrum longa *cibi dilatio*, vel potus. Tunc enim *appetitio* [*b*] minima marcescit, & ejus *acies* temporis obtunditur dilatione, cum etiam *digestionis* parata protervitas detracto fomite languescit. Erit præterea *potus* semper ante cibum prohibendus, vel in toto *parvus* dandus, & magis cum cibi sumuntur. Etenim immisso *liquore* plurimo (*c*) fluidantur accepta, atque *caro* mollitur, & digestione facile [*d*] solidiora propriantur. Sed si plurimum quisquam sitierit *vinum*, parvum dabimus mediocriter asperum. *Pulmentum* vero alicam, amylum, lac, nucleos, cerebrum, ova: *pisces* autem teneros, vel *pinguia* quæque reprobamus. *Panem* damus frigidum, fermentatum, (*e*) *autopyrum*. est enim minus nutriens: & magis, si fuerit, *veteratus*. Specialiter autem *siccus* probandus est *cibus*. Item pulmento danda sunt *olera* & *pisces* durioris naturæ, vel *avium* sicciora, vel *agrestium*, ut leporis, capreæ: porcina ex *deposito*, hoc est, longo tempore sale siccata. Convenit præterea *unum cibum* sumere, & post sumptionem plurimum *vigilare*: (*f*) In requie quidem, quo multa corpus *exhalatione* insumatur vigilando: additur enim plurimum somno: denique *dormientium* corpus (*g*) validius fit. *Potus* dandus frigidus: & perseverante (*h*) *carnis multitudine* erunt initia *cycli* [*i*] adsumenda, nunc ab (*k*) omni *abstinentia*, nunc a *par-*

134 135 136 137

x. qui frigida lavantur
y. testacea:
z. voluptati
a. forte σμίγμα, an ζίμα, a ζέω ferveo?
b. maxima
c. fluida redduntur
d. solidioribus propriantur
i. partium corporis substantia adhærescunt, & agglutinantur
e. αὐτόπυρον, cui nihil furfuris ademtum est
f. irrequietis somnus sagina.
g. uvidius
h. πολυσαρκία de qua hic agitur
i. incipienda
k. totali

[1] Macrosparton nempe, quia longis funibus τοῖς μακροῖς σπάρτοις traheretur.

a *parvo cibo* & *aqua*, nunc (*l*) augmenta ordine regulari. Item a *jejuno vomitu* sumendum est initium: [*m*] vel ex *radicibus*: tum ad *drimyphagian* veniendum, ac mediæ qualitatis materiam, volantum, atque agrestium: quæ quidem
138 erunt celeranda (*n*) per dies minoris brevitatis, quo urgentius [*o*] *initia* repetantur: & in oleribus erunt *urinalia* providenda, ut *asparagus*, *pastinaca*, *apium*, *fœniculus*, *daucus*, *porri capitati*, & horum similia: sic enim communia servantes corpus valebimus demutare. *Accidentium* quoque (*p*) conjecturam faciemus, quo *elimatio carnis* atque (*q*) diductio procedat. Aliqui medici *phlebotomiam* probant, atque *purgativa* medicamina, quæ cathartica appellant, & *clysterem*, & post lavacrum illico *Venerem* adhibendam ante cibum, atque ipsa die parvum nutrimentum, [*r*] poto a-
139 quam dandam. Item vomitum [*s*] post *vespertinum* vinum, Alii quoque veluti passioni contrariam corporis [*t*] *expansionem* ex (*v*) thalamo fieri probaverunt, & appellant (*x*) ἀντίπαλον, itemque *nocturni roris* auram ante solis ortum bibendam. Sed horum *deliratio* manifestis proditur rebus. Nam *phlebotomia* vires depurgatæ vexantur, & corpora (*y*) pallescunt, quod *Græci* [2] ῥάκωσιν vocant. Item *purgativis* medicaminibus ex clysteribus, cum supradictis, etiam liquida corrumpuntur, (*z*) cum *alius habitus* corporis fit, quem *Græci* cachexian vocant. *Venereus* vero usus effœminat membra,
140 atque fortitudinem tollit. Item aliquibus bis in die (*a*) ordinatum *lavacrum*, & *somnum* prius quam cibus sumatur, quidam *improprie* voluerunt. crassificat enim somnus, non tenuat corpora: item *vomitus* post cibum: vires enim tollunt: & quanquam corpori detrahant *carnem*, implent tamen necessario *caput*, atque sensuales vias vexant, & *gingivas* in putredinem mittunt, atque os odore (*b*) fœtant, retro *stomachum* (*c*) limant, & ipsum hominem sibimet faciunt displicere: quod *Græci* γυναιξέσκησιν vocant, cum *inæqualitate* febribus vicina. Est & improprium, atque *prava ratione æstimatum*, *ob corruptionem parvorum majores corpori ve-*
141 *xationes inferre*. Sed si forte (*d*) *vinorum* fuerit excessa moderatio, tunc erit *vomitus* adhibendus: ejus enim vexatione major est immodicæ sumptionis gravatio. Item præ [*e*] cæteris *vehemens*, & major quam oportet, animi officiis sive *curis*

l. augenda
m. deinde ex
n. pauciori-bus diebus
o. cujuslibet cycli
p. observationem
q. deductio
r. potui
s. post cœnam
t. pandiculationem
v. venere & concubitu
x. i. γῆς πολυσαρκίας adversarium
y flaccescunt
z. quo malus *Venus effœminat*.
a. sub. male
b. fœdant, præterea
c. rodunt, excoriant
d. ciborum
e. hic subintel. conducit

2 Sic Aeginet. l. VI. c. 77. laxatam scroti cutim appellat ῥάκωσιν ἰσχίου.

Literis vacantes macri sunt.

f. limatione g.non, ut in Celer. paſſ. libris, integris capitibus redarguta.

curis adplicatio: Videmus enim ob has cauſas etiam *ſtudentium* corpora fieri tenuiora, (*f*) limitatione quadam animi jugi cogitatione atque diſputatione: eorum vero qui *ſegni* ac pigro ductu vitam trahunt, ſolidiora atque *pleniora* fieri corpora, ob contrariam rationem. His de ſuperflua carne conſcriptis, *omnium tardarum paſſionum curationes explicavimus*, intentione aliarum ſectarum [*g*] neglecta.

FINIS.

THEOD.

THEOD. JANS. AB ALMELOVEEN

in Cælium Aurelianum

NOTAE & ANIMADVERSIONES

tam propriæ, quam quas ex Doctorum Virorum Lucubrationibus hinc inde collegit.

Nobiliſſimo & Ampliſſimo Viro *Vvilhelmo Reynders* Reipublicæ Neomagenſis Conſulari, Medendi ſcientia atque uſu celeberrimo

S. P. D.

THEODORUS JANSON. ab ALMELOVEEN.

Cquid ego poſſum tibi gratius offerre? aut juſtiorem reddere otii mei rationem? quam ut, quas in CAELIUM AURELIANUM, *Medicum nobiliſſimum, antiquis non tantum, ſed quod miratu dignum, poſteris plurimis, neſcio quam ob cauſam, forte ſtyli durioris obſcuritatem, prorſus contemtum & neglectum, ſubciſivis horis collegerim, qualeſcunque Animadverſiones, Tibi inſcribam, ac in grati animi teſtimonium nomini tuo celeberrimo conſecrem. Tibi, inquam, cui haec debeo plurimas, eaſque graviſſimas ob cauſas, Vir Ampliſſime, ut qui me primus ante* XX. *& quod excurrit annos, quum nobiliſſimus & graviſſimus ſupremae Curiae Gelricae Senator* Vvilhelmus Loonius, *utrique noſtrum familiariſſimus, mihi non feneſtram, ſed januam ipſam ad tuum favorem tuamque amicitiam aperiret, ita arcte es complexus, ut nullum tempus, nullam occaſionem prætermiſeris, quibus non ſolum me ad publicam ſtationem provehere omni ſtudueris modo, ſed, cum Medicinae non vacaret, quae poſtea tamen acceſſit, Humaniorum Litterarum Provinciam in hac Illuſtri* Ducatus Gelriae & Comitatus Zutphaniae Academia *mihi de-*

mandari ab Illustribus Curatoribus effeceris. Quum autem utrumque Studii genus *pro ingenii viribus probe tueri, atque ad* Caelium Aurelianum *illustrandum, in auxilium vocare sim conatus, accipe paucis, Vir Amplissime, quid aliis districtus studiis ac laboribus, publici commodi causa praestiterim.*

Quum anno MDCLXXXVII. *A. Corn.* Celsum [*cujus brevi, volente Deo, novam, non tamen qualem olim conceperam, majorem, quod alia tempora impediunt, editionem procurabo*] *recenserem, animus erat ei comitem addere, ab Henrico Stephano, inter Medicos Principes nescio quare omissum,* Caelium Aurelianum. *Quem ut exornarem atque probe polirem, undique studui colligere quae illustrando forent optima illi scriptori. Verum cum nuspiam exstare manu exaratos codices intelligerem, ac paucissimas, imo potius unam dumtaxat eruditorum manibus teri editionem Rovillanam, nullos reperiri interpretes, pedem revocavi; ipsumque una cum auctore seposui animum.* Donec *nuper Angliae decus,* Martinus Lister, *Veteris Medicinae promus condus, tum alii quoque vindices summi, Viri Celeberrimi* Jacobus Vallan *Trajectinae,* Petrus Hotton *Lugdunensis Academiae lumina, aurem vellerent, novumque reluctanti adderent animum. Quin etiam, ab Anglis excitatus, qui jam manum operi admoverat, usus opera Cl. Medici* Joan. Conradi Ammanni, *prioribus accedens typographus, me aliis oppressum curis* [*sudant enim, praeter vitae historiam, sub praelo Epistolae,* ECL. *auctiores, nec non rariora opuscula utriusque Casauboni, paucos post menses, uti spero, proditura*] *rogat, flagitat, velim quae ad manum essent colligere, refingere, & in ordinem redigere. Quod cum nec amicis, nec typographo, de republica litteraria bene mereri cupienti, nec Publico possem denegare,* Caelii *codicem arripui; & quae margini illeveram, quaeque in scrinia conjeceram excussi, idque eo lubentius, quod non sine justa causa vererer, Viri Clar.* Nicolai Blancardi *novam editionem, & fortassis etiam Viri Illustrissimi* Franconis a Frankenau, *Serenissimo Regi Daniae a Consiliis Medicis,* Animadversiones *frustra expectari. Certoque scirem Viri Cl.* Thomae Bartholini Notas & Emendationes *in* Caelium Aurelianum *tristissimo incendio esse absumptas; neque umquam, quod scripsisse se fatetur Cel.* Caspar Barthius; *in lucem prodiisse* Glossarium Aurelianum. *Cujus damnum ex parte saltem resarciturus hoc qualecumque* Lexicon *seu* Verborum Indicem *pro temporis brevitate, & muneris gravioris exi-*

gua

gua otia concedentis ratione, confeci; confectumque lubenter communicavi, ratus nostri seculi cum Medicis tum Viris litteratis fore gratum acceptumque; maxime vero Tibi, Vir Nobilissime, *quem juxta cum quibusvis vetustioris & purioris Medicinae admiratoribus, rogo, velitis hanc meam opellam boni consulere, & sicubi peccaro, quod humani aliquid esse, & a me quoque non alienum putem, in amicis morem gerendo facilitati meae benigne ignoscere. Vale.*

Dab. Harderov. prid. Kal. Decemb. cIↃ IↃ CC VIIII.

IN
CAELIUM AURELIANUM
VIRORUM DOCTORUM
NOTAE & ANIMADVERSIONES.

Numerorum, qui extant in margine, prior paginam *indicat, alter ejusdem paginæ* versum.

1, 3. 4. A*Cutarum passionum*] *Acutum* quod pro ingenioso notavimus; sciendum est subtiles quascunque & penetrantes res Latinis *acutas* nominari. Sic *acuti morbi* apud Cælium Aurelianum sive Arrianum potius. *Acuta crux*, maxime torquens, apud Mæcenatem in Epistolis Senecæ. *Acutum venenum* apud Orientium.

Ut laqueos ignis validos, & acuta venena
Cernere laudatam sic fugias faciem.

Acutus motus pro celeri Statio positus libro VI.

- - - - motu Spartanus acuto
Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes.

Barth. Adversar. Lib. XXV. cap. 9. pag. 1230.

1, 5. *Lib. I.*] Alii addunt, *Ad Bellicum.* quid si legas *Ad Bellicum discipulum*, quem mox nominat? Solebant enim antiqui haud raro auditoribus ac discipulis suis dedicare atque inscribere suos Commentarios.

1, 6. *Ippallum*] Alii legunt *Hippasum*. Th. Reines. Epist. ad Chr. Daumium VI. pag. 16. Ipallus Pythagoricus in *Præfat.* apud *Cælium* est *Hippasus* cujus nomen ipsi non succurrit [sc. Barthio] Lib. 28. c. 9.

1, 8. *Nondum nihil*] Symmachus.... *Nam quia nihil est quod agam, ut ne sic nihil agam, subiit me malorum meorum misera recordatio.* De otio suo loqui clarum est ex primis verbis periodi. Elegans vero lusus in *nihil agere*, quod & frustra aliquid conari, & vel futilibus negotiis occupari, & penitus otiosum esse diverso intellectu designat. Frustra laborare significat in hoc Arnobii Lib. VI. *Uni tantummodo exauditi habeant soli, nihil egerint ceteri.* Otiosum esse in notissimo Columellæ scito: *Nihil agendo homines male agere discere.* Sic *nondum nihil agere*, est nondum otiosum esse in his Cælii Aureliani præfat. *Ajunt Ipallum Pithagoricum philosophum interrogatum quid ageret respondisse: nondum nihil: Nondum quidem mihi invidetur* . Quo tamen loco *profectum* consideranti, quem indicari subjicit Cælius, non abs ratione videatur prius *nondum* ex Glossa adesse. Sed & nomen Philosophi non absolverim macula. Certe in indicibus Iamblicho

cho adjectis non comparet, si satis tamen memini, qui istum codicem diu non viderim. Utramque vero hujus phraseos vim coniunxit post Symmachum istum vel & ante, Ausonius quoque ad Symmachum filium post Eidyll. X. *Misi itaque ad te frivola gerris Siculis vaniora, ut quum agis nihil, hæc legas, & ne nihil agas, defendas.* Barthius Adversarior. Lib. XXVIII. cap. 9. pag. 1327.

Nondum nihil] Mendosa esse prima de Pythagorici responso verba, quis non videt? Suspicati alibi horum librorum (sc. Adversar. Lib. XXVIII. c. 9. p. 1327) prius *nondum* glossema esse, quod magnopere sequentium præcipue verborum consideratione displicere non potest. Sed melior videatur vocis correctio quam abjectio. Scribas--*respondisse admodum nihil*. Hoc est propemodum. Nam *admodum omnes* Salviano phrasis, fere, paucis demtis, sonat. Et hoc recepto, facilia erunt cætera. *Barth. Adverf. Lib. XLI c.* 18. *p.* 1851. *ibidem*

Φρένας enim Græce mentes vocaverunt) Forte leg. *Græci* imo Græcos diaphragma ita appellasse tradit Plinius Historiæ Natural. XI. 37. *Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membrana quæ præcordia appellant, quia cordi prætenditur, quod Græci appellaverunt φρένας.* I, 30.

Hanc ipse explorans diffinitionem] Malo legere *explanans* i. e. explicans, apertius & clarius exponens. sic ipse pag. 6. *Mentitur etiam apertissime cum suam explanans definitionem, dicit.* 2, 15.

In statu passionis) Est autem status compositio hominis ad dimicandum, quæ cum conturbatur, statu homo moveri dicitur. Unde & apud Jureconsultos est natum *status controversiam* movere; id est existimationis atque dignitatis in qua hactenus fuit. Est enim status in quo quis acquiescit, nec citra & ultra graditur. Sic morborum status: cum in certam speciem redactus est, apud Cælium Aurelianum sæpissime. Gariopontus Lib. VI. c. 30. *Hæc talia utique fieri conveniunt in principio causæ ejus usque dum veniat ad statum causa.* Idem Lib. VI. c. 3. *Debet autem scire medicus quatuor esse tempora omnium causarum, maxime febrium; Initium, augmentum, statum, declinationem.* Barth. Adverf. Lib. XXXV. c. 22. p. 1627. 2, 21.

Qui in statu vigore passionis) Alterutrum delendum est verbum; siquidem hæc duo plane eadem significant, quare putem expungendum glossema *vigore*; quoniam verbo *statum* sæpius utitur noster auctor, ut pag. 24. *Atque usque ad totius passionis statum alterna, vel per intervalla cibi refectio.* pag. 35. *atque exspectato febrium statu.* pag. ead. *transacto mox accessionis statu.* infra Lib. V. cap. 2. pag. 413. *Conveniunt enim in istis mediocriter constringentia: augmentis vero atque statui, mitigantia vel laxantia: declinationibus emollientia.* *ibidem*

Mentitur etiam aptissime) Forte scripserit Cælius *apertissime*. Cicer. Accademic. Quæst. II. 6. *Philo autem dum nova quædam commovet, quod ea sustinere vix poterat, quæ contra Accademicorum pertinaciam dicebantur, & aperte mentitur* &c. imo nihil verius. ita enim ipse Cælius infra Lib. III. cap. 8. pag. 351. *Omnes enim paracentesi curatos, ut aiunt, mori, apertissime mentiuntur.* 5, 6.

Quod

6, 21. *Quod Græci κροκιδισμὸν sive καρφολογίαν vocant*) Hæc duo conjungit etiam Galenus de Locis affectis Lib. V. cap. 4. sic infra Cælius cap. 5. pag. 14. ubi hæc verba interpretatur. *Crocidismus est ex operimentis fimbriarum veluti decerptio. Carphologia est festucarum levium a parietibus veluti detractio.*

7, 3. *Politura in muris parietis*] Non memini me apud probatos auctores legere hæc duo conjuncta verba, quare expuncta voce *muris* lego *in pariete cubiculorum*, sic pag. 17. *Hinc etiam splendidi colores parietum*. Politura autem erat incrustatio, quæ fiebat ex gypso & calce, vel marmore bene trito. Vocatur alio nomine in leg. 79. §. 2. ff. de V. S. *loricatio* & *opus tectorum*, in l. 241. ff. eod. uti & apud Columellam R R. VIII. 15. *Sed ea tota materies opere tectorio levigatur extra intraque, ne feles, aut vipera perrepat*. Ipsi vero artifices audiebant *tectores*, teste jurisconsulto in lib. 5. §. 7. ff. commodati. item *Albarii*, sic enim Tertullianus de Idololatria cap. 7. *Scit Albarius tectoria inducere, & cisternam liare* (i. e. linere, expolire) *& Cymatia distendere, & multa alia ornamenta præter simulacra parietibus incrispare*. Fiebat autem hoc vel ad lucis majorem splendorem, vel ad ornatum. Ita enim l. 3. §. 4. ff. de in rem verso, *sed si mutua pecunia accepta dominicam exornavit tectoriis, & quibusdam aliis, quæ magis ad voluptatem pertinent, quam utilitatem, non videtur versum*, & l. 79. §. 2. ff. de V. S. *Voluptariæ sunt, quæ speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent, ut sunt viridia, & aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ*. Parietes vero, non muros fuisse incrustatos docent l. 44. de Usufructu & l. 3. 13. ff. de Servitut. urban. prædior. Differebant tamen in eo quod incrustationes constabant ex contrita materia, tectorium opus ex lamellis lapidum, parietibus affixis. V. *Vitruv. Archit. VII.* 3. *& 6.*

18, 8. *Ne ingressu hominum asperentur*) De verbo *asperare* agit Casparus Barthius ad Statium Tom. III. pag. 945.

22, 13. *Quos Græci abusive κυφὰς vocant*) Omnino puto legendum esse, *quas*, nempe cucurbitas leves. Id aperte demonstrat locus qui extat Acutor. Morbor. Lib. II. c. 29. pag. 102. *Leves autem, quas κύφας appellamus*. & Acutorum Morborum Lib. III. cap. 21. pag. 187. *Infigimus præterea cucurbitas leves, quas Græci κύφας vocant, scilicet sine scarificatione*; quæ duo loca abunde docent etiam hoc pro *lenes* rescribendum esse *leves*. In vulgari lexico legitur κύφαι, σικύαι, quæ sunt medicorum cucurbitulæ, quæ sine scarificatu cutim laxant; imo levant & attollunt. Forte dictæ ita sunt a verbo κυφίζω *levo*, *relevo*; sic enim vetus Glossarium Græco-Latinum, quod addit, κυφίζει *Levat*, κυφίζουσιν *Adleviant*.

24, 17. *Sella bajulatoria*] Est hæc eadem quæ modo ab ipso Cælio vocatur *Gestatoria*, modo *Fertoria*, [*Fertorium* vocat pag. 199.] modo *Portatoria* pag. 271. quas accurate describit Chimentellus, qui in suo de Honore Bisellii opere cap. 24. pag. 124. hunc locum omisit.

25, 30. *Accusabilis apud inertes*) *Iners* apud auctores non tantum pigrum aut

aut ignavum designat, sed oppositum erudito, hoc est indoctum, rudem, barbarum. Paullus ex Festo; *Iners*, *ignavus*, vel *sine arte*. ita ex Afris auctoribus usurpat, qui maxime proprietatis sunt studiosi, Cælius Aurelianus. Ita capiendum id vocabulum etiam apud Ausonium in Grypho numeri ternarii, cum dicere vellet non extra artem ad numerum pertinentem carmen producendum.

Hic quoque ne ludus numero discurrat inerti,
Ter decies ternos habeat, deciesque novenos.

Barth. Adverſ. XLI. c. 16. p. 1847.

Mediæ materiæ pulmenta, quod Græci μέσην ὕλην appellant) Malim legere quam Gr. μ. ὑ. *a.* uti mox hac eadem pagina. *ut primo demus ea quæ sunt mediæ materiæ quam Græci μέσην ὕλην vocant.* 26, 31.

Resumptivum quid] Aut excidit, aut subintelligendum verbum *sit.* 26, 37.

Ut neque vetustum, neque satis novum sit) Hic locus inserta vocula male corrumpitur a correctore. *Barthius Adverſ. Lib. XXIX. cap.* 13. *pag.* 1381. 27, 25.

Ad Asclepiadem.) Asclepiadis vitam paucis descripsit Petrus Castellanus de Vitis Illustrium Medicorum pag. 78. & seq. 30, 2.

Neque ullam digestionem &c.] Hanc Asclepiadis opinionem enarrat Celsus Præfat. Lib. I. pag. 6. *Accedantque Asclepiadis æmuli, qui omnia ista vana & supervacua esse proponunt. Nihil enim concoqui, sed crudam materiam, sicuti assumpta est, in corpus omne diduci.* 32, 4.

Stringit enim hordeum] De hordeo falsum, de lenticula verum dixit secundum Celsum de Re Medica Lib. II. c. 29. 30. 36, 3.

Relaxat ptisana & alica) Negat Celsus de Re Medica Lib. II. c. 30. 37, 24.

Quapropter nocte] Celsus de Re Medica L. III. c. 18. p. 153. *Confert etiam aliquid ad somnum silanus juxta cadens, vel gestatio post cibum, & noctu.*

Pro temporum aere] Temporum nempe anni, ut veris, æstatis, autumni, ac hyemis, quæ Cælium intellexisse probant sequentia: *ita quoties potum demus autumno, vel verno tempore, non docuit.* sic infra pag. 290. *& temporum annales partes.* 39, 3.

Releventur omnes lucis initio, vespero accessiones augeantur] Ita etiam Celsus de Re Medica Lib. III. cap. 5. pag. 125. *Igitur alii vespere tali ægroto cibum dant; sed, cum eo tempore fere pessimi sint, qui ægrotant, verendum est* &c. --- *Deinde matutino tempore, quod natura sua levissimum est.* 39, 18.

Neque sanis utilis gestatio post cibum] Quia ex sententia Celsi Lib. I. c. 2. *post satietatem nihil agendum.* & Lib. I. c. 5. *Cumque inutilis sit post cibum aut contentio, aut fatigatio animi, tum his præcipue, qui vel capitis, vel arteriæ dolores habere consueverunt.* 39, 4.

In phreniticis ex tumore alienatio fit) Putabam primo legendum ex *turbore;* ita enim Lib. II. c. 1. pag. 53. *Siquidem Asclepiades in primo libro celerum Passionum dixerit Phreniticis alienationem cum turbore effici.* Verum locus qui exstat Lib. I. c. 17. pag. 46. docet *tumore* servandum, 41, 20.

dum; ait enim: *Periculosum est quicquam acre, vel quod commoveat immitere, quo rentento tumor magis augeatur.*

51, 30. *Respirationem humaniorem*] Hoc est commodiorem, magis optabilem, *humanus* enim æquum, commodum, concinum designat. Idem Lib. I. c. 11. de Morb. Acut. *Tunc comparatione profectus, cibi augenda humanitas.* Item Lib. III. cap. 7. *Dehinc quotidianis diebus humaniore cibo nutrimus.* Theodorus Priscianus Libro III. cap. 2. *His cibi humaniores, his jam lavacra concedenda*, Barth. Adverf. Lib. XLIV. cap. 14. pag. 2012.

57, 9. *Gravatione horribili sopori simili*] Aliqui non *sorbili*, sed *terribili* legendum, aut vocem abradendam voluerunt. Ego vero neque tollendam eam, neque mutandam puto: siquidem soporem eum elegantissime *sorbilem* nuncupavit, in quo maximus stertor efficitur: qui quod sorbitionis clarissimam imaginem præbeat, præter sensus fidem etiam Plautinus ille Lucrio in Militis fabula [A. III. sc. 2. vs. 6.] manifestum fecit, qui interrogatus a Palæstrione; quid Sceledrus ageret, sic cum eo sermonem habet. Luc. *Sorbet dormiens.* Pal. *Quid, sorbet?* Luc. *Illud stertit volui dicere; sed quia consimile est, quod stertas, quasi sorbeas.* Hieron. Mercurial. Variar. Lect. I. c. 10.

60, 20. *Serapion empiricus*) Hic auctore Celso. (Præf. Lib. I. pag. 3.) *primus omnium nihil rationalem disciplinam pertinere ad Medicinam professus, in usu experimentis eam posuit.* Eum vero Alexandrinum, post Philinum secta Empirica florentem, adversus Hippocratem commentarios scripsisse, tradit *Galenus Introduct. cap. 4. & de subfigurat. Empiric. cap. 13.* Antidotum e satyrio cientem tentiginem, ab eo in oppido Diphthera inventum describit *Nicolaus Myrepsus Section. I. cap. 66. pag. 357. ed. Henr. Stephan.* sub Nerva autem & Trajano claruit quidam Serapio Atheniensis Poeta & Medicus, familiaris Plutarcho, quem videbis Lib. de Pyth. Oracul.

62, 20. *Et dandum manibus quod excitet ægrotantem*] Quid sit *dandum manibus*, fateor me non capere? * quid enim manibus ægroti potest dari quo excitetur; quare cum jam præmittat omnium præstantius atque operantius esse sinapi tritum cum aceto admixto, caputque cataplasmandum, malui reponere, *dandum naribus*, i. e. naribus aliquid esse insufflandum, quo excitetur; remedium in hoc morbi genere frequens. Juvat me locus qui exstat pag. 65. *Quo tempore excitare etiam convenit, atque sternutamento, & aceti cum sinapi odoramento uti, vel cataplasmatibus.*

64, 10. *At vero iste importunius lethargis probandum existimat*) Quid si legas *præbendum* i. e. dandum, exhibendum, nisi mavis *prædandum* id est ante dandum. sic Lib. II. c. 37. Acutor. Morb p. 122. *præsentientes jam fuisse digesta prædata.* & Lib. III. c. 17. pag. 177. *prædato aut superdato oleo.*

66, 4. *Ex pane & aqua*) Omnino legendum *alica*; nam statim subjicit *aqua*

* Ex iis quæ pag. 63. leguntur, colligi potest, hæcce ita esse legenda: *Et dandum* sinapi terendum *manibus, quod excitet ægrotantem.*

aqua mulsa, quod alias bis diceret. Infra Lib. II. c. 29. *alicam dabimus ex aqua calida*.

Nunc, ne supra dicta omnia simplicia &c.] Ipse sensus flagitat pro *omnia* legendum esse *nomina*, quæ cum per se nihil significent ac doceant, ideo ipsas significationes singulorum nominum seu verborum vult prosequi. 69, 16.

Sic etiam super dicit &c.] Nullus dubito quin sit legendum *insuper*, absorpta syllaba *in* ab ultimo elemento *m* vocis *etiam*, errore librariis valde communi. 71, 26.

Quorum nihil in Catalepticis invenitur] i. e. quorum nempe medicaminum nulla facta mentio in Catalepticis ac Catalepticorum curation. invenitur. 76, 17.

Tunc post punctionem] Scarificationem interpretatur Dalechampius, seu Rovillianæ editionis auctor; quod, quia fomentum ex oleo adhiberi dicitur, minus convenit; quare repono *per unctionem*; ita enim infra Morbor. Chronic. Lib. IV. c. 3. pag. 368. *interjecto spatio unius horæ perunctum reficere ægrotantem oportet cibis congruis*. Posset alias commode etiam legi *præunctionem*, quoniam noster Cælius admodum delectatur præpositionem *præ* verbis præponere; ut *præcavere*, *prædiscere*, *prædare* &c. 76, 22.

Atque loco carens nimium frigi is uti fomentis] Vox *nimium* plane corrupta est: restituto *in initiis*, quomodo loquitur Cælius Lib. II. c. 29. pag. 101. *Simyla quoque in initiis gravis est*; & certe initia opponuntur declinationibus. 78, 23.

Pleuritis inquit est liquidæ materiæ coctio, sive densatio.) Quid est *coctio materiæ*, & quomodo illa potest inducere pleuritim; nisi ebullitionem interpreteris. Hinc margini codici olim adscripseram *coactio*, i. e. vehementior impulsio seu affluxus materiæ. 79, 5.

Sive cantabro eodem genere fervefacto) Cantabrum ut olim docuit vir magni nominis Hadrianus Turnebus Adversar. XV. c. 16. furfur est Apicio & Cælio. Et quidem Apicius Lib. VII. cap. 1. & 7. Cantabri meminit, at nusquam quid illud rei esset (quod ego quidem animadverterim) explicavit. Cælius Aurelianus de Acutis Morbis ad Hippocratem de pleuriticis juvandis *utendum*, inquit &c. apud quem notandum est quod ubi in Hippocrate Lib. II. de victu in morbis acutis, non longe a principio *furfur* est, in translatione apud Aurelianum ad eundem Hippocratis locum, est *cantabrum*. Accedunt Turnebo medici omnes, Barbari præsertim, apud quos nihil est tritius. Galenus ipse in Dynamidiis, & Vegetius in Veterinaria, succi cantabri mentionem faciunt, cremorem furfuris intelligentes, qui ut disserebat Philippus Menzelius Medicus Ingolstadiensis, cujus eruditioni hanc disquisitionem universam debet philologus lector, ita exprimi solet: in pugillos aliquot furfuris seu cantabri, infunditur aqua, post horas aliquot refusa superflua aqua, furfures exprimuntur: furfuris succus albidus seu cremor sic est usui. In furfure enim, præsertim triticeo aut farreo, multum est farinæ, vel farinaceæ materiæ, quæ partim maceratione illa, partim expressione, cremorem conficit. 89, 14.

ficit. Confirmantur hæc ex catholico F. Johannis de Balbis, edito Augustæ anno MDLXIX. in quo diserte legitur: *Cantabrum purgamentum est frumenti vel farinæ, vel cibus caninus, quo canes pascuntur* &c. Laurent. Pignorius de Servis. pag. 521. 522. 523.

100, 3. *Quem rhogmon appellant*) Quis non videt *Ronchon* vel ῥόγχον legendum, cum supra Lib. II. cap. 10. pag. 73. scripserit auctor: *Gutturis stridor, quem Græci ῥόγχον vocant.* Verum cum in Glossario veteri Latino Græco legatur *stridor*, τρισμὸς, βριγμὸν, posset etiam apud Cælium legi *brigmon*.

104, 7. *Item Titus hujus*(sc. Asclepiadis) *sect.*)Hic forte erit idem qui vocatur Titus Aufidius Siculus, cujus meminit Herennius Philo apud Stephanum de Urbibus V. Δυῤῥάχιον. Καὶ Ἑρέννιος Φίλων ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς Δυῤῥαχηνὸν ἀναγράφει Φιλωνίδην ὅτως. Ἀσκλεπιάδης ἀκουσὰς εἶχε Τίτον Αὐφίδιον Σικελὸν, καὶ Φιλωνίδην Δυῤῥαχηνὸν, καὶ Νίκωνα Ἀκραγαντίνον. *Et Herennius Philo in lib. de re Medica, Philonidam Dyrrachenum describit hoc modo: Asclepiades auditores habuit Titum Aufidium Siculum, & Philonidam Dyrrachenum, & Niconem Acragantinum.*

105, 15. *Ut magnum mare, sacrum mare, atque luem deificam, epilepticam passionem*) Vereor ut exciderit post *atque* vocula *sacram*, quo epitheto indicari dicit etiam deificam luem, id est epilepticam passionem. Colligo hæc ex ipso auctore, qui Chronicor. Morbor. Lib. I. c. 4. pag. 211. epilepsiam describens, inquit: *Appellatur etiam puerilis passio, siquidem in ipsis abundat ætatibus: & sacra, sive quod divinitus putetur immissa, sive quod sacram contaminet animam, sive quod in capite fiat, quod multorum philosophorum judicio sacrum templum est partis animæ in corpore natæ: sive ob magnitudinem passionis: majora enim vulgus sacra vocavit. Inde sacrum dictum mare, & sacra domus, velut tragicus poeta sacram noctem, hoc est magnam appellavit.* Sic apud auctores Græcos non raro ἱερὸν pro τῷ μέγα occurrit. Athenæus Deipnosoph. Lib. VII. cap. 7. pag. 284. Ἄλλοι δ' ἀκούουσιν ἱερὸν ἰχθὺν τὸν ἄνετον, ὡς καὶ ἱερὸν βοῦς τὸν ἄνετον. οἱ δὴ τὸν μέγαν, ὡς μένος Ἀλκινόοιο. τινὲς δὲ τὸν ἱέμενον πρὸς τὸν ῥοῦν. i e. *Sacrum piscem interpretantur, alii Deo cuipiam dicatum, quo modo & sacrum bovem dicimus, consecratum. alii magnum, ut sacrum robur Alcinoi; quidam aquæ fluentis avidum.*

109, 8. *In febribus continuis, vel ardentibus atque flammatis*) Quid si legas *flammosis*: nam mox ab initio sequentis capitis ait: *febris acuta, atque celerrima & flammosa.*

109, 6. *Demetrius Aponieus*) Aut hoc loco legendum *Apomeus*, aut infra Tardar. Passion. l. 5. c. 9. *Apameus*, siquidem nullus dubito quin sit unus idemque.

116, 6. *Convenit etiam neque majora loca esse, solubilibus enim plurimus aer esse perspicitur* &c.) Ratio cur cubicula diaphoreticorum nolit esse patentiora, est, quia loco amplo plus aeris concludatur: copiosior autem aer resolvat potentius. legerim igitur, *solubilis enim plurimus aer esse perspicitur*. *Solubile* quod facile plurimumque resolvit,

διαφορητικὸν: cavendum propterea feralis ſudoris nimietate liqueſcentibus & defectis. Hac forma adjectivorum in *bilis* Cælius uti maxime delectatus eſt cum agendi facultatem indicare voluit, quam alii participiis præſentis temporis eloquerentur. *Vexabilis*, i. e. vexans, l. 3. c. 6. de re venerea: *eſt hoc nervoſitatis vexabile*: l. 2. c. 13. *damnaverunt adjutorii genus* phlebotomiam *tanquam virium vexabile*. *Denſabilis*, i. e. denſans: l. 5. c. 7. *Cibus etiam conſtrictivus dandus vel denſabilis & frigidus*. *Siccabilis*, i. e. ſiccans: l. 5. c. 1. *item quidam tanquam ſiccabile humoris ophitem lapidem ligaverunt* hydropicis. Sic *inflabilis* pro inflativo l. 3. c. 2. *Nauſeabilis*, l. 3. c. 2. *Pauſabilis*, l. 2. c. 13. *perſeverabilis*, l. 3. c. 2. & apud *Theod. Pr.* l. 2. c. 1. *quaſſabilis tremor*. Item *nutribilia* pro nutritivis: Cæl. l. 2. c. 13. *regula*, i. e. diæta, *ſicca frigida & nutribilis*: l. 5. c. 21. *cibus nutribilis*: ibid. *percuſſibilis pulſus*, pro majore & vehemente l. 2. c. 5. & lib. 4. c. 8. *odores percuſſibiles* pro graviter adficientibus l. 1. c. 4. Paſſivam ſignificationem habent ejuſdem formæ Adjectiva regulariter, & ſic apud *Cælium* ſequentia; *digeſtibilis ſuccus levis* l. 1. c. 4. *exercibilis regula* lib. 5. c. 11. *immitigabilis ardor* l. 4. c. 3. Iſta ſignificatio τοῦ *ſolubilis* abſtruſior, & res ipſa Medicis ſolum cognita, Bartio impoſuit, ut hunc locum purgaturus fœdius commacularet. Corrigit enim l. XXXVIII. c. 2. *Soli ſubibilis enim plurimus aer eſſe perſpicitur*; quaſi locus patentior ſolem facilius recipiat, quem in ægroti cubiculum non admitti debere ex *Aetio* tetr. 3. ſ. 1. c. 1. didicerat. Sed vanæ ſunt cogitationes, & criſis temeraria. locus enim quivis ſolem recipit, non qua ſpatioſus & capax multorum corporum, ſed qua ſoli obverſus eſt & patet; ſuntque ideo vel anguſtiſſima cum feneſtris frequentioribus lucida; contra ampliſſima, ſi clauſa ſunt; feneſtris rarioribus & a ſole averſa, tenebroſa. Deinde de aere h. l. præcipit *Cælius*, non de ſole; quod idem etiam voluit *Aretæus* cum l. 2. *de Curat. Ac.* c. 3. domo verſus urſam cardiacos decumbere juſſit. Adparet præterea, quod dixi, de aere cavendo monere *Cælium*, ex oppoſito de locis nimis anguſtis; eſſe nimirum ea præfocabilia, quia fervorem ex ingreſſu hominum concipiant; ubi aerem quaſi conculcari, ejuſque eventationem ob exhalationes copioſas convenientis turbæ prohiberi intelligimus; unde reſpirationis difficultas cum præfocabili ſenſu, ut loquitur noſter l. 3. c. 2. ægroto obvenire poſſit, cum locis, quo perflatus aliquis accedat, diaphoreticos continere oporteat, juxta *Celſum* l. 3. c. 19. In poſteriore ῥήσεως parte aliquid deeſſe, ſed quo ſenſus non corrumpatur, videt quiſque. ſupplerem ita, ſi indulgeretur *n* in *ut* convertere: *ſed neque plus ſatis brevia, ut præfocabilia & quæ facile fervorem ex ingreſſu hominum concipiunt*. Hæc adeo vera eſſe ſcio, ut ad omnia Medicorum & Criticorum ſecundum me pronunciaturorum collegia ac conſeſſus provocare audeam. *Reineſ. Variar. Lection. L. III. c. 17. p. 649.*

Probandam etiam aſperginem &c.] Dirarato nimis habitui corporis 117,27.
corrigendo & ſudoribus ſymptomaticis compeſcendis pulveres frigoran-

tes & constipantes inspergere membris soliti sunt veteres; eos ξηρία, ἐμπάσματα, συμπάσματα, καταπάσματα vocarunt Græci, *Orib. l.* 10. *Collect. c.* 37. Diapasmata *Plin.* l. 13. *c.* 2. cum odoratis & aromatibus constant ad exsiccandas humiditates in partibus compositas; item ad superficiem rubificandam pustulandamque, & pruritum excitandum ex acribus fervidisque adarce, nitro, euphorbio & similibus: De quibus noster l. 1. Chr. c. 14. l. 3. c. 5 & 7. l. 5. c. 2. & 6. vocari a Latinis *aspergines*. Siccatis autem semper constitere, & sicca forma, insperfili administrati sunt omnes: *Theodorus Prisc.* l. 2. c. 12. & ex hoc *Gariop. l. de febr. c.* 24. Membra sudantia myrti vel rosarum foliis siccis contusis & cribellatis: item gypsi, manna turis, gallarum pulvere adspersit; quod non intellexit *Barthius* qui l. d. asperginem pro levi irrigatione, quasi humidis fieret, habuit: composuit enim cum perfusione: male. Humidum vel humectatio laxaret potius habitum, cum hic densationem indicari pateat. *Asperginem cujus frigorantia atque obtrudentia tactu*, inquit *Cælius*, i. e. quæ frigorat & obstruit simul ac tetigerit partes; nihil enim mutare opus est, cum omnia sic sibi constent. *Barthii* emendatio, *cujus vis frigerantia atque obtrudentia*, nihil dicit quod non ex edito intelligi posset; inutiliter igitur & impertinenter voculam *vis* intrudi consequitur. Potuissem probabilius, ne addito quidem apiculo, *cui vis frigerantia*, i. e. cujus facultas est refrigerare; sed religio est sine manifesta necessitate in Antiquitate vel literulam apicemve convertere. *Reines. Variar. Lection. III. c.* 17. *p.* 651.

119,14. *Adhibendum simplicis pollinis cataplasma, sive panis infusi* &c.) Nempe in aqua. Panis autem ille vocabatur *sordidus* seu *canum*; ita enim vetus Scholiastes Juvenalis ad Sat. V. vs. 11. *& sordes farris mordere canini*, i. e. *Cantabri. Panis sordidus canum est.*

119,19. *Palmulas, quas Græci Patetos*) Paulo ante, pagina scilicet 118. scripsit: *Palmulæ nucales quas caryotas appellant*; quibus ex verbis videor mihi veram elicere hujus loci scripturam quæ est, *quas Græci caryotas vocant*. Vetus enim Glossar. Græco-Latin. κάρυα *Nuces*, κάρυον, & κάρυος *Nux*.

124,12. *Eudemus Themisonis sectator*) Hujus Eudemi amici & corruptoris Liviæ meminit Plin. *Histor Nat. Lib. XXIX cap.* 1. & Tacit. *Annal. Lib. IV. c.* 3. Forte hic ipse qui citatur a Rufo Ephesio *de Partibus Hominis Lib. I. cap.* 33. Floruit tempore Galeni etiam Eudemus Medicus, sed peripateticus, qui una cum Herophilo primi post Hippocratem nervorum anatomen accurate scripserunt. *Galen. de Locis Aff. L. III. c.* 10.

128,21. *Sua promota substantia*) Malim *præmota*, id est ante mota. Vult dicere Cælius mota ante substantia, hoc est spiritu atque nutrimento, ex quibus caro concreta est, tum etiam commoveri carnem.

129,28. *Valens*] Vectium Valentem temporibus Claudianis ad summam potentiam evectum Messalinæ consuetudine, novæ sectæ in medicina principem & eloquentiæ sectatorem, cujus *Plin. lib.* 29. *cap.* 1. meminit; quem a *Cælio Aureliano* cum Artorio, Nigro, Magno, Julio Basso

Basso medicinæ scriptoribus censeri & laudari putamus, & cui etiam compositionem pro orthopnoicis ex *Andromachi lib.* 2. *intern.* descriptam a *Gal. l.* 7. *de comp. med. s. l. c. ult.* tribuere possimus: itemque cognominem, qui ob res prospere bello Britannico & contra Astures gestas torquibus, armillis, phaleris, corona aurea donatus fuerat, teste Inscriptione facta a. U. C. 819. decimo quarto Neronis, Coss. Lucio Telesino & Suet. Prulino, & reperta Arimini, apud *Grut. p.* 112. istius filium, alios fuisse necesse est: Ille enim a Claudio in supplicium trahi jussus fuit, ut est apud *Tacitum Ann. XI.* hic Eques Romanus, evocatus Augusti, centurio, tribunus cohortium, sevir, quæstor, prætor, duumvir, flamen, augur, patronus Coloniæ Arimini fuit; quæ dignitates & officia neque Antiocheno alicui Syro conveniunt, neque Mathematico, quem sub Antoninis floruisse constitutum est. Alius etiam Valens Astronomus, τῶν τότε περὶ τὴν τέχνην ταύτην ἐσχολακότων ὁ ἀκριβέστερος, qui decreto Constantini M. conspecto urbis recens instauratæ horoscopo, de ejus duratione nonnulla prædixerat, ut est apud *Cedrenum*, *Glycam*, *& Zonaram*, *t.* 3. *ann.* quem quia cum Vectio Valente eundem esse statuit *Barthius l. V. cap.* 4. non circumspexisse singula, & *Scaligero Seldenoque* scientibus inscius oblocutus esse deprehenditur & sine ratione. Scriptori enim seculi quarti integram Latinitatem, quæ primo exacto & cum gentis Juliæ Imperatoribus desinere, ab eoque tempore varie interpolari & corrumpi cœpit, adscribere non debuit, qui etiam vetustiores, sed seculi tertii, in quartam ætatem Latinæ linguæ rejecit, & *non adeundos esse censet, nisi judicii paulum firmatioribus*, *l.* 50. *c.* 9. Anthiochenum etiam quendam, & isto ævo, quo sermo Latinus tantum inter Europæos & Africanos constitit, Latine scripsisse tam incredibile mihi, quam Carolino seculo Italum, Longobardum Gallumve aliquem Syriace vel Chaldaice; & semper plures fuere inter Latinos, qui Græce scribere tentarent, quos collegit *Lud. Nogarola ep. ad Adamum Fumanum*, & e Latinis Græca facerent, quam inter Græcos, Asiaticos, Ægyptios, qui Latine commentari & e Græcis, Syriacis, Arabicis, Latina reddere voluissent. Hinc *Barthium* non semper ἶναι τῶν ἀκριβούντων, ἀλλὰ τῶν εἰκούντων, nonnunquam vere videor posse contendere: qui si ad *Scaligeri* pedes sedere voluisset, & auscultare *Seldenum*, Vectii Valentis Floridorum libros periisse non præcipitasset lib. 16. cap. 8. *Reines. Variar. Lection. Lib. III. cap*: 14. *pag.* 559.

Valens) Vectius, sive ut alii Vettius Valens, adulterio Messalinæ, Claudii Cæsaris uxoris, nobilitatus, indicio *Taciti Ann. XI.* pariterque eloquentiæ affectator, qui novam instituit sectam, *Plinio* teste *Lib. XXIX. cap.* 1. inter eos a *Seneca* recensetur in *Apocolocyntosi Claudii*, quos Narcissus duci jusserat. Quod Tacitus ibidem confirmat. Scribonii sub Apulejo condiscipulum putat etiam *Julius Guastavinus Loc. med. sel. lib.* 1. *cap.* 11. Valentis quoque meminit *Cælius Aureliauus* prior Galeno, qui etiam *de comp. med. sec. loca lib. VII.*

cap. 6.

cap. 6. Valentem, & *lib. IX. cap.* 4. Terentium Valentem in testimonium vocat. Ex antiquo præterea monumento quidam VALENS AUG. LIB. A VESTE IMP. PRIVATA innotuit, idem forte qui in alio VALENS AUG. LIBERTUS. *Joan. Rhodius* ad Scribon. Larg. Compos. XCIV. pag. 157.

134, 7. *Descendentes enim ad altiora*) Qui, quæso, descendere ad altiora, raptæ possunt vaporationes, tumoremque laxare? Restitue itaque *ascendentes*, quomodo legendum pagina mox sequenti 135. ipse aperte demonstrat. *Etenim surgens ex isto liquore vaporatio collaxat tumentia* [recte Dalechampius *colla laxat*] ubi surgere est quod supra *ascendere*, quod pro ascendere etiam optimi auctores usurparunt. Liv. Lib. XXIX. c. 1. *Legati Asiam petentes protinus Delphos cum ascendissent.* Quomodo autem *ascendere* sæpe fuit depravatum in *descendere*, vide virum summum J. Fr. Gronovium ad Livium Lib. II. c. 28.

135, 1. *Sive Andronis*] Subintelligi forte debet vel addi *pastillus*, quem describit *Celsus* de Re Medica Lib. III. cap. 20. §. 4. pag. 269. *Andronis* Medici meminit etiam *Athenæus* Deip. L. XV. c. 8. p. 610. *Galenus* V. de Medicamentor. composit. secundum locos Lib. III. c. 3. p. 419. Tom. XIII. edit. Carterri, ubi ait se ulcera in meatibus narium curasse pastillis Polyide, Pasionis, & Bythini, vocat eum Andronium.

Ibidem *Et Polydæ sphragis*] Conficiendi modum reliquit *Celsus* de Re Medica Lib. V. cap. 29. §. 2.

136, 24. *Et interscapulæ*) Forte divisis vocibus legendum est *inter scapulas*, quemadmodum infra Chronicor. Morbor. Lib. III. cap. 2. *Dehinc vaporationes inter scapulas sives palas adhibendæ.* Sin verbum compositum quis malit, scribendum putem *interscapulo*. Uti constat ex veteri Glossar. Latino-Græco *Interscapulum* μετάφρενον.

136, 34. *Immodice appetibile*] Rectius legas *apertibile*, capite enim proximo 4. pag. 139. *& superunctione tenuabiles atque apertibiles*,

142, 16. *Etiam melanteriam admiscent*] Eo, quod pagina 141. dixit: *Dat etiam elaterium in pondere denariorum septem*, malim reponere *elaterium*. Quid? mox subjungit *& elaterio confecto*.

142, 34. *Promittentibus viribus*] Malim *permittentibus*.

142, 35. *Qui ex perfrictione synanchici fuerint effecti*] Eleganter ad rem Martialis in Maximum Lib. III. Epigram. 18.

Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces.
Cum te excusaris, Maxime, quid recitas?

143, 6. *Putredinem* (Rectius *uredinem*.

144, 28. *Universalis dicto* &c.) i. e. generaliter & universim loquendo; comprehendit enim que pluribus dixerat particulatim generali quadam enuntiatione. Eodem modo loquitur l. 5. c. 10. *Communiter sive universim dicendo, quod Græci catholicon vocant.* Idem aliter sed insolente locutione effatur. l. 4. c. 8. *Reines. Variar. Lection. L. III. c. 17. p.* 648.

147, 30. *Alterum ab eo*) Ita pro *alterum habeo* rectissime correxit. Barth. Adverf. Lib. XXXVIII. c. 12. p. 1742.

In

In anteriora conductionem facit) Quam *conductionem* Cælius facit, hanc *convulsionem* reddit Celsus. ego sane cum Cælio magis faciam. Celsi locus est Libro II. cap. 1. De utraque tetani specie *ὀπισθοτόνῳ*, & *ἐμπροσθοτόνῳ* tractant *Ægineta*, libro III. cap. 20. *Oribasius* Libro VIII. cap. 16. Synopf. *Actuarius* Zachariæ Libro I. cap. 16. Celsus Libro IV. cap. 3. Opisthotonon mox *posterganeum raptum* appellat Cælius. *Barth. Adverf. Lib. XXXVIII. c.* 12. 147, 5.

Cremento collorum) *Crementum* colli est erectio atque inflexibilis constantia *Barth. Adverf. Lib. XXXIX. c.* 1. 148,30.

Dentium quoque concubitus, hoc est imcubens confixio) *Configi* est fortiter collidi, ut velut confixi dentes. ita mox *colla conducuntur in anteriorem partem atque mentum pectori configitur*. Eleganter quoque *concubitum* dictus, quod altera pars alteri incumbat. *Bart. Adverf. Lib. XXXVIII. c.* 12. 149,21.

Et possibilem motum fieri indicavit) *Possibilis* motus est difficilis quidem, sed tamen expedibilis; contrarium impossibilis. Præfatione Tardarum. *Alii vero has omnino tacuerunt tamquam impossibiles judicantes, vel incurabilium passionum*. Bart. Adverf. Lib. XXXVIII. cap. 12. 150,22.

Atque levata ut deposita] Dalechampius, seu editionis Lugdunensis editor *æque levata ut deposita*; mihi potius legendum videtur *eaque levata aut deposita*. 151, 7.

Atque attento sensu habitantur) Alii *afficiuntur*; sed levissima unius elementi fere transmutatione eleganter legas *agitantur*. 154,36.

Assuendo) Quid illud *assuendo*, scribendum est *assugendo*, quod sartores facere hodieque videmus. *Barth. Adv. Lib. XXXVIII c.* 12. 158,28.

Ut Tullius) Academic. Quæstion. Libro I. cap. 11. & Lib. II. cap. 6. 161,33.

Quidam logicorum quæsiverunt pro loco] Logici sunt quos Rationales Medicos appellare licet, quorum princeps Galenus, omnium omnino scriptorum extra sacros præstantissimus. Hos methodicus noster ubique persequitur. Minime vero *joco* hic reponendum ut Interpres hariolatus est. *Pro loco*, pro suo captu, sua statione. *Barth. Adverf. Lib. XXXVIII. c.* 12. 164,12.

Item Polypus) Lege uti supra pag. 158. *Polybus*. 165,10.

Immundis consequenter pannis] Perperam *τὸ immundis* mutat Editor. Contrariæ enim fasciæ *mundæ* dicuntur hoc libro cap. 21. *tum tectione mundarum lanarum atque calidæ infusionibus utemur. Limpidas* vocat Lib. I. Tardar. cap. 1. *Apponendæ etiam lanæ leves ac tenues & limpidæ iisdem partibus. Immundus* autem non tam sordidum quam inquinatum aut infectum sonat, ut *lutulentus* apud Apicium L. II. cap. 2. Piper teres *pridiæ infusum, cui subinde liquamen suffundes, ita ut bene tritum ac lutulentum facias piperatum* Barth. Adverf. Lib. XXXVIII. c. 12. 167,12.

Quod fiet hoc genere] i. e. hac ratione, hoc modo. ita Petronius. Cicero Lib. II. ad Q. Fratr. Epist. 2. *Innumerabiles res sunt, in quibus* 167,17.

bus te quotidie in omni genere desiderem. Designatianus sive quis alius Epist. *Quosdam vero comperi hoc genere grassari*. Frequenter ita Palladius de Re Rustica, ut Lib. II. cap. 15. *Creduntur hoc genere vel fugere vel perire*. ibid. *Sorba servantur hoc genere*. Lib. I. cap. 13. *Aut tabulis faciemus, aut cannis hoc genere*. cap. 17. *Puteos faciemus hoc genere*. cap. 35. *Talpas Græci hoc genere persequuntur*. Barth. Adverf. Lib. XXXVIII. c. 12.

170, 7. *Vel belluæ pelle*) Quod hyenæ pellem editor substituat, eo opus non est; nam generaliter de omnibus belluis, quibus cum canibus pugna est, loqui, ipsa posteriora verba prioribus interpretationem dant. *Bart. Adverf. Lib. XXXVIII. cap.* 12.

Ibidem *Vel belluæ pelle*) Pro *pelle* legit *felle* Reinef. Variar. Lect. III. c. 11. pag. 511. *vide locum*.

170, 8. *Superstitione traducti*) *Traducere* eleganter decipere, fallere notat. sic supra cap. 15. *Traductos visis* pro fantasmatis illusos dixit. *Barth. Adverf. Lib. XXXVIII. c.* 12.

170,29. *Intestinorum verticula*] *Verticula* sunt res quæque, que inverti aut volvi facile ex sua quasi natura possunt. ita enim mox: *intestinorum verticula distentis cutibus apparent*. Eleganter Papias *Verticula, cardines*. Sic arbitror *vertiginem veretri* dixisse, quod scilicet vertatur in formam velut corneam, nimia intensione. Libro V. Tardarum cap. 7. *sine ullo dolore vel consensu vertigo veretri fit, & appellatur priapismus*. Barth. Adverf. Lib. XXXIX. cap. 1.

170,34. *Pythagoricos medicantes*] *Pythagoricos medicantes* dicit, quod ejus sectæ Philosophi a Medicina non abhorrebant. Et sane ipse Pythagoras aliqua ad eam amplificandam invenisse dicitur, ut mentio est apud Cælium ipsum libro V. Tardarum cap. 1. & alibi. Et *Pythagoram* Empedoclem, Democritum, principes Medicinæ adhuc sapientiæ studio junctæ fuisse nos docet Celsus Præfatione Lib. I. *Barth. Adverf. Lib. XXXIX. c.* 1.

174,27. *Fieri passionem incendio superiorum* &c.] Egregie fallitur Methodicus ille Siccensis; & non una in re. *Caput* erroris est, quod confundat Volvulum sanguineum & flatulentum, inflammationem cum inflatione. De *hoc* agitur II. Epid. de *illo* in III. de Morb. *Hunc* ait fieri τῆς μὲν ἄνω κοιλίης, θερμαινομένης· τῆς δὲ κάτω, ψυχομένης. Quæ debuit Cælius reddere, non, *incendio superiorum & frigore inferiorum*; sed *superiore ventre calefacto, inferiore autem refrigerato*. Quis heic *superior venter* dicatur, facile intelligitur ex eo, cum statim initio curationis præcipit καθάραι τὴν ἄνω κοιλίην ὡς τάχιστα *purgare ventriculum quam citissime*. Unde intelligere eum oportuit, principium mali esse a maligna cruditate intra ventriculum stabulante. Ad cujus incitationem cum inflammatur ventriculus, & calor omnis huc convertitur, necessario ἡ κάτω κοιλία *inferior venter* refrigeratur; sive id de Abdomine intelligas quod umbilico subest, sive, quod malo, de intestino colo: nam & hoc illa appellatione venisse priscis ostendi II. Physiolog. IV. 71. *Denique* dari vult, *non* vinum frigidum, *sed* volvulo frigido, ceu evi-

evicimus ab initio. Et in hoc nimis equidem inconsiderate sequutus est fidem codicis corrupti, & aliis auctor extitit errandi. *Vander Linden Select. Medic. pag.* 207.

Anhelatio crebra atque creberrima) Inepta mihi visa est illa ejusdem verbi repetitio, quare ultimam vocem muto in *celerrima*. 180, 27.

Indecenter enim ipsa in loca manus mittunt) *Loca* & *Loci* vocantur genitales partes, maxime vero feminarum. Plinius Hist. Natur. Lib. XI. cap. 37. *Feminis eadem omnia: præterque vesicæ junctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine* locos *appellant: hoc in reliquis animalibus vulvam*. Serenus Sammonicus Carm. XXXVI. vers. 15. 181, 10.

Obscœnos si pone locos nova vulnera carpent.

Quem locum ita illustrat doctissimus Rob. Keuchenius, *Locos* autem Serenus ipsa naturalia vocat. Vetus Glossarium *Loci muliebres*, ἕτερα κόλπος, μήτρας. Cato de Re Rustica cap. 157. *& si mulier eo lotio locos fovebit nunquam ii virosi fient*. Varro de lingua Latina IV. pag. 8. ed. Dordrac. *Sic loci muliebres, ubi nascendi initia existunt*; pro ipso utero posuit: ut etiam Lucretius IV. vs. 1039. *Incitata* (lege *irritata*) *tument loca semine*. Tertullianus de anima cap. 26. *Ecce duplex fœtus in matris locis tumultuatur, & nusquam adhuc populi duo.* Alii cum Sereno ponunt pro parte naturali. Murredius apud Senecam Libro I. Controv. 2. *Novimus*, inquit, *istam maritorum abstinentiam, qui etiamsi primum virginibus timidis remisere noctem, vicinis tamen locis ludunt*. Sic apud Dioscoridem Lib. II. rectissime τὰς τόπους accepere in iis verbis: μαλάσσειν τὰς καὶ ἀνασομῶν. in obscœno Carmine.

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Hactenus Keuchenius. Columella Lib. VI. c. 27. de Equis; *odore perfricatur detersis spongia feminæ locis*. & Lib. VIII. c. 11. *de Pavonibus: sæpiusque digitis loca feminarum tenenda sunt*. Aristotel. de Histor. Animal. VII. c. 3. Dioscorid. I. c. 159. Scribon. Larg. Composit. 156. *Muliebres locos durissimos mollit*. ad quem locum vide I. Rhodii notas.

Hinc denique Græci Asclepium *nomen s. d. quod dura curando* &c.) Recte *dura*, i. e. difficilia, contumacia, insanabilia, ut podagram, phthisin, elephantiasin; respexit nimirum etymon, quo Ἀσκληπιὸν παρὰ τὸ τὰ ἀσκελῆ τῶν νοσημάτων ἤπια ποιεῖν, i. e. quod morbos vehementes & difficiles sanaret, dixerant Grammatici: interpres Phornuti, *quod ad mortem vergentem inclinationem repelleret*: Ἀσκελὲς, ubi τὸ α dictionis significationem complet, ἐπιτατικῶν sumptum, σκληρὸν, χαλεπὸν, ἀδιάλειπτον, πικρὸν, ἢ σεμνόν; *Hesych.* ἀπὸ τοῦ σκέλλεσθαι, quod est, ξηραίνεσθαι, ἰσχναίνεσθαι, i. e. exsiccari, indurari, extenuari; unde ἐσκληκότες, ἐσκληότες, σκελτοὶ σκελετοὶ, aridi, & ex aridura contracti, viribus, & habitu corporis limati, exsucci, extenuati; & ἀσκελέες, κατεσκελετωμένοι, cadavera. *Barthius lib.* 41. *cap.* 25. concinnius legi putat *diuturna*, & *nomen* mutat in 194, 26.

Numen, quod Æsculapius aliis incurabilia sanando Deorum numerum ingressus sit. Atqui manifestissimum est appellationem ASCLEPI alludere *Cælium*; expectamus igitur a *Barthio* etymon quo suam interpolationem *diuturna* probari putet; nos jam dedimus quod editam lectionem confirmat maxime: Ἀσκληπιὸς vocatus est, quia ἀσκελῆ ἤπια ἐπόιει, i. e. *dura faciebat mitia*. Sunt apud Græcos Magistros aliæ præterea nominis rationes, una *in comm. ad Lycophr. Tzetze*, quod ita fuerit vocatus quasi ἀσκελοπιὸς τὶς ὤν; sed quę nec probantur eruditis quia distortæ sunt nimis; nec Barthii emendationem juvabunt quidquam. In Deorum autem numerum relatum fuisse Asclepium, hoc nec dicere voluit *Cælius*, neque si voluisset, phrasi ista, *Numen sumsisse*, dixisset. quam facile labuntur faciles emendatores, & super litera syllabave, quam male inferunt, crimen vitiatæ integræ sententiæ, imo latinitatis incurrunt? *Reines. Variar. Lect. Lib. III. cap.* 17. *pag.* 645.

196, 11. *Quæ testam circumtegit*] *Testa* capitis eleganter sphæram cranii sonat. Prudentius Romano Peristephan. X. vs. 761.

Comam cutemque verticis revulserat.
A fronte tortor, nuda testa ut tegmine.
Cervicem adusque dehonestaret caput.

Auson. Epistol. CXXI.

- - - inhumati glabra jacebat.
Testa hominis nudum jam cute calvicium.

Quæ vox olim Latinis magno usu fuisse docent. Idiotismi Italicæ & Gallicæ linguæ, in quibus caput eo vocabulo censetur. *Barth. Adv. Lib. XXXIX. c.* 1.

197, 13. *Vesicæ semiplenæ*] *Semiplena vesica* traditur, ut facilius flecti ac per vices induci possit, cum plena sit densior, atque ponderosior quoque. sic infra cap. 4. *Apponenda etiam vesica oleo semiplena calido* &c. Barth. Adversar. Lib. XLI. cap. 25.

ibidem *Saccelli ex pollinibus calidis confecti*] *Saccare*, σακκεῖν, σακκίζειν, colare, exprimere, per saccum seu manicam demittere significat: hinc vinum saccatum, οἶνος σακκίας: *saccellare*, vero non a saccandi verbo est, ut putat *Cl. Barth. l.* 6. *c.* 19. sed a nomine *saccellus* vel *saccellum*, utroque enim genere efferunt, & longe alia potestate; significat enim saccellos imponere, quod *Theod. Prisc. lib.* 2. *c.* 6. saccellis imminere, *Gariop. lib.* 2. *cap.* 30 *Vaporare ex saccellis* dixit. hoc sensu sæpe utitur *Garioponius*, quem nunc ad manus non esse doleo; fidem tamen meam de isto liberabo propediem, fortasse antequam caput hoc absolvero. Saccella illa Medicamentorum localium pars sunt, & implendis variis intentionibus imponuntur partibus humida, sicca, calentia ut plurimum. *Theod. Prisc. lib.* 2. *c.* 28. inter partilia ad splenis indignationes medicamenta refert, cum inquit: *Saccelli de salibus igneis impositi prosunt. Gariop. l.* 1. *c.* 9. de maniæ curatione: saccellus calidus *ex farina in vino cocta, cum absinthio capiti imponatur*. lib. 3. cap. 26. *panicum torrefactum & cum saccello dolori suprapositum dolores*

lores præcordiorum curat. Cæl. Aurel. Lib. I. Tardar. paſſ. *cap.* I. *Saccelli ex pollinibus calidis confecti*: quam lectionem fruſtra ſollicitat *Barthius* lib. 41. cap. 25. emendans *conferti*. præpoſitio enim *ex* verbo *conferciri*, quod nec ipſum legitimum eſt, addi nequit, cum implendi ſignificationi, quæ materiæ additionem ſignificat, repugnet & depletione potius dicat. *Conficiendi* autem verbo, quod plane Medicorum & Pharmacopœorum eſt, rectiſſime additur; & de quibuſvis Medicinarum generibus uſurpatur. Sic *emplaſtrum e trino pipere confectum* Teod. Pr. lib. 2. c. 25. Cap. 23. *electuarium quod ex lini ſemine conficitur*. Lib. 2. cap. 22. *Barbara quæ de bitumine Judaico conficitur*. Cap. 23. *potiones* ex origano, thymo, ruta viridi confectæ. Gariop. lib. 3. cap. 67. *cibi conſtrictivi ex aceto confecti*. Lib 5. cap. 12. *Vaporatione utendum ſub umbilico, ubi tonſura multa, ſaccello ex ſale toſto*. Cap. 25. *ſaccellum calidum ex ſurfure imponatur*; Teod. Pr. l. 2. cap. 4. *Saccellis ex cantabro, aliquando ex milio vel ſalibus calefactis vaporamus*. in quibus *conficiendi* verbum ſubauditur alias præpoſitiones *de* & *ex* in hoc genus ſcriptoribus frequenter ſolent abundare; ita Gariop. lib. I. cap. ult. lib. 2. cap. 13. lib. 5. c. 25. Orthopnoicos & paralyticos *ex hiera purgari* jubet; ſed hoc ad locum *Aureliani* nihil faciet. *Reineſ. Variar. Lect. lib. III. cap. 4. pag.* 391.

Et majora exegerit, diu etiam permitt. virib.] Suſpicor ſcribendum: *Et majora exegerit dementia permittentibns viribus* &c. Licet enim *Mania* alia ſit a Cephalæa affectio, & alio quoque loco a morborum diuturnorum conditoribus tractata, tamen pars ejus, dementia ſc. etiam cum iſta concurrere poteſt. Et vehementia doloris in cephalæa quoque ſenſus movet, oculos rigidos inſtar cornuum facit, homines amentes vitam ſuam deteſtari facit, aliqua ſigna externati animi portat, de quibus vide Aretæum lib. I. cap. 2. Diuturn. Sign. & de eorundem Curatione. *Barthius Adverſ. Lib. XLI. cap.* 25. 197, 19.

Majora exegerit &c.) Leviter mendoſa ſunt; ſed quia ſpatium poſt voculam *exegerit* tres quatuorve literas excidiſſe indicat, obvium eſt quomodo purgari debeant. legerim autem *majora exegerit remedia*; quæ emendatio dependet ex edito *diu*, & intelligenti rerum Medicarum ſe facile probabit. *Barthius* fruſtra eſt cum ſuo *dementia*; quaſi de ſuperpoſitione morbi agat, & ad capitis atrociorem & diuturniorem dolorem ſecutam dementiam hic curare doceat *Cælius*: neque enim ulla dementia ſive depravatam ſive abolitam Raciocinatricis functionem hoc nomine intelligamus, reperitur, quam a dolore capitis ortam vel agnoſcant vel curent Medici, pleraque etiam deliriorum genera & gradus capitibus dolore quocunque liberis accidunt: & ſi talem vel maxime noviſſet *Cælius*, eam tamen nec hoc *de capitis dolore* tractatu curare, neque hoc remedio, venæ ſectione, erat docturus, ſed locis propriis *de Mania cap* 5. & 6. *de melancholia* reſervaturus. dementiam autem partem maniæ *ibidem*

facere liceat ἀνιατρολογήτῳ & populariter loquenti, ut melancholiam initium & partem maniæ facit *Aretæus lib* 1. *de cauſ. & notis acut. cap.* 5. *& Cælius lib.* 1. *cap.* 2. Scotomaticam paſſionem e vertigine & obſcuritate veluti partibus confectam eſſe videri dicit. Medicorum filii δογματίζοντες aliter loquuntur & ſentiunt; nam morbos & ſymptomata in genera & differentias, nequaquam in partes diſpeſcunt; vocabulo autem *dementiæ*, ἀνοίας, occaſum mentis, abolitas facultatis principis actiones ſignificant; quæ quia in maniacis non ablatæ, ſed tantum a ſpectris ſeu phantaſmatibus abſurdis depravatæ ſunt, de mania nequidem generice prædicari poteſt dementia; laxa autem ſignificatione, ſi pro παραφροσύνη quavis mentis alienatione & delirio ſumatur, genus fortaſſe maniæ quidem & omnium aliorum adfectuum, qui rationem oblædere poſſunt, quod placere quoque *Paulo Zachiæ lib.* 2. *Quæſt. Medico-leg. tom.* 1. *quæſt.* 1. *&* 4. video conſtituerit; ſed uſus fere id repudiat. *Th. Reineſ. Var. Lection. Lib. III. c.* 17. *pag.* 646.

197, 32. *Aut ex panis pulticula confecta, quam τορυνητὸν Græci vocant*] Aſteriſcum prænotarunt alii verbis iſtis: Nos totum locum recte habere docebimus, non relicturi quidquam de quo ultra hæſitare poſſint lectores. *Toryneton*, τορυνητὸν eſt quodvis ferculum, quod τορύνη cochleari, ſpatha, piſtillo, vel tudicula ſubigitur ad ignem eo uſque dum mollem pultis ſubſtantiam vel mellis craſſioris ſimilitudinem faciat: τὸ διαλελυμένο ὑπὸν τῆς ἑψήσιως καὶ τῆς τορύνης πολτάριον πτίσσηνον ἀφέψημα: qualia fiunt ex alica, e farinis & ptiſanis hordei, tritici, zeæ, quod genus ἀθάρας vocant Græci, *Dioſc. lib.* 1. *cap.* 114. *Gal.* 2. *ad Glauc. & Paulus l.* 7. item ἕτνη, pulmentaria e micis panis confriatis, e carnibus pomorum, cucurbitarum, aliorumque fructuum; e leguminibus quoque freſis, piſis, lente, fabis, milio, oryza, olyra, panico, ad putrilaginem diſcoctis, & crebra tuditis converſione lævigatis, redditiſque unctiuſculis. Veteres, ut h. l. *Cælius* indicat, ex aqua coxerunt panem, & cum oleo, ſale, vel melle, adjecto anheti momento condiverunt. & ita emendandum eſt quod cap. 4. extat: *pulticula ex pane quam torſiniton vocant*. Hæc ſic excogitaveram Cælio exponendo, cum *Faſium* de *torynito* eadem vidiſſe priorem comperi; cujus viri conſenſu confirmatus ſum; ut illuſtrari potius mea putarem, ſive indicaviſſem, quam fieri contentibiliora, quaſi aliunde ſublecta, ſi diſſimulaſſem. *Reineſ. Varior. Lect. Lib. III. c.* 18. *pag.* 659.

198, 35. *Cum toto corpore.*] Eruditiſſimus Recenſitor mentem auctoris non perſpexit. corrigit enim ille *cum totum corpus*. ſecus nobis videtur. Nam caput ſpiramentis facilibus laxatum innuere arbitror Cælium. *Corpus* autem totum capitis, pro ejus ſyſtemate capiendum exiſtimem, quia morbus, de quo loquitur, ſæpe ſolum partes capitis tentat, ut pluribus vides & hoc loco & apud Aretæum. Sed poteſt ut nos potius fallamur, illique doctiſſimo viro, quicumque tandem fuit, melius ratio conſtiterit. *Barth. Adverſ. Lib. XLI. cap.* 25.

Vel

Vel sella procurata] Barthius *sellam procuratam* exponit ad vectationem ægroti commode instructam, atque omnibus necessariis curatam; verba *Cælii* l. d. sunt: *Adhibenda igitur vectatio pro viribus ægrotantis fertorio vel sella procurata*: quæ si bene penitus introspicias, constructionem a *Barthio* luxatam, & quod *Cælius* de vectatione quam sella procurari voluit, inconcinne de sella enunciatum esse suspicari poteris. *Vectatio sella procurata*, i. e. facta, instituta, peracta in sella. *Procurare* hoc sensu familiarissimum scriptoribus cadente latinitate: *sitis procurata*, i. e. excitata, apud *Theod. lib.* 2. *cap.* 32. C. 3. *lethargicis vigiliæ procurandæ sunt*: C. 13. *procuravit vitæ periculum*, i. e. creavit. L. 2. cap. 3. *æque ventris officium procurandum est*. L. 1. *cap.* 35. *bis calidum lavacrum procurandum est*. C. *Gynæc. cap.* 5. *adjutoriis conceptiones procurantibus imminendum est*. C. 6. *innoxie, purgatio procuratur*. *Horat. de experim. phys. par beneficium procuravit*, id est, idem auxilium præstitit. *Gariop. lib.* 3. *cap. ult. puellarum speciosarum servitium procurandum est*; e *Theod. lib.* 2. *cap.* 11. Procurabo cibos cum *soporiferis speciebus*, cap. 8. id est, ministrabo, exhibebo. C. 25. lectus *orthocathemenus accurandus: cubiculum in superioribus procurandum est: proderit currere cum vestibus laneis maxime si hoc in proclivitate procuretur*, i. e. fiat. *Gariop.* lib. 5. cap. 14. *Si digestiones in balneo procurentur*; quibus locis *procurandi* verbo simplex actio insinuatur, non aliquo peculiari adparatu; neque igitur *sella procurata* erit peculiariter ad vectationem instructa, cum quævis simplex & nuda ei sufficiat, pro paralyticis, quorum partes ad motum ineptæ sunt, peculiarem sellam cum obliquis anconibus, quibus in innitentes sese levare conentur, & vehiculum fabricare docet lib. 2. cap. 1. sed ea nihil ad cephalalgicos. Fateor in utramque partem perplexam orationem scriptoris alioqui nubili differi posset; sed posteriora tamen proxima vero videri queant. *Th. Reines. Variar. Lect. Lib. III. cap.* 17. *p.* 647. 199, 18.

Circulatos ductus] Scribe *circulati obductus*. Circulatus gressus est qui in orbem revertitur, nam protelo vult gestari, nulla reflexione. *Barth. Advers. Lib. XL. c.* 25. 199, 38.

Circulatos ductus atque retrogressus cum saltibus) Hæc duo cursus, quem imperaverat, modum determinant, scil. oportere & circulariter moveri, & retrogredi cum saltibus: estque repetenda ἀπὸ κοινοῦ vox *facere*. Hanc concinnitatem & limpidam Scriptoris gravissimi mentem conturbat *Barthius*, qui h. l. scribere jubet *circulati obductus*, cum proxime præcedente Nominativo connectens quod cum accusandi casu & infinitivo verbi debebat: nobis in vulgata lectione nihil desiderari posse ad rei intelligentiam videtur. *Th. Rheines. Variar. Lect. Lib. III. cap.* 17. *pag.* 648. *ibidem*

Panem limpidum) *Limpidus panis* apud *Cæl. Aurel.* est quem Græci ἀκριβῶς καθαρὸν adpellant, i. e. e farina optime repurgata, sine acere & furfure, coctus ac *studiose elaboratus*. cui opponitur ὁ ῥυπαρὸς, i. est, *sordidus*, *ater*, qualis ὁ πιτυρέτης, ἀχυρώδης *acerosus*: medius 200, 17.

dius inter utrumque ὁ συγκόμισος, cum de farina nihil excussum est. *Reines. Variar. Lect. Lib. III. cap.* 11. *pag.* 516.

200, 20. *Iulides*] De Iulido pisce legendus est Ludovicus Nonnus de Re Cibaria Lib. III. cap. 23. Uliss. Aldrovandus de Piscibus Lib. I. c. 7. Rittershusius ad Oppian. Halieutic. I. 124. & II. 434. 436. Philo Histor. Animal. Carm. 86.

201, 13. *Et si perferre volueris æger*) Forte *valuerit* legendum.

204, 27. *Cum subjectis gutturis, quæ ante rumam vocant* &c.] Ruma pars colli est, carnosa nimirum ea sub mento, ubi cavum jugulo proximum seu σφαγή, qua ruminare jumenta videmus. Noster l. 4. *gutturis atque rumæ partes, quas* ἀνθερεῶνας *vocant* c. 2. ex utraque *parte gutturis, quam Græci anthereona vocant, nos rumam:* l. 2. c. 7. *Thoraci vel gutturis circulo, quem rumam vocamus*. ibid. *Thoraci atque gutturis summitati quam Græci anthereona vocant, nos rumam*. Ita igitur legere & distinguere velim; *tunc parum prohibentibus pilis, capitis atque buccarum vel temporum musculis*. & mox, *quæ Latine rumam vocant*: vel *quæ anthereonas Græce, Latine rumam vocant*. Solet enim *Cælius* familiariter Græca partium nomina præmittere, & subjungere interpretationem Latinam: quod in eodem sibi permiserunt interpolatores quidam scioli, quorum audentias & libidines in hoc genus autoribus, *Nostro*, *Theodoro Prisciano & Garioponto* frequentissimas notare licet, ut cum lib. 1. cap. 2. *Noster* de scotomatica passione dixisset; *adficit frequenter vacuos homines*, addidit quidam alius, *h. e. sine aliquo exercitio vitam ducentes*, quasi sine isto Glossemate *Cælius* intelligi non potuisset; idque post in seriem Cæliianæ ῥήσεως incuria receptum est: quanquam si genium hujus scriptoris bene considerem, *vacantivis* scripsisse suspicer, *vacantivi*, βακάνται, vacantes & otiosi: qua forma delectati sunt seculis mediis: ita *absentivus*, *præsentivus*, *jacentivus*, *hortivus* pro hortensi apud Gariopontum. *Th. Reines. Variar. Lect. Lib. III. c.* 18. *p.* 660.

210, 3. *Quidam veteres Ephialten vocarunt, alii Epibolen, quod utilis patientibus perhibeatur*] Qua sententia quid ineptius? incubum qui sit epilepsiæ prætentatio esse possessis utilem? quid quod nec nomini ἐπιβολῇ, ut torqueas contentissime, respondet etymon. Scribe, *epibulen, quod hostilis patientibus perhibeatur*. Ἐπίβουλος, ἐχθρὸς; Hesych. ἐπιβουλῇ insidiæ: vel si malis, epibolen, ἀπὸ τοῦ ἐπιβάλλειν; quod cum impetu irruat, gravet, premat, præfocet, quæ hostilitatis actiones sunt. ἐπιβολή, ὁρμή, invasio, aggressio, pressura: quomodo Hercules apud Thurios Ἐπιβολεύς dictus est. *Th. Reinesius Var. Lect. l.* 3. *c.* 18. *pag.* 660.

211, 30. *Et sacra*] Quare autem comitialis morbus seu Epilepsia vocetur *sacra*, varias, quæ fere eædem sunt quas enarravit Cælius, reddit causas Aretæus de Morbis Diuturnis Lib. I. cap. 4. Αλλὰ καὶ ἄδοξος ἡ ξυμμορφὴ δοκέει γὰρ τοῖσι ἐς τὴν Σελήνην ἀλιτροῖσι ἀφικνεῖσθαι ἢ κῦρος. Τοῦνεκεν ἱερὴν κικλήσκουσι τὴν πάθην. ἀτὰρ καὶ δι' ἄλλας προσφάσιας, ἢ μέγεθος τοῦ κακοῦ. ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα, ἢ ἰήσιος οὐκ ἀνθρωπίνης,

πίης, ἀλλὰ θείης. ἢ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον εἰσόδου, ἢ ξυμπάντων ἱμῶ, τήνδε ἐκικλήσκον ἱερήν. Quæ Georgius Henischius reddidit: *Sed & ignominiosa quoque species est: Quippe nonnulli flagitiosis hominibus a Luna immitti existimant: cujus rei causa & sacrum morbum hunc nominant. Verum & aliis rationibus id nomen ei fuit impositum: aut ob magnitudinem: omne enim magnum, sacrum dici consuevit: aut quod non humana ope tolli queat, sed divina: aut quoniam Damone correptus esse homo videatur: aut ob hæc simul omnia sacer morbus appellatus est.* Apulejus Apolog. pag. 58. edit. Pricæi. *Eum nostri non modo majorem, & comitialem, verum etiam divinum morbum, ita ut Græci ἱερὰν νόσον, vere nuncuparunt. Videlicet quod animi partem rationalem, quæ longe sanctissima est, eam violet.*

Percussu atque divisura membrorum &c.) Scriptura vetus fuit *membranorum* i. e. meningum seu tunicarum quæ cerebrum integunt & continent: dicitur etiam de pericranio, quod *interpres Oribasii* vocat *testæ membranam.* Genera & declinationes commutare in Nominibus solenne est nostro & æqualibus: Lib. 2. c. 1. *palpebrum inferius*: *pascua salsior*, Lib. 4. c. 3. Ib. *lactem*, *lacrymam*, dixit. *Coagulus*, *lixivia*, est apud interpr. Orib. *Scalpellus* apud Celsum lib. 2. cap. 10. *Macellus*, apud Anon. in descript. Constantinop. *Cubiculus*, Itin. Hierosol. a Pithæo ed. *Linteolus*, apud Al. Bened. lib. 22. cap. 5. *Campanum*, in Antiq. Alem. Gold. *Vertebrum* apud *Gariop.* lib. 2. c. 3. l. 4. cap. 1. & 2. *Membranum* apud eundem lib. 2. cap. 61. lib. 5. c. 31. lib. 7. c. 13. & apud Autorem *l. Donum Dei* qui est *Practica de febribus*, cap. 27. *Membrana quæ sunt in Nucibus dividentia partes nucis.* Ita *Cælius* sua latinitas irregularis & nova, non ubique tamen despicabilis, reddita est, & simul causa epilepsiæ, rarior ea, meningum cerebri continuitas soluta seu vulnus, indicata. *Th. Reines. Var. Lib. III. cap.* 18. *p* 661. 212, 2.

Aut Gagatis lapidis) Lapidis Gagatis suffitu epilepticos curari docet etiam Apulejus in Apologia: *Quod*, ait, *si magnum putarem, caducum dejicere, quod opus carmine fuit? cum incensus Gagatis lapis, ut apud Phisicos lego, pulchre & facile hunc morbum exploret: cujus odore etiam in venalitiis, vulgo sanitatem aut morbum venalium experiantur.* Idem tradit Dioscorides Lib. V. cap. 146. Δύναμιν δὲ ἔχει μαλακτικὴν καὶ διαφορητικήν. ἐστι δὲ καὶ ἐπιληπτικῶν ἔλεγχος ὑπὸ θυμιαθεὶς, καὶ ὑστερικὰς ἀναχαλᾶται. Plin. Hist. Nat. Lib. XXXVI. c. 19. *Gagatis lapis niger est, planus, pumicosus, non multum a ligno differens, levis, fragilis: odore, si teratur, gravis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. cum uritur, odorem sulphureum reddit. Mirumque, accenditur aqua, oleo restinguitur. Fugat serpentes ita, recreatque vulvæ strangulationes. Deprehendit sonticum morbum, & virginitatem suffitus.* 213, 27.

Aut spongiæ melota involutæ] Lege *melota* vel *melote*; de qua voce vide Ducange in Glossario Mediæ & infimæ Latinitatis, ubi multis probat esse pellem ovinam. 216, 23.

Pre-

219, 27. *Prædicto periculo*) Idem monet ac præcipit Celſus de Re Medica Lib. V. c. 26. p. 283.

220, 9. *Quam torſiniton vocant*] Miror Dalechampium, aut editioni Rovillianiæ qui præfuit, non reſcripſiſſe *toryniton*, cum locus qui exſtat ſupra pag. 197. id aperte indicet.

221, 18. *Utamur adjutoriis quibus acutas paſſiones curari perſcripſimus*) Senſus flagitari videtur ut legamus *præſcripſimus*. Ita enim exorditur Præfationem Lib. I. Morborum Chronicor. pag. 194. *Præſcriptis celerum paſſionum libris, tardarum placet curationes ordinare.*

229, 2. *Vel ſanguinem teſtudinis* &c.) Iſta ſimplicia ex animalibus petita ſingula prodeſſe credebantur, non conjuncta, ut vulgarunt: lege igitur, *vel ſanguinem teſtud. mar. vel humanum, aut vituli marini*: e Dioſc. *eupor.* c. 18. Th. Reineſ. Var. Lect. Lib. III. c. 18. p. 661.

229, 6. *Et tunc corda hominum* &c.) Inſuetis novis & odioſis materiarum generibus, qualia Xenocratem conſcripſiſſe ferunt, & quibus epilepſia caducos curari poſſe putarant veteres, accenſent etiam *corda hominum*. Hoc vero vel inprimis abominabile eſt, cum aſpicere humana exta nefas habeatur, cor hominis hominem mandere. Particulam e jecinore jugulati gladiatoris novies datam comitialibus profuiſſe ſcribit *Scrib. Largus* n. 17. carnem hominis ſiccatam exhiberi epilepticis *noſter in ſeqq.* iiſdem & arthriticis oſſa humana, *Gal. l.* 11. *de ſimpl. med. fac. c.* 11. *Avic.* 2. *Can. c.* 535. *Guainer. de Ægritud. junct. c.* 29. *Gattinaria C. de cura epil. Bonif. Simoneta l.* 5. *de Chriſt. fidei & Rom. Pont. perſecut. Ep.* 9. *Crato l.* 2. *Conſ. & Epiſt. Med.* 26. *Anton. Gallus apud Horſt. P.* 2. *l.* 3. *Obſ. Med.* 5. quæ authoritates facile me movent, ut *oſſa* Cælium quoque voluiſſe arbitrer. *Th. Reineſ. Var. Lect. Lib. III. c.* 18. *p.* 661.

229, 8. *Item teſtes vel veretrum* &c.) Peſſime acceperunt editores; nam & mutila & depravata ſunt. Lege ipſo Cælio in ſeqq. ita volente: *teſtes vel veretrum vituli marini ſive fluminalis caballi*; nominat enim ibi, virilia hippopotami, vel *fluminalis canis*: nam & canis aquarii, qui fiber eſt, teſtes huic negotio expetebant, *& porcelliones*: teſtes vero in porcellione, quos vulgata lectio nominat, *μαΐςορες ἀνατομικοὶ*; ſi qui curioſiores ſunt, quærunto. *Th. Reineſ. Var. Lect. Lib. III. c.* 18. *pag.* 661.

237, 3. *Plato in Phædro*) Pag. 265. Tom. III. ed. Henr. Stephani. ΣΩ. Μανίας γε δὲ εἴδη δύο. τὴν μὲν ὑπὸ νοσημάτων ἀνθρωπίνων, τὴν δὲ, ὑπὸ θείας ἐξαλλαγῆς, τῶν εἰωθότων νομίμων γιγνομένην. ΦΑΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τῆς δὲ θείας, τέτταρων θεῶν τέτταρα μέρη διελόμενοι, μαντικὴν μὲν ἐπίπνοιαν, Ἀπόλλωνος θέντες, Διονύσου δὲ, τελεστικήν. Μουσῶν δ' αὖ, ποιητικήν, τετάρτην δὲ, Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος, ἐρωτικὴν μανίαν ἐφησαμένοι τε ἀρίστην εἶναι.

237, 7. *Quem Græci appellant μανίαν*) Cicero Tuſculan. Quæſtion. III. 5. *Græci autem μανίαν unde appellant, non facile dixerim. eam tamen ipſam diſtinguimus nos melius, quam illi; hanc enim inſaniam, quæ juncta ſtultitiæ patet latius, a furore disjungimus.*

Arte-

Artemidorum grammaticum] Hunc Tarso oriundum scribit Strabo Lib. XIV. pag. 675. edit. Parisin. 239, 4.

Si puerili luxu furentes afficiantur] Recte mea opinione Thomas Reinesius in Manilii Astronomic. pag. 20. restituit *lusu*. 242, 23.

Qui favore quodam atque laude dicta prosequentes] Flav. Vopiscus in Divo Aureliano c. 48. *Ipsumque primum donasse oraria Pop. Rom. quibus uteretur populus ad favorem*. Quem locum ita illustrat magnus Casáubonus: Sic Hieronymus ad Pammachium: *Hæc dico, non quod de ardore mentis tuæ quicquam dubitem, sed quo currentem impellam, & acriter dimicanti fervorem favore augeam*. Favor hic est εὐφημία, ἐπιβόησις, & adclamatio incitantis ac bene cupientis. Auctor libri de vera circumcisione, quem sine causa quidam Tertulliano adscribunt: *Mira ratio: nam vult* CHRISTUS *prædicari quod gaudet intelligi: nam mavult sei nventum esse, quam proditum, ut virtus sua illum, non favor manifestaret alienus*. Septimius Romanus: *Interea reliquis ducibus favorem attolentibus, gaudio lætitiaque completa omnia sunt*. πάντων μετὰ βοῆς αὐτὸν εὐφημούντων. Corippus Lib. IV. de ludis Justini Cæsaris. 242, 23.

Omnia roboribus sternunt loca plana politis,
Conjungunt tabulas, & ferri nexibus arctant:
Quæ pondus strepitusque virum motusque faventis.
Ferre queant populi. Et statim:
Disposuere gradus quis staret in ordine longo
Divisum in turmas, atque in sua corpora vulgus
Posset, & exertas ad munera tendere palmas,
Liberius spectare oculis, manibusque favere.

Ut quasi judicio mentis pulso resipiant] Hæc lectio contrarium exhibet ejus, quod voluit auctor. quomodo enim, si judicium mentis pellatur, resipient furiosi, qui mente laborant, & carent judicio? meo captu melior lectio sit, *ut quasi justitio mentis pulso*. *Justitium* est dies in quo jus stat: ἡμέρα ἀργητική, qua cessant jura, operæ, & similia: & sic per *justitium mentis* ferias intellectus, deliquium ejus, ἄνοιαν significavit; quomodo *Symmachus VII. ep.* 103. *tyranni justitium* appellat, tempus interregni, quo imperium aliquando eclipsin ab incubatore passum fuit: & ferale per urbem justitium ob cladem publicam. Lucanus Lib. II. quo *jura silent, mutæque jacent sine vindice leges*. quo tabernæ balneæ publicæ claudebantur, quo se a convictibus abstinebant, ut est in *tab. Pisanis* de morte Caii Cæsaris *Thom. Reines. Epist. X. ad Christ. Daumium pag.* 30. 245, 35.

Quam dorion appellant] Et carmen gravioris soni & modi, unde bellicosum dicitur, apud Dores inventum. Vetus Schol. Horat. ad Epodon Od. IX. vs. 5. 246, 6.

Sonante mistum tibiis carmen lyra
Hoc Dorium, illis Barbarum. ubi interpres

Notandum est modos musicos esse septem. Diorum, Hypodorium, Phrygium, *Hypophrygium, Lydium, Hypolydium, Mirolydium, a nationibus scilicet, Doribus qui Græci sunt, Lydiis & Phrygibus qui sunt barbari.*

Planius hæc exponit Apulejus Floridorum Lib. I. pag. 332. ed. Elmenth. *Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles Aeolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.* Dorii meminerunt Martianus Capella Lib. II. Lucian. in Harmonidæ mox ab initio. Plutarch. de Musica pag. 1138. Tom. II. ed. Francofurt. Scaliger de Re Poetica Lib. I. cap. 19. pag. 67.

246, 16. *Ob desirium Amphitrites*] An *desiderium*: sed Papias *desirum*, *prosperum*, *bonum*.

247, 20. *Nam Tullius atram bilem dixit*) Cicer. Tusc. Quæst. III. 5. *Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν illi vocant. quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. quo genere Athamantem, Alcmæonem, Ajacem, Orestem furere dicimus.*

250, 31. *Quæ passio vocatur μυδρίασις*] Μυδρίασιν describit Celsus de Re Medica Lib. VI. c. 6. §. 37. p. 368.

252, 8. *Pyloro paralysi vitiato*) *Cornarius* margini adscripsit, πήρολος, sc. ut *perulum* Cælii exprimeret. Scribe *pylorus*; πυλωρὸς, dextrum ventriculi os, quod in ventriculo occlusa tantisper, dum cocta sint, custodiat, ita dictum: *Rufus* l. 2. *de adpell. part. C. hum.* c. 11. desinens in duodenum, chylo in intestina transmittendo. *Th. Reines. Variar. Lect. Lib. III. c.* 18. *p.* 662.

253, 1. *Non concluditur ad exprimendum liquorem radix virilis paralysi vitiatus, sed multo major aut minor efficitur, & nulla tentigine provocatus*] Signum virile ut honesto vocabulo rem turpem velaret, nominavit *radium*: sed editores ἄτριπτοι πρὸς ταῦτω non intellexerunt, & pro *radio* dederunt *radicem*. Lege quod dixi, *radius*. Radius est ῥάβδος: dicetur igitur de eodem de quo *virga*: virga autem res quævis directa in longitudinem quandam. Serv. ad Virgil. Ecl. 9. *Radio, id est virga Philosophorum, quo Geometræ lineas inducunt*: sunt & radii αἱ ἐν τῇ ἀψίδι τροχῷ ἐνηρμοσμέναι ῥάβδοι Poll. l. 1. c. 10. qui in curvatura rotæ infixi sunt: & a similitudine telum, hasta, stimulus, tasta chirurgorum, qua sinus vulnerum ulcerumque explorant, radii nomine vocantur. *Radius* igitur h. l. est id quod ἐρετμὸν, εὐρώταν & νεύρων φύσιν, Sotades κέντρον, *Juvenalis* nervum, alii securim, rudem, vomerem, vasculum & facinum appellant; κοινολεκτοῦντες & vernilius loquentes aliter atque aliter. *Th. Reines. Var. Lect. Lect.* 3. *c.* 18. *p.* 662.

255, 32. *Tunc cathaterismus faciendus quo urina detrahatur* &c.) Καθετηρισμὸν & καθετηριασμὸν, catheterismus est, cum stilus teres lubricus cavus per urethram in vesicam, urinam emolliendi, & corporis quod se intus opposuit, removendi causa, demittitur: quo intro molliter demerso, urinæ per ductum ejus, circa extremitatem in lateribus perforatum seu ἀμφίτρητον, evadunt. Huic instrumento, cum in colem intrusum est, adaptari solet fistula seu siphon cum annexo folliculo, qui injicien-

dum

dum liquorem contineat: eoque complicato, leviterque compresso medicamentum per fistulam seu aulisсum in catheteris cavitatem, & ex hujus continuo in vesicæ fundum compellitur: *ex Aetio tom.* 2. *sect.* 2. *cap.* 33. *Celso lib.* 7. *cap.* 26. *Albucas. part.* 2. *Chir. cap.* 58. *Paræo l.* 16. *cap.* 35. *F. Platero pract. tract.* 3. *cap.* 15. *Fabric. lib. de Lithotom. vers. cap.* 11. *& seqq.* Instrumentum hoc *Celso* l. d. est fistula ænea; alias καθετὴρ ἀπὸ τοῦ κατίεσθαι, syringa tentativa *Mariano Sancto L. de lap. ren. & ves. cap.* 4. Argaliam adpellant Latino-barbari. *Constantinus lib.* 5. *cap.* 15. *Bayrus dist.* 14. *trat.* 2. *cap.* 5. *Alf. Ferrius de carunc. in cervice vesicæ. W. Rheginus in exercitam. med.* Ex his non obscurum est quid velit *Cælius;* restant tamen emaculanda nonnulla. *Caratherismus* καταθερισμὸς ab editoribus ficta est & vox nihili; tum legendum, & *quidem annexo folliculo catheteri*. De *cysiophilo* dicta parte catheteris nescio quid dicam, nisi cistophylax, κυςοφύλαξ est, vel κυςιδοφύλαξ. κύςη & κυςὶς, φύσα, *vesica*; ut apud Moschionem περὶ γυναικ. παθ. c. 3. item quivis e pelle membranave folliculus, θυλάκιον & receptaculum; Hesychio κύςις, ἡ φύσα vero ἀσκὸς & ἀσκοφύσαι ἀσκοφύσια, *folles flatorii officinarum*, in ποιήσει χρυσαλλίων, quæ *Zosimo* tribuitur: *Diosc. c.* 2. *l.* 68. *& l.* 3. *cap.* 13. σκώληκες εἰς κυςίδα ἐνδεόμενοι, *vermes in folliculo colligati*. Recte autem extremum catheteris, quod extra virgam eminet, ita adpellari puto, quia ea parte fistulam cum adpenso utriculo seu vesica intra se recipit, & propterea ita formatum est ut instar ςομίδος in tuba sensim dilatetur ejus orificium repandis per ambitum labris. Demum, *tenui ex aulisco formatum*. Αὐλίσκος, *fistula*, *cannula*, *canaliculus*; e quacunque materia factus, qui cavo catheteris inseritur: dicitur & olisсus, ut καυλός, *colis*, *& cauda coda*. Th. Reines. Var. Lect. L. 3. c. 18. p. 663.

Squilla, quam vulgo vulum pluriosum vocant) Scillæ a vulgo impositum nomen, quodnam? a quo vulgo, Africanone, Gallico, an Italico? an a Pharmacariorum in seplasiis? certe in re herbaria non minimum difficultatem auget nomenclaturarum diversitas; conquestumque olim *Plinium*, *eandem herbam aliter alibi nuncupari*, l. 25. c. 4. audimus: sunt enim cuivis regioni peculiares; sed quia a vulgo inventæ, & frequentatæ, malo more non valde in litteras relatæ ab artificibus, nisi quod *Ruellus & Guilh. Rheginus exercitam Medicinæ* in Gallicanis, in Italicis *Mattihiolus; Dodonæus*, *Pena & Lobelius* in Anglicis & Belgicis, *Clusius* in Pannonicis & Austriacis: *Lacuna* in Hispanicis præstitit, sumptis de promiscua turba rusticorum, vetularum, olitorum, vinitorum, fabrorum materiariorum vernaculis nominibus, quæ propositæ rei congruerent: & *Bavhinus* in vetustorum recentiorumque Latinorum Synonymiis componendis: Germanicas, quarum imprimis immensa differentia est, nemo dum conquirere tentavit, multo minus ad Græcas Latinasque antiquorum suo quamque merito referre. *Hier. Tragi & Gesneri* conatus *in Catal. Plant*, *& in Tubb. collectionum*, itemque *Joh. Fischarti in Onomastico Medico Synonymo*, *B. Carrichteri & Michaelis Toxitæ* in libellis herbariis Germanicis, prostant, 258, 29.

ſtant; ſed ſuæ tantum gentis quiſque Helvetiæ, Alſatiæ, Sueviæ, Styriæ & vicinarum adpellationes herbarum tradunt, reliquis aliarum Provinciarum neglectis. *Thurneiſeri* opera, quam huic rei impendit homo ingenioſiſſimus linguarum variarum notitia & peregrinationibus ad remotas regiones Barbarorum celeberrimus, *in Hiſtoria plantarum Librorum X.* omnium expectationem ſuſtineret, ſi publicaretur aliquando; Librum enim ſolum, quod ſciam, primum, Regi Poloniæ nuncupatum, Berlini ann. 1578. editum habemus: in quo conſilium ſecutus eſſe videtur ejus, qui variarum gentium de plantis nomina, Afrorum, Ægyptiorum, Pœnorum, Arabum, Syrorum, Æbræorum, Phœnicum, Cypriorum, Gallorum, Hiſpanorum, Hetruſcorum, Dacorum, magorum & prophetarum Dioſcoridæ libris hinc inde inſeruit, & quæ & hodie *Nothorum Dioſcoridæ* titulo leguntur, & a Geſnero qui utilitatem rei vidit cum pauciſſimis, ſecundum litterarum ordinem, ut quæque repertu eſſet facilior; diſpoſitæ ſunt. Caremus tali nomenclatore, qui nos de *vulo plurioſo* doceat; conjectura igitur de nomine, quod fortaſſe nullibi præterea legitur, utemur; & cum ſcilla ebulborum genere nobiliſſima, cujus medicas vires juſto volumine Pythagoras prodidit, *Plin. l. 19. c. 5.* facultate acri & exurente cupidinem coeundi accendat veterinis, ſoleantque ideo perorigæ equarum, quæ ſaltum faſtidiunt, & marem admittere nolunt, naturas eadem linire & fricare, quod e *Varr. L. 2. de Re R.* ſcimus & annotat *Ruell. de nat. ſtirp. l. 2. c. 121.* & de urticæ ſemine prodidit *Plin. l. 22.* valde congruum videtur nobis, ſi in Cælio legamus *bulbum prurioſum*, quia generat pruritum, ὀχείας καὶ συνδυασμὸν deſiderium in quadrupedibus; & hoc ſic in medio liberum æſtimaturis relinquimus; id tamen obtinere volentes tam diu, dum alius conjectet felicius. *Thom. Reineſ. Variar. Lection. Lib. III. cap. 18. pag. 664.*

258, 32. *Lemnida carie & his ſimilibus*) Lemnida carie confidenter mutamus in *Limnæa adarce*. Ita l. 3. c. 2. ad rubificandam cutem defricationem ſuadet ex *nitro atque oleo & adarce:* Eſt autem ἀδάρκης, *adarce* concreta ſalſilago, ſeu ſpuma craſſeſcens in paludibus, arundinibus & graminibus adnaſcens, acerrima & calidiſſima; apta proinde humoribus ex alto evacandis, & adurendo corpori: Calomochnus eſt q. d. *lanugo arundinum: Cæſalpinus L. 2. de Metall.* Fruticulum, cui adhæret lanugo, inferiore parte tegi ſcribit cruſta lapidea acri; hanc eſſe adarcen. *Limnea adarce* fuit prima ſcriptura quam nos e litteris vulgatæ velut olfecimus. Theod. Priſc. lib. 2. cap. 19. reſoluta membra colliganda eſſe jubet unguentis mordentibus *e calce viva, euphorbio, caſtoreo, adarce*. vocatur quoque λιμνῆτις *a Paulo l. 8. c. 19. & Actuario lib. 6. Meth. Med. cap.* 1. item *limneſtis*, niſi σφάλμα eſt, ab *Aretæo;* is *l. 2. de Curat. morb. acut. c 3.* ad evocandum in ſyncope ad extrema calorem illitionem parat e *limneſtide, euphorbio & lauri baccis*: ubi Limneſtida doctiſſimus interpres Junius Paulus Craſſus reddidit *adarcen*. Th. Reineſ. Var. Lect. l. 3. c. 18. p. 665.

Cor-

Cornua cucurbitæ) Formam cucurbitæ veterum exhibuimus ad Cesum de Re Medica pag. 562. quam expressam damus in Tabul. postremæ paginę subnexa *fig.* 1. 260, 16.

Quod appellamus liquamen] Liquamen jus est, vel garum, aut tale quid conditum pinguedine. Puto tamen sæpius pro piscium jure seu garo capi. Apicius Lib. 1. cap. 1. *Si liquamen odorem malum contraxerit ita emendabitur*. Idem cap. 6. *Oxygarum quod sonat garum sive liquamen acetosum*. Victor pro rancida & fœtida piscium pinguedine sumit, qua hodie in maritimis locis vice sevi utuntur. Ita Scholiastes Horatii a Francisco Lousa suppletus Lib. II. Sat. 5. *Cetaria officina in qua liquamen conficiunt; alias loca, in quibus salsamenta fiunt, cetaria appellant* Barth. Adversf. Lib. I. cap. 4. 260, 39.

Halteres erunt offerendi) Eos exprimit Mercurialis ac plenius describit Arte Gimnastica Lib. II. cap. 12. & Lib. V. cap. 9. 261, 30.

Ægrotantis quodam labore mortes exercent) Obscura plane, si non inepta lectio, *mortes exercent*. quid, quæso, est, *mortes exercere*. itaque cum dura & vehemens sit exercitatio secundum Galenum atque Oribasium, restituo *artus*, seu potius *partes exercent*, quia mox præcedit vox partes; quamvis non repugnem si quis malit legere *motus exercent*. 261, 31.

Conficienda sunt ligna, inquit, quæ transgredi pedibus nitantur ægrotantes] Non requirunt ejusmodi ligna fabrilem operam & confectuam; rudia, impolita, cum cortice suo, & cujuscunque figuræ huic negotio, ut ea transcendendo crura exerceant paralytici, satis apta nata sunt: malim igitur *conjicienda*, h. e. pedibus ægroti deambulantis in plano objicienda, ut varicare crura & levare a solo pedes paulatim adsuescat. Theod. l. 2. c. 19. de re eadem: *nam & ligna jacentia subinde eos suadeo debere transcendere*. Th. Reines. l. 3. c. 18. Var. Lect. p. 666. 262, *ult.*

Scamma) *Scamma* vocabant quando trans machinam a fabris materiariis e lignis exstructam erectamque velut equuleum agitatione corporis & nisu sese quasi ultra transtra levare jubebantur: iterum noster; *ordinat preterea in arenæ spatio deambulationem, & quod appellant scamma atque transcensum lignorum*. Sententia doctorum, qui non distinguunt ista, in medio est: sed caduca ea, καὶ μὴ προχωρεῖ. *Th. Reines. Variar. Lect. III. cap.* 18. *pag.* 666. 265, 30.

Vinum scivelliticum) *Vinum scivelliticum coctum; donec mellis habeat crassitudinem*, catarrhis qui arteriam asperam præcipitant sistendis, & viis exasperatis leniendis adhibet; recte; id enim cum dulcedine modice abstringit; *Galeno l.* 5. *de San. tu. c.* 7. *& l.* 7. *de Com. Med. S. L. c.* 1. *& l.* 9. *c.* 4. σκυβελίτης: Scybelitanum *lib. de vinis*: *Aetius tetr.* 3. *s.* 1. *c.* 24. interpretatur οἶνον τὸν αὐτομάτως ἀποσάζοντα ἐν τῶν μὴ πατηθεισῶν σαφυλῶν, h. e. protropum sponte defluens antequam calcentur uvæ, si cum *Plinio l.* 14. *c.* 9. loqui libeat. Qui igitur ignorantia vini scybelitæ, *squilliticum* voluit h. l. reponi, non adtendit intentioni *Cælii*, & indicationibus a morbo, causa, & adfe- 280, 1.

fecto loco petitis. Vinum enim ſcilliticum, quale contra cruditates & hinc orta in ventriculo, inteſtinis, viſceribus & habitu mala conficere docet *Dioſc. l.* 5. *c.* 2. *Actuar. l.* 5. *Meth. Med. c.* 7. omnia alia faciet & geminabit morbum, *Th. Reineſ. l.* 3. *c.* 18. *Var. Lect. pag.* 666.

280, 21. *Tum ἀπαλὰ ova*) Scribonibus Largus de Medic. Compoſ. N. 104. cap. 23. vocat *apala ova*; ubi doctiſſimus interpres Joan. Rhodius: *Hapala* Cæl. Aurelian. Chronic. Lib. II. cap. 7. atque Theod. Priſc. Lib. II. c. 10. ex Heremanni lectione. Marcellus etiam cap. 20. Recte. Grecis enim ἀπαλά, quæ Galeno de Aliment. Facultat. Lib. III. c. 22. τρομητὰ, *tremulæ;* Latinis *mollia*. G. Barthius Adverſ. Lib. LVI. cap. 5. tenera, ſorbilia interpretatur cum Hadr. Junio. quæ tamen Celſus Lib. IV. cap. 3. a mollibus, pariter Galenus a tremulis diſcernit; ſequutus Dioſcoridem, qui Lib. II. c. 54. ait Ὠὸν τὸ ἀπαλὸν τροφιμώτερον τοῦ ῥοφητοῦ, καὶ τοῦ ἀπαλοῦ τὸ σκληρὸν. *Ovum molliculum plus alit quam ſorbile, itemque durum pluſquam molle*. Itaque pro a *pullis* in Celſo verius *hapalis* reponendum, quam cum R. Conſtantino *apalis*. Hiſce adde egregium locum Petri Victorii Variar. Lection. Lib. XXIX. c. 3.

281, 4. *Uvarum fabrilium ſive penſilium ſiccatarum acinos*) Quaſi dixiſſet, uvas paſſas: *Reineſ. Var. Lect. l.* 3. *c.* 18. *p.* 676.

292, 18. *Figmentorum vel fabularum conjunctionem* &c.] Refinge, *fragmentorum vel tabularum*; & intellige de vulnere cum contuſione & fractura oſſium, quorum feſtucæ & capita præmiſſa ſi exciderint, ſimul per extenſionem decentem repoſitione & commiſſione reunienda ſunt, & conveniente deligatione, plagulis, ferulis ſeu aſtellis, ut adpellat *interpres Albucaſis Chir. p.* 3. *c.* 2. ſuperaccommodatis ſtabilienda, dum callo intermedio ferruminentur, & conſolidentur. *Celſus l.* 8. *c.* 10. *H. Fabric. Chirurg. p.* 2. *l.* 4. *c.* 3. *Fer. Peccet. l.* 4. *c.* 1.

ibidem *Et figmentorum vel fabularum*) Rovillianæ editionis auctor haud male conjicit legendum *filamentorum ſive fibrarum*. Quid ſi ſcribas *ligamentorum vel fibularum*, ſeu *fibrillarum*?

300, 24. *Quam ges aſtera vocant*) Legendum *quam Græci*, vel *quam γῆν aſtera vocant*. Joan. Rhodius in Lexic. Scriboniano V. *creta Samia.*

304, 24. *Dicens oſculari non poſſe*) Editio Roviliana in margine interpretatur, *occludi ligatione non poſſe*: ego e contrario expono, *rumpi non poſſe;* ita enim ſupra pag. 286. verbum *oſculari* uſurpat. *Oſculari enim inquit corpora nimia plenitudine* &c. etiam infra pag. 305. *oſculatio venarum*.

307, 17. *Quod corporis faciat defluxionem*] Forte *difflusſionem*.

308, 15. *Phlegmata carbonibus imponentes*] Videatur Celſus de Re Medica Lib. III. c. 22. p. 168.

308, 20. *Quadam tenuitate coactæ*] Tenuitas, ut ita loquar, corpus ſolvit, tantum abeſt ut condenſet; quare pro *tenacitate* legendum.

308, 26. *Vomifluam*] Recte meo judicio *vomicofluam*.

309, 10. *Sunt enim neceſſario* &c.] Ex mala interpunctione ſenſus obſcurior.

rior. distingue & lege: *Sunt enim necessario intuendæ, siquidem complexa sit, regulæ, quam diætam vocant.*

Liquato linteolo limpido) Pro *liquato* scribe *ligato;* sic enim proximе sequente pagina 310. *Potest prçterea etiam melilotum linteolo ligatum tempore decoctionis immitti.* 309, 28.

Polyarcyon malagma) Describit hoc Celsus de Re Medica Lib. V. cap. 18. §. 8. 311, 29.

Cum necessario accessio vespertino tempore asperetur) Cels. de Re Medica Lib. III. cap. 5. pag. 125. 313, 2.

Magnificas ulcerationes h. e. quas nos &c.] Ab editoribus quibus genius scriptori minus erat perspectus, est *τὸ magnificas*: & dissonat a re tota. Lege *manificas*, manu factas, χειροποιήτους, χειρουργουμένας. Simili libertate & elegantia, cum phlebotomiam habitum exsiccare, si nimirum celebretur sæpius, docere vellet, eam *arificam esse carnis* dicit. l. 4. c. 1. & l. 1. c. 4. χειραφία, quæ mollem, blandamque manibus suspensis factam contrectationem, præsertim oculorum & dolidarum partium significat, *manutigium* exponit: quæ novitate, felicitate interim & perspicuitate ita delectant, ut obnunciantibus etiam Ciceronianis omnibus imitari velim. *Th. Reines. l. 3. c. 18. Var. Lect. pag. 667.* 313, 26.

Vel Mnaseum) Describitur a Paulo Aetio Tetr. II. Serm. 2. c. 88. 316, 2.

Et dentium confrictio] Lege *constrictio.* hoc enim requirit sequens vocula *concubitus inseparabilis*, quando nimirum dentes sibi invicem incumbunt & infiguntur valide, ut digitis vel etiam ferro facienda sit eorum distinctio & quasi discuneatio. *confrictio* vero solum stridorem dentium & collisionem, quæ epilepticis solet contingere, notaret. *Th. Reinesius Var. Lect. Lib. III. c. 18. p. 667.* 318, 15.

Dentium confrictio sive concubitus] Vox *concubitus* docet legendum *confictio;* quomodo supra Acutor. Morbor. Lib. II. cap. 3. *dentium confixio, atque stridor.* *ibidem*

Testante gravedine] Vitiose pro *attestante.* sic supra Chronic. l. I. c. 3. *attestante gravedine cervicis.* Admodum enim delectatur hoc verbo Cælius. Vide Indicem V. *Attestante.* 318, 34.

Famulum ternos bilibres panes per singulos dies accepisse) Hic certum est latere canonem quotidianum sub immodica illa quantitate, quæ famuli morbosam esuriem nullo modo levaret. Movet me Catonis (*Tit.* 15.) auctoritas, qui compeditis per hiemem panis P. III. ubi fodere cœperint, P. V. dari præcipit, adeo ut urbanis ministeriis panis P. II. vel III. sufficere potuerint, cum neque fodere aut opus facere necesse haberent, & quoad pulmentaria & obsonia lautius acciperentur urbani, quam rustici servi. Dixi autem assignatos videri quotidie panes ad rationem demensi, quia demensum variavit aliquando, modo enim IV. modo IV. & S. modo V. modiorum fuit, prout ferebant & annonæ ratio, & dominorum qua splendor, qua sordes. *Laur. Pignor. de Servis pag. 312. 313. edit. Amstel.* 319, 17.

Orbiculata) Mala orbiculata significant cibum delicatum seu optimum 323, 15.

mum alimentum, uti constant ex Cicerone ad Famil. Lib. VII. epist. 15. Nominis etymon tradit Plinius Lib. XV. c. 14. *Orbiculata, a figura orbis in rotundum acti*. Videas Joan. Rhodium ad Scribon. Largum pag. 174. 175.

ibidem *Scaudiana*) Lege *Scandiana*. Celsus enim IV. 19. inter ea quæ stomacho utilia *malum Scandianum* recenset. Columella etiam Lib. V. cap. 10. nominat, itemque Saturn. Lib. II. cap. 15. Macrobius, ubi & *Scantianum* distincte additur. Post Catonem de Re Rustica cap. 7. etiam Varro *Scantiana* ponit. Plinius quoque Lib. XV. cap. 14. Nec male, si vera quæ de Scantio inventore circumferuntur. *Joan. Rodius ad Scribon., Larg. Compos.* 104.

324, 14. *In locandæ qualitatis*) Litterarum obscuritas & nimis arctus nexus produxit vitium hoc. manus Cælii fuit *injocon æ* Antiqui enim *o* & *u* promiscue fere usurpabant.

324, 38. *Salsum ex aceto & oleo conditum*] Sequens pag. 325. ubi legitur, *salsamenti multi ex aceto & melle*, docet hoc loco restituendum *salsamentum*.

325, *ult.* *Cardamomo*) Lege *Cardamo* quod est nasturtium. *Th. Reines. Var. Lect. Lib. III. c. 18. p. 668.*

326, 12. *Noxarum*) Melius *mixarum*.

326, 23. *In Italia Cotiliæ appellatæ*) Cutiliæ vocantur a Vitruvio Lib. VIII. c. 3. & Plinio Lib. XXXI. c. 2. vide Strabon. Lib. V. pag. 228. ed. Parisin. & ibi Casaubon. & pag. 1324. edit. Amstel.

327, 1. *Oris pedor*] Verum p. 328. ait: *Præterea oris fœtor ægrotantes afficit.*

327, 10. *Sentiunt*] In textum recipe vel *satiant*, uti correxit Dalechampius, is enim creditur auctor editionis Rovillianæ; vel *leniunt* quod minus ab elementorum ductibus recedit.

330, 7. *Variis extimationibus*] Forte *existimationibus*.

330, 17. *Frigidos*) Magis placet *rigidos*.

330, 25. *Cucurbitis rapidis forti raptura motis*) Bis idem dicit Aurelianus, qui alias solet priora interpretari. itaque reor excidisse *hoc est*, & legendum *cucurbitis rapidis*, hoc est *forti raptura motis*.

335, 17. *Item iis quæ superficiem corporis lacessendo jaculare videntur* &c.) Pro *jaculare* alii reponunt *osculari*, & mea opinione recte, quod subsequens verbum ἀναστομωτικὰ confirmat satis aperte. imo adest locus parallelus qui exstat Morbor. Chronic. Lib. II. cap. 10. pag. 286. *Osculari enim inquit corpora nimia plenitudine, sive virtute medicaminum osculantium, quæ Græci anastomotica vocant.*

336, 3. *Et perseverante*] Malim *at*.

341, *ult.* *Jungenda crura*] Lege vel *ungenda*, vel *inungenda*.

342, 2. *Prædato passo*) *Prædare* verbum *Cælius* frequenter usurpat, cum de præmittenda exhibitione vel cibi vel medicamenti agit; semperque ea præpositione verbis juncta ordinem insinuat: *Tard. l. 3. c. 7. post cœnam imperat vomitum prædato passo aut vino dulci. Lib. 1. c. 1. prædato initio cui consummatio perfecta respondeat: prædato*, i. e. ante exhibito, vel propinato passo, quod non intellexit *Cornarius* cum

præ-

prædationem h. l. exponit *cibi abstractionem;* cujus contrarium, nimirum ante-oblationem, requirit sensus & mens sana scriptoris: l. 2. c. 1. passionis (paralyseos) *prædata atque demonstrata significationem*, i. e. cum de nominis & rei significatione satis egerimus, *necessario curationem ordinamus*. isti verbo eleganter composito respondet alterum Plinio usitatum *præsumere* lib. 23. cap. 4. *de elæomolite seu oleo Syriaco: potores certaturi præsumunt ex eo cyathum unum*, i. e. sumunt ante cum certamen subituri sunt. L. 30. c. 15. *ebrietatem arcet pecudum pulmo assus præsumtus*: L. 15. c. 22. *bibendi causa etiam venena conficiuntur, aliis cicutam præsumentibus* L. 25. c. 2. de Mithridate, *quotidie venena bibit, præsumtis remediis*. & Theodoro Prisciano l. 2. c. 14. *Somni interdicendi sunt diurni quam maxime, & ciborum prohibenda præsumptio*, i. e. non cibandi sunt ægroti paulo antequam somnum capturi sunt: C. 15. *vini penitus præsumtio inhibenda est:* L. 3. c. 3. *convenit adpetere lavacra, cibos humectiores præsumere*, sc. antequam in solium descendant: & *Gariop.* lib. 5. c. 5. & 12. L. 1. c. 15. Nostro *præsumere* quoque est ante auferre; ut cum l. 2. c. 13. sanguine fluentibus suadet dare *poma & cydonia cocta vel torrida præsumpto tegmine*, i. e. tosta & ablata cute, *farina conspersa*: eadem forma *præfacere*, dixit pro ante facere, ut *præcapere* in Epp. Plinianarum vetustis membranis, pro ante primumve capere: lib. 2. cap. 1. *præfacta voporatione scarificamus* &c. cap. 14. *sinapismi ulceratione cutis præfacta adhiberi non possunt*: & lib. 5. c. 4. *sanguis ater & purulentus ex ulcere præfacto & dolore antecedente*. Malui *præfacta* præ illo vulgatæ lectionis *præsecta*, ut a participio verbi *præfici*, quod huic loco sua significatione non convenit, distingueretur participium verbi *præfieri:* qua ratione & noster l. 4. c. 3. *præcadentem podicem* dixit neutraliter, non *præcidentem* ut ab activi verbi *præcidere* significatione, quod alienum esset, ipsa locutione seu conjugandi modo nos abduceret. *præfactum* autem ut *benefactum, fabrefactum, malefactum, vacuefactum, calefactum, labefactum*, præpositione in Nominis vel adverbii, quod ordinem significat, classem transeunte. Notavi in Cœlio plurima verba ad hunc modum nove facta ad prius & posterius in actionibus denotandum. *præmoveri* l. 1. c. 5. de partibus quæ priores reliquis moventur; *Quoties longe remota*, non adfecta, *præmoventur, transmissa commoditas sine partium curandarum*, laborantium, *commotione latenter advenit*; l. 2. c. 1. de Paralyticis: *præmotis igitur vel exercitis, ut supra dictum est, dabimus ut sella sedeant*. *Prætegi*: l. 1. c. 4. *adhibenda legatio, prætectis articulis ex lana*, ne videlicet articuli quassentur strictore ligatura: cap. 5. *torrendum etiam corpus fervore solis, prætecto capite:* l. 2. c. 7. *adhibenda gestatio prætecto ore quo spiratio nulla tangatur injuria*, l. 3. c. ult. *phreniticis luce commotis oculorum prętectio* morbum videtur solvere. *Præcoqui*: l. 4. c. 3. *vinum quod sit præcoctum in cortice mali punici*: ibid. *lac bibendum præcoctum*. *Prælini*: *oportet concisas in vas fictile novum prælinitum mitti*, ab idem *prægypsari* est l. 3. c. 2.

Prætangi: l. 4. c. 3. *venter leviter oleo Hispano prætactus*. l. 1. c. 5. partes etiam localibus adjutoriis prius *erunt prætangendæ & renovandæ*. *Præungi* : l. 4. c. 3. *immitendus digitus usque ad altiora præunctus adipe anserino*. *Præradi: Prærasis* capillis cucurbitam pubetenus adhibet. l. 5. c. 6. *Prælaxari*: l. 2. c. 1. *motus beneficio prælaxato ægrotante*. *Prævexari:* l. 1. c. 1. *caput etsi sua passione prævexatum non fuerit. prætinctum candens ferrum*, lib. 1. c. 4. *præpotare*, *præbibere*, *prælavare*, *præpurgare*, *præroborare*, *præmollire*, *præficcare*, *prætentare*, *prævaporare:* l. 1. c. 3. *prævaporabo loca*. *Theod.* lib. 1. c. 21. dixit *præfomentare*: Noster l. 4. c. 2. *præfovere*. omnia tempus & ordinem actionum, quas significant verba simplicia, includunt: & quod hisce simile est, apud veterem interpretem semibarbarum Oribasii, *præruina matricis*, quam alii procidentiam vocant, juxta Nostrum, *præcadentia*, einsurfaïi *Reines. Variar. Lib. III. c.* 18. *pag.* 657.

346, 39. *Sinapismus usque ad cutis humorem* &c.) Lege *usque ad cutis tumorem;* sinapismus enim vi pyrotica cutem papulat, seu in vesicas elevat; tum *tabentibus*. Reines. Var. Lect. Lib. 3. cap. 18. p. 670.

347, 28. *Diacapregias*) In appellatione *diacapregias* unica, triplicem ἀντιστοιχίαν admisit editor; rectum est dia-coprægeias, διὰ κόπρου ἀιγείας: id Paulus lib. 7. c. 18. describit titulo σπογγέον ὑδρωπικοῖς, quod aquas hydropicorum exsugat si pellibus illitum corpori adponatur. *Reines. Var. Lect. Lib. 3. c.* 18. *p.* 670.

351, 27. *Medentium tardante consilia*] Rectius, ut in margine *consilio*.

353, 3. *Alterius*) Scribe *ulterius*.

353, 19. *Si res patiuntur*) Mihi arridet lectio margine expressa *si vires* patiuntur. Sequitur enim mox *quantum vires permiserint*. & in fine capitis *si vires patiuntur*.

355, 1. *Ophiten lapidem*] Plinius Hist. Nat. Lib. XXXV. c. 7.

355, 14. *Si enim æquilibus æger fiat*) Hoc est si detumescat, ut ita dicam, seu corpus reddatur magis æquale; ita enim pag. 307. *ob æquandum corpus* dixit.

358, 3. *Refricationem*) Recte *defricatione* reponi vult Dalechampius.

359, 9. *Discere*) Omnino recipiendum est verbum *disjicere*, quemadmodum *unguentis* pro *ungentis*.

361, 15. *Scricturam*) Imo *stricturam*.

361, 16. *Convivantem causam*) Monstrum lectionis. vera lectio est *continentem*, vel *conjuvantem* vel *comitantem*.

361, *ult.* *Cum passiouis causam in extasin estimaret quam præstabat fieri per ensem & cutem* &c.] Editores sensum satis adsecuti sunt cum substituunt, *pass. causam intrinsecam;* & mox *fieri superficiem: sed* ista ab exaratis *in extasin & per ensem* nimis abeunt, eoque pro scriptura vetere & vera haberi nequeunt. Paulo concinnius videtur si legamus, *cum passionis causam in extis sitam estimaret*, vel si hypethesi peccasse notarios cogitemus, *causam intus sitam existimaret, quam præstabat fieri forensem sive cutalem. Præstabat*, i. e. præoculis erat, adparebat. Forense est τὸ θύραζε quicquid foris & extra domum est: tran-

translate *ulcera forensia* Theod. Prisc. l. Phys. quæ extus cutem & carnes obsident; eoque distinguuntur ab exulcerationibus, collectionibus vomicis & apostematibus interaneorum; eodemque modo brachia & crura in domesticam & silvestrem partem dispescunt alii; illam adpellantes quæ corpus adversum spectat, hanc quæ aversum. *Cutale* pro cutaneo plane Cælianum est; ita *annalia* l. 5. c. 2. pro annuis; *intemporale* pro intempestivo l. 1. c. 4. l. 2. c. 14. & 11. *menstrualis fluor* l. 3. c. 8. pro menstruo; *aquæ imbrialis* l. 5, c. 11. pro pluvia; *viæ mictuales* l. 5. c. 4. pro urinariis; *urinalia* pro diureticis l. 5. c. 1. *viæ sensuales* pro nervis lib. 5. c. ult. *tibi carnalis* Theod. l. 2. c. 11. *fortitudo vinalis* apud Macrob. l. 7. Saturn. c. 7. Mox lege, *velut latius patientia*: trahere enim solemus ad εὐρύχωρα, quorum meatus expediti sunt & laxi. in eadem vocula corrupta sunt etiam hæc l. 2. c. 5. ubi de signis catalepseos: *Sequitur patientes febricula & vocis amputatio cum oculis patientibus* (leg. patientibus) *& impalperatione*, h. e. palpebrarum immobilitate & ad claudendum ineptiudine. Qui vocem ammittunt quacunque de causa, dicuntur, κωνὴν ἀποκεκομμένοι a *Paulo* l. 3. c. 28. & vocis interceptio, φωνὴν ἀποκοπή: eademque metaphora Latini Græcorum imitatione *vocis amputationem* adpellant: *Reines. Var. Lect. L. III. c. 18. p. 670.*

Argagatium] Et quod Archagathus Medicus e Peloponneso, qui 361, 11.
primus omnium e Græcis in urbem receptus fuit, & tabernam habere mereri judicatus. Plin. l. 29. c. 1. invenit: Celsus istius medicamenti descriptionem ponit l. 5, c. 19. *Reines. Variar. Lect. Lib. III. c. 18. p. 670.*

In qua ætate) Optime *inquietati*. 396, 18.

Relevantia) Sana lectio *relavanda*, nisi malis *elevanda*, aut *prelavanda*, quæ ipse minus probo. 366, 25.

Tepore) Verior lectio videtur *torrore*. 366, 27.

Illic enim spatium latius longaonis &c.) Modum injiciendi intestinis ulceratis clysterem curiose describit; apponendam esse podici fistulam usque ad verticillum, impulsu levi, neque recto ductu contra oppositas partes, neque versus superiora, sed sensim versum os sacrum injectionem fieri debere: *tunc illic enim spatium latius longaonis, cum appositione facta erit digitis detrahendus, quo caverna fuerat obstrusa*; & sinistra manu fistula ano sc. inserta servanda immobilis, & dextra folliculus moderate complicandus ut liquor emulgeatur. Non intelligo quid post intrusum canalem detrahendum sit, nisi concedatur ita emendare: *illic enim*, parte versus os sacrum, *spatium latius longaonis: tunc cotus appositione facta erit digitis detrahendus*, quo scil. foramen canalis fuerat involutum. monosyllabum *cum* trium literarum tantum in charta spatium requirit quantum *cotus*, ut licet hoc in manuscripto fuerit; illud tamen præ inusitatiore notius, legerent non exercitati characteribus sæpe carie situque obliteratis, aut tinearum blattarumque injuria ἡμίβρωσιν & mutilis noscitandis; sed id nauci non est, & omnino inducendum vel refin- 367, 6.

gendum potius in id quod dixi. *Reines. Var. Lect. Lib. III. cap.* 18. pag. 671.

367, 28. *Spongiæ commodanda*] Manus Auctoris fuerit *spongiæ accommodandæ*; elementa enim *ac* sunt absorpta a proxime præcedentibus, fere iisdem elementis *ae* vocis *spongiae*. Ipse Cælius supra Acutor. Lib. IV. cap. 10. pag. 72. *Odoribus autem tetris delectationem non accommodant*.

370, 13. *Quam diacertosin vocant*] Diacertosis vox est ignota, κήρωσιν vero proba & usitata. Gloss. Vet. Græc. Lat. κόρωσιν *ceratura*, unde διακήρωσιν.

371, 28. *Sed solita*) Alii rescribunt *solutum*, uti paulo ante hac eadem pagina *cum rosaceo oleo, & soluta cera miscenda*.

373, 21. *Et enatis matibus*) Vel cæco patet legendum *enemantibus*.

374, 1. *Paulo levius capite locato*] Imo lege *levatius*. Vide Lexicon.

375, 22. *Lac præcoctum*) Cælius ad fluores crassificando cohibendos, ulcera detergenda, & acrimoniam humorum temperandum dysentericis bibendum præscribit *Lac præcoctum, quod adpellant diacleon sive singulare;* addit etiam *cochleas, quas Latini marinos vel fluminales lapides accipiunt*, ex *igne* candentes & *pellucidas lacti immittendas*, & simul coquenda omnia dum lac veniat ad partem tertiam. Hoc lac illud est, quod Diosc. l. 1. c. 75. διαπύροις κόχλαξιν ἐξικμαθὲν, σεγνωτικὸν γίνεσθαι τῆς κοιλίας, i. e. per ignitos scilices (injiciuntur & ferri igniti laminæ) sero ex succo fieri alvi constrictivum tradidit: ita quoque *Gal. l. 3. de Alim. Facult.* 10. *de simpl. med. fac. Paulus l. 1. c. 77. Trall. l. 8. c. 7.* Et cum Græci κόχλακας, κάκλακας vocant λίθακας ἐν τοῖς ὕδασι, *Svid.* Lapillos perpetua in aquis volutatione orbiculatos & politos, æstuque in littora conjectos, huic rei privatim requisitos, placuit nostro, quasi indifferens esset, *cochleas* inde facere, cum *cochlacas & lac diacochlacon* debuisset. Quod vero adpellat *singulare lac*, non ipsi sed descriptoribus imputandum est, ipse enim *silicare*, scripserat. Diversum ab hoc est quod σχιστὸν dixerunt seu fissile: Noster l. 4. c. 1. *accuratum* & cap. 3. *catharticum*. Id enim quia caseosæ seu terrestres partes secretæ sunt coctura & colatura, ventrem turbat & solvit; error igitur *Cardani* manifestissimus est, qui scissile cum silicari confundit, & bilem educere, simul purgare ulcera, adstringere, & mitigare dolores scribit *l. 3. de San. Tu. cap.* 13. Hoc evaporato sero crassescit & stringit: illud separato caseo tenuescit & laxat. *Reines. Var. Lect. Lib. III. c.* 18. *pag.* 671.

375, 28. *E salsiore pascua*] Recte; non *pascuo*. Usi sunt hac voce Arnobius ad Psalm. 22. pag. 51. *In loco pascuæ collocata, super aquam refectionis educata*, & Tertullianus in Apologet. cap. 22. *Et quæ illis accuratior pascua est, quæ ut hominem a recogitatu veræ divinitatis avertant præstigiis falsæ dominationis?*

376, 36. *Supradictis ex regula motus*) Malim *modus*. sic enim pagina sequenti 377. *ut destinatus impleatur modus*.

Quam

Quam Græci ὀῤῥὸν appellant] Scribe vel *quod* vel *quem*. 377, 25.

Crassius effectum ac viscosus] Præcedens comparativum *crassius* satis aperte probat legendum esse *viscosius*. *ibidem*

Rotundata frustra] Abundans elementum r expunge, ac lege *frusta*. 378, 16.

Uvam fabrilem] In diæta cœliacorum & diarrhoicorum commendat *uvam*, *& magis fumi vapore siccatam*, *quam fabrilem adpellant*. 379, 35. Ex privatis Romanorum rebus est, interque desita hodie, in fornacibus ferrariorum fabrorum suspendi consuevisse uvas, ut fumum scil. biberent, & fierent hoc modo passæ. Gratiam enim iis, uti vinis quoque & caseo, adferre putabatur; *Plin. l.* 14. *c.* 1. *& cap.* 4. *quas suspensas duracinas*, *ammineas majores vel ad fabrum ferrarium*: *pro passis hærecte servantur*. Levia videntur ista, scil. cum indicatæ sunt origines; quas qui ignorant, quam varia, quam speciosa & ex altissima eruditione repetita, de uvis fabrilibus commenturos esse putas? *Theod. Prisc. l.* 2. *c.* 12. vuam fabriciam adpellat: quam cave mutes in *Apiciam*, de qua *Plin. l. d. & Macrob. l.* 3. *Saturn. c. ult.* Reines. Var. Lect. Lib. III. c. 18. p. *676*.

Vel quia in pulmentorum &c.] Pro *quia* autumno scribendum *qui*. 380, 29.

Jam dudum docuimus) Nempe pag. 479. 381, 3.

Diacapaneos] Ne de capaneo nugemur, est *diacappareos*, Oribasio tributum ab Aet. t. 4. s. 3. c. 11. emplastrum. *Reines. Variar. Lect. Lib. III. c.* 18. *p.* 670. 381, 21.

Et est difficile celer) Alii rescribunt: *Et est difficilis ac celer*. Mihi sanus videtur locus, modo *difficile* interpreteris rarius, quod indicare atque flagitare videtur vox sequens *frequentius*. Vult enim dicere Cælius, si bene capio ejus mentem, dysenteriam aliquando, & raro seu rarius esse morbum celerem, frequentius tamen esse morbum chronicum seu tardantem passionem, lentam, & cum tempore homines consumentem ac tollentem. Fateor duram esse admodum loquendi formulam, ac verbum asperum; sed quis iverit inficias non sexcenta talia apud nostrum auctorem aliosque Afros occurrere. 384, 6.

Solio) Apulejus c. 94. jubet in *solium descendere*. Optime. Nam gradus in hunc usum exstructos fuisse, monstravit balneum marmore incrustatum Romæ. Cujus typus exhibetur in Tab. postremæ pag. subnexa *fig.* 2. *Rhod. ad Scrib. Larg. pag.* 464. 389, 2.

Quidam communiter mortuos lumbricos ajunt gravia denunciare: siquidem ostendant inesse corpori ruptionem.] Excidit syllaba *cor*, quod in proxima esset; restitue, *corruptionem*. Reines. Var. Lect. Lib. 3. c. 18. p. 672. 392, 23.

Apollonius Memphites percunctativo, *sive universali modo*, *quem Græci catholicon vocant*] Retulerat alios qui diversum circa præsagia e lumbricis statuissent, distinctione utentes; nunc universale Apollonii pronunciatum addit: *Modo percunctativo*, i. e. cuncta uno quasi fasce complectens, ὡς καθόλου εἰπεῖν, per cuncta, quæ de re vel dixissent alii, vel dici potuissent, discurrens eaque seponens. *Cunctari* Latini dixerunt quasi ad cuncta oblata hærere & morari: cum enim cun- 393, 5.

cta

cta alicujus negotia pensanda & excutienda sunt, penitus mora intercedat necesse est, & *percunctari* cuncta mentis agitatione perambulare, cunctis inhærendo explorare, eadem veluti dinumerando; unde lexicis ἀριθμεῖται, ἐξετάζεται: quod & *percunctari*, q. d. conto, quid in alto maris subsit, tentare & inquirere; cui rei catapirateremⁿ, linum cum massa plumbea adhibent nautæ: noster autem *percunctativo* imponit significationem *generalis*, *communis*, *universalis*; nove; sed satis ad id quod usitatum erat veteribus, mea quidem sententia, commode, & quod recipi a Latinis mereatur. *Barthius* pruritum ne *universali dicto* mutaret in *universali ictu* l. 38. c. 3. compescere poterat pronomen relativum *quod*, nisi nimium iste invaluisset. Imo percussos *universali ictu* (quem nonnisi de apoplexia fortissima, *Hor. Augenio* l. 11. ep. 40. maxima, acutissima interpretari possumus) *supervivere duobus vel tribus diebus* nemo sanus de fæce hominum, nedum *Cælius* tanta cum litteratura Medicus & Medicorum omnium judex quidam e prima decuria dixerit, & hunc tamen tanti absurdi reum facit cum sua emendatione *Barthius*. Th. Reines. Var. Lect. Lib. III. c. 17. p. 648.

393, 16. *Denique Hippocratem ferri*] Quidam *fari* legunt, ego vero *ferri* expono, tolerari, seu admitti; audiri.

394, 30. *Decoctione noxarum*] Alii, & rectius *myxarum*, quomodo rescribendum pag. 395. duobus locis.

395, 2. *Cervini cornu serragine aspersa, quam Græci rhinen vocant*) Ῥίνη radula vel lima est: πρίσις serra; πρίσμα, serratura: ῥίνημα, quod lima deteritur, vel serra: confundunt tamen. Repone rhinema, addita finali. Mox (pag. seq. 396.] abjice capitalem, *trophemata*: rectum enim est *rhopemata*, ῥοφήματα, sorbitiones. *Reines. Var. Lect. Lib. III. c. 18. p. 671.*

396, *ult.* *Scilla concoquenda, tum terenda diligenter, ac deinde chamelea, anchusa atque creta admiscenda squillæ*) E duobus simplicibus promittebat catapotia; nunc format è quatuor rebus. Nos ut sibi constet anchusam hinc & cretam; qua pro nomine accapitur, ejicimus: scripserat enim Cælius, *contusa atque creta*, i. e. cribellata, secreta; per cerniculum trajecta. *cernere* sic usurpat Theod. Prisc. l. 4. *Thymum Hispanum tundis & molliter cernis*. Paul. Æmil. l. 1. de Re Rust. c. 19. *supra marmor tusum cernatur* Participium *cretus & cernitus*, Palladius Nov. t. 22. *Cineris bene creti quantum manus utraque gestabit*. Noster l. 2. c. 4. *coralli tusi pulvis cretus*. Theod. ibid. *Lomentum fabacium bene cernitum; & cineres de fornacibus optime cernitos*. Reines. Var. Lect. Lib. III. c. 18. p. 672.

398, 7. *Quos quidem esse nullus*) Legendum *Ægros quidem esse nullus virorum credit*. Barth. Advers. Lib. XLIII. c. 21.

398, 12. *Singulis Spartanum sufficit sua*) Emacula, *Sparta non sufficit sua*. Reines. Var. Lect. Lib. III. c. 18. p. 673.

ibidem. *Sparta non sufficit sua*) Legendum *Spartæ non sufficiunt suæ*. Munus generationis a natura viris indultum Spartam ipsorum dicit, quam

quam impudenti illo abusu migrant, & in alium sexum transeunt. Notum proverbium, quod refertur a Diogeniano & Suida, sed pro tam noto habetur, ut a neutro enarrationem meruerit. *Barth. Adv. Lib. XLIII. c.* 21.

Divina providentia certis destinavit officiis] Ut nimirum cuique sua Sparta exornata limitibus sit suis attributa. *Barth. Adver. lib.* 43. *cap.* 21. 398, 13.

Alliciunt veste atque gressu &c.) Puellarum gradum gestuosum, quem Apulejus describit Libro X. affectabant apud Romanos molles viri, indigni sane eo nomine, ut ad turpissimam libidinem viros veros allicerint, teste Cælio Aureliano. Atque hæc quidem tam usitata perditis moribus erant, ut morborum vice haberentur, & remedia velut corporis adfectionibus a medicis quærerentur, ut ex codem doctissimo medico constant, qui deliria illa obscœnissima confutat *Fœminari* appellans, illas gesticulationes usurpare; scite admodum. Tale fœminationem in monstruoso suo homine nobis præfigit etiam Claudianus noster, colli jactationem muliebrem nominans, ceterorum membrorum premens, ne quid generoso carmini obscœnitatis immitteret. Graves vero & cordati homines etiam in fœminis gestus tales vituperant, & cavendos monent. Basilius scriptor vetus & præclarus in paræneticis: *Sapiens vir mulierem respuit gestuosam, stultus autem concupiscens eam supplantatur* &c. Barth. Adverf. Lib. XLVIII. c. 3. 398, 14.

Volentes alliciunt veste & gressu) Barthius Adverf. Lib. IV. c. 3. pag. 161. ubi hunc locum aliorum scriptorum testimoniis illustrat, legit *nolentes*, quemadmodum & Adversariorum Libro XLVIII. cap. 3. pag. 2244. ubi pluribus hominum mollium ac cynædorum describit mores ac gressus. De meretricibus vero viatores inhonesto corporis situ allicientibus egregius locus est apud Ezechielem cap. XVI. comm. 25. interprete Xantho Pagnino, omnium optimo ac fidissimo. *Ædificasti tibi excelsum, & fecisti tibi excelsum in omni platea, ad omne caput viæ ædificasti excelsum tuum, & abominata es decorem tuum; & aperuisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas.* *ibidem*

Quibus forte deferunt) Illud *quibus deferunt* viros graves denotat, quorum respectus est apud improbos illos. *Deferre* enim alicui, est eum suscipere, colere, venerari. Quod ideo hic annotandum arbitratus sum, ne quis in obscœnam partem sevocaret, ad quam itidem τὸ *deferre* abstrahitur. *Barth. Adverf. Lib. XLIII. c.* 21. 398, 17.

Invidentia) *Invidentia* est ardor libidinis, qui rivalem omnino pati non potest. *Barth. Adverf. Lib. XLIII. c.* 21. 398, 26.

Corpus fœminando) *Fœminare* pervenuste dicebant veteres. Neque mutari hoc verbum debet, dictum enim a fœmina, ut subare a sue, catulire a cane. *Barth. Adverf. Lib. IV. c.* 3. *p.* 160. & *Lib. XXIII. c.* 2. *p.* 1119. 399, 3.

Et naturalia ventris officia celebrante) Malo *veneris* quam *viri* recipere. 400, 5.

Ani-

400, 6. *Animorum nunc faciendo*] Quid si legas *animo eorum*, sc. virorum & mulierum.

400, 12. *Quod in ipsis nondum est illos deseruit*] Ita emendavit hunc locum Caspar Barthius Adversar. Lib. XXII. c. 13. Verum corruptus hic valde locus difficulter videtur restituendus; conjeci tamen olim num posset legi: *quod in ipsis non est, dum illos deseruit*. nempe vis venerea. vel, *quod in ipsis est, nondum illos deseruit*; id est, illa vis venerea, quæ in ipsis est, nondum illos, nempe senes, deseruit.

400, 28. *Fluoris tentus*) Omnino legendum *fluor retentus*, & mox *inferioribus* pro *interioribus*.

409, 11. *Sæpe sequetur*) Scriptum fuit *sequetur* pro *sequitur* more veterum. festina manus omisit litteram *i*, vel vetustate est abolita, vel ab imperito librario omissa, unde natum vitium, sensus enim exigit ut legatur *sequitur*.

409, 28. *Aut exilientis cyathis, quo ferramenti tollantur, quod nos laureolum dicere poterimus*) Ineptam distinctionem amove & lege *cyathisco: quo* pro *co*: uti lib. 3. c. ult. *quilen* scripserant pro *cilen*, κοίλην. cavam, & *arquata* sella ap. Arnob. l. 2. pro *arcuata*. Cyathiscus est pars specilli concava ad cochlearis instar, qua vel infundi medicamina vel eximi anfractibus & sinubus quid potest. *Nicolaus Alex. Sect.* 48. *n.* 6. κυαθίσκῳ μηλωτρίδος, auriscalpii ea parte utitur ad expurgandas congestis sordibus & infuso oleo aures. *Scribon. Larg. n.* 227. & *Marc. c.* 31. exulceratas hæmorrhoidas & casuras propediem, eadem instrumenti parte sensim tentat, & movet ut celerius excidant. Hippocrates τὸ πλάτος μήλης adpellat, quia specillum altera parte sit acutum & capitatum: ipsi ferramento λαυρομήλη *lauromele*, transpositis τῶ *laureolum* elementis, nomen est, ἀπὸ λάυρα, quod latum sit altera extremitate & cavum, ut *pyrenomele*, quod pomellatum est & capitellum instar nuclei præfixum habet. Hæc e veterum Græcorum chirurgia, quam totam pæne abolitam dolemus, reliqua ceu fractas tabulas nobis conservarunt Latino Barbari: absque *Silvatici Pandectis* enim *& Simonis Jannensis Synonymis* fuisset, hunc locum *Cælii* de *cyathisco* & *lauromele* nec emendare nec interpretari potuissemus. *Silvat. c.* 498. *Lauromelis Græce instrumentum chirurgicum: seu quiascisco*n: quæ depravata alludunt ad κυαθίσκον, & hinc corrigenda sunt: item c. 596. *Quiatistrum est nomen ferramentorum ocularibus morbis aptorum: & quiacistromelli*, *Demosth.* quod Græcis erat κυαθισκομήλη, h. e. specillum cum cyatho seu lata cavitate. *Reines. Variar. Lect. Lib. III. c.* 16. *p.* 673.

409, 35. *Vel eorum colligationibus*] Vel excidit verbum aliquod quo cum construas *eorum*, vel reponendum erit *membrorum*. Sic enim supra Acutor. Morb. Lib. III. c. 7. p. 150. *Spasmum vero in colligationibus membrorum fieri sensit*, nisi malis *nodorum*, quæ vox statim sequitur: *Hi enim plurimas colligationes nodorum naturaliter habent*.

410, 32. *Radice Argallici*) Lege *ali Gallici*: hoc enim nomen esse symphyto apud quosdam traddit *Scribon. c.* 21. Habet *Ruellius in Dioscor. l.* 4. *c.* 8.

c. 8. *Rivius ib. & Pena in adv.* eam radicem contrariis viribus esse, habere aliquid quod incidat, quid quod astringat, aliudque quod discutiat, humectare etiam nonnihil & emollire ajunt: unde paregoricum articulorum dolentium non inefficax esse convenit. *Reines. Var. Lect. Lib.* 3. *c.* 18. *p.* 673.

Alii acopum ex rana rubea in Podagricis &c.] Φρύνον seu rubetam, dictam quod inter rubos senticetis & dumetis moretur, nescias an *Cælius* a rubo adpellatam similiter existimet, an a colore; ita mirifica ejus oratio est; an scripsit, *ranâ rubetæ*, uti *Plin. l.* 32. *c.* 5. Acopum vero e rubetis describit. *Aetius tetr.* 3. *s.* 4. *c.* 44. Mox lege, *Alii marini vituli adipe pedes unxerunt*. Adipem enim *Plinius* & *Kyranides* commendant. Vulgata lectio duplici ratione vitiosa est, & quia acopum vituli marini, cujus tamen linea sequente meminit, e bellua vivente oleo cocta insinuat, & quia unctionem omisso e qua materia fieri ea debeat. *Reinesius Var. Lect. Lib. III. c.* 18. *p.* 674. 413, *ult.*

Item vesicam, quæ sit nervosæ qualitatis) Legendum censeo vel *quum*, vel *quod*, (posterioris enim sæculi librarii simpliciter ponebant litteram *q.* apposita lineola, quæ pro vario situ plane alium ac alium sensum indicabat,) vel *est*. 414, 20.

Nihil adprobant] Lege sic, *vinum adprobat*; quod e refutatione Cælii, *vinolentia nervos amputari, phlebotomia patientes impleri partes*, colligi potest. Quorsum enim vini noxam enumeraret, nisi Themison, cui sic respondet, vini usum suasisset? *Reines. Variar. Lect. l.* 3. *c.* 18. *p.* 674. 414, 37.

Et viri mulieres, & habitudine plenis tensiores) Optime Lugdunensis editor *viris* & *tenuiores*. Hinc infra cap. 10. pag. 428. pro *intestinis tensioribus* malo *tenuoribus*, seu uti legitur pag. 429. *teriioribus*. 415, 23.

Ut colaturæ liquidæ calorem fingat] Primum dubius posueram *luridæ* an *lividæ*; postea adscripsi, num posset legi *limpidæ*, uti supra Lib. I. c. 1. Chronic. pag. 203. *liquore limpido*. Verum cum succurrat Horatium Lib. IV. Od. VII. dicere *liquidis coloribus*, receptam servo ac probo lectionem. 415, *ult.*

Cum renum fluor pinguis acceperit] In margine *acciderit*; bene; quid si *accesserit* legatur. 416, 6.

Et præterea ægrotantibus supinus exitus urinæ facilior) *Supinis* mihi verior videtur lectio. 427, 27.

Defixo capite super latus pedibus sese locaverunt) Lugdunensis editor *elatis sedibus*, e quibus primum formabam *elatis pedibus*; postea vero accuratius examinato loco *sublevatis*; quo loquendi genere utitur Cælius infra pag. 419. *& si sanguinis fuerit fluor, clunibus prominentius sublevatis*. 417, 29.

Digitis immissis in muliebrem sinum] Sinus apud Cælium Aurelianum sunt *loci fœminei*; quo allusit Cicero Philippic. II. cap. 25. *Venisti Brundusium in sinum quidem, & in complexum tuæ minulæ*. Barth. Adversar. Lib. XXXVIII. c. 11. p. 1740. Videsis Daniel. Fessel. Adversf. Sacror. Lib. II. c. 19. 417, 31.

417, 36. *Aliquando crassiora & calida, aliquando arenosa* &c.] Inepta prorsus vox *calida* est expungenda: verum an *pallida* sit substituenda, dubito; cum probabilior videatur, saltem mihi, qui nemini conjecturas meas obtrudo, *olida*, id est fœtentia, malum odorem spirantia. *olidum* enim plerumque sumitur in malam ut ita dicam partem, ut *olidæ capræ*. Horat. I. Ep. V. ℣. 29. *Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ*. ubi Vet. Scholiast. *male olentis, fœtidæ*. Martial. X. 37. *Hic olidam clamosus ages in retia vulpem*. Auctores meæ conjecturæ sunt Hippocrates Aphorismo 81. sect. IV. quem ita interpretatur Celsus de Re Medica l. II. c. 7. p 60. *Si hæc* (urina) *crassa carunculas quasdam exiguas aut quasi capillos habet, aut si bullat, aut male olet, aut interdum quasi arenam, interdum quasi sanguinem trahit* &c.

420, 9. *Oscitatione*; Scribe *osculatione*: intelligit enim eam sanguinis excretionem quam per ἀναχόμωσιν, h. e. dehiscentibus & dilatatis vasis fieri docent medici, diversam a reliquis quæ διαιρέσει, divisura, & διαπνδήσει rarefactis venis contingunt. Eas causas solutionis sanguinis enumerat de sententia Demetrii l. 2. c. 10. ponitque aliam cum incisura, aliam sine incisura; & hanc fieri vel viarum raritate, (ita enim legendum est, non *varietate*] vel expressione sive sudatione, vel debilitate retentricis, vel osculatione a plenitudine aut medicaminibus *osculantibus*, quæ ἀναχομωτικά, *aperientia*, vocant: l. 2. c. 13. *osculatio venarum ex redundantia materia veniens fluorem sanguinis faciat*: & c. 10. l. 5. *osculatio vomicæ* est ejus eruptio, apertura, exitura. *Reines. Var. Lect. l. 3. c. 81. p. 674.*

420, 23. *Admonitione cessante*] Loquitur de hæmorrhagia e vesica seu hæmorrhoidibus suppressis, quas sequitur dolor circa pubem vexans cum tensione inguinum. edita lectio sensum nullum habet *admonitione cessante*; itaque lege *vexante*. Reines. ad Daumium Epist. X. p. 30. Ratio hujus corruptelæ petenda est e modo scribendi veterum librariorum, qui loco *X.* semper ponebant *S.* vel *ſſ.* ut ostendo *in Var. l. 3. c. ult.* quem non intellexere editores. *Reines. ad Nesteros Ep. 53. pag. 99.*

420, 25. *Supradictorum relatione*] Lugdunensis editor in margine posuit *relevatione*; sed verisimilius longe *relaxatione* restituit *Reines. ad Nesteros Epist. 53. pag. 99.*

421, 38. *Sæpius Latinavimus*] Supra Acutorum Morborum Lib. II. c. 1. pag. 53. dixit, *Latinizare*, ut *Soranus vero, cujus hæc sunt quæ Latinizanda suscepimus*. Verum utrumque verbum usurpatur. Glossar. Latin. Græce. *Latino* Ῥωμαΐζω.

425, 6. *Quam uretan vocant*] Restituendum arbitror, *quam uretram Græci vocant*. Excidit enim vox *Græci* quæ reddenda est variis locis, ut pag. 418. l. 17. ubi pro *quam urian vocant*, velim legas *quam ischuriam Græci vocant*; teste ipso Cælio pag. 420. *quam Græci dysuriam vocant*; *vel uriam* scribe *ischuriam*. Adde pag. 426.

425, 20. *Vertigo veretri fit*] Alii *tentigo* quæ lectio firmatur verbis Aureliani, qui supra pag. 180. ait: *Hanc enim accipientes in venerem provocantur, cum tentigine genitalium partium*.

De-

Demetrius Apameus] Videtur hic idem qui supra Acutor. Morb. 425, 23.
Lib. III. c. 18. p. 181. vocatur *Demetrius Attalius*, siquidem in eodem affectu idem citatur signorum liber.

Aut enim semen] Litterarum levissima transpositione Lugdunensis 425, 24.
editor eleganter reponit *senem*.

Ac tard.] Imo *At* uti & pag. 428. *Ac si* lege *At si*; quamquam 425, 28.
Cælius admodum delectetur vocula *ac*.

Etiam munia adjungemus) Optime *communia*. 427, 4.

Vel iniquitate corporis) Si inusitatam loquendi formulam, Cælio 427, 7.
nostro admodum familiarem respiciamus, scripserit fortasse *inquietate* pro inquietudine, jactatione.

Nam Græci ὑδατισμὸν appellant] Nullus dubito quin sincera lectio 427, 20.
sit *quem*.

Cum protropo vino aut squillitico) Usum scillæ, aceti & vini scilli- 434, 26.
tici omnibus cavendum esse, qui de interna exulceratione suspecti sunt, monet *Diosc. lib. 2. c. 202. l. 5. c. 25. & 26. & Cælium* empyicis exhibere crederemus? Abiit. *Scybeliticum* propinavit, quod idem cum protropo. Archigenes apud Aetium in abscessu hepatis humores ad exclusionem parat *vini Scybelitæ*, *Theræi ac protropi similiumque potu*, *tetr. 3. s. 2. c. 4.* Reines. Var. Lect. L. 3. c. 18. p. 675.

Ob eruptionem non in febribus factam vel in fundo collectionis] Lege; 435, 10.
Ob eruptionem in lateribus factam; *non in fundo collectionis*. Reines. Var. Lect. Lib. 3. c. 18. p. 675.

Volutatione in palæstra varia, *quam Græci celadiam atque choricoma-* 437, 33.
chiam vocaverunt] Exercitationem coryci & pilæ memorat II. de Sanitat. tuend. Galenus. Κώρυκον autem sacculum significat, ut pugillatorii follis ludus videatur. *Adrian. Turneb. Adverf. l. X. c. 10.*

Gingivas in putredinem mittunt, *atque os odore fœtant*, *retro stoma-* 439, 31.
chum limant] Interpunctione laborat sententia; tum depravatione Scribe, *os odore fœdant tetro*. Si liceret ultra scalpellum immittere huic ulceroso loco, mallem *fœdiant*: verbum enim *fœdare* tantum sordes insinuat; hic vero de δυσωδία, odore percussibili malo ingratoque oris, quem vomitus crebri inducant, præterea sermo est. *Fœtidare*, facere ut fœteat: ut *fluidare* nostro hoc cap. fluidum reddere: *tepidare Plin. l. 17. c. 26.* de cura vitium ne eas frigus adurat: *humidare* apud *Gariop. l. 5. c. 33. & 38. Succidare*, quod l. 2. c. 8. Plinio Valeriano restituimus idque recte fecisse putamus, cum eodem verbo eundem *Plinium* uti interea resciverimus: sic autem iste l. 1. *mel in quo apes mortuæ sunt effectuosissimum erit ad lanam succidandam*. *Candidare*, dealbare; *Gariop.* l. 3. c. 84. *pannis rudibus non a fulione candidatis*. Non repugnabo tamen, si quis *Cælium* verbum *fœtare* activa significatione novè formasse contendere velit; est enim talium mire artifex: ut cum *elogiavimus* l. 5. c. 4. pro elocuti sumus, recensuimus: *latinavimus vim vocis* pro Latine interpretati sumus: *frigorare* l. 4. c. 1. pro refrigerare: *resimplicatum linteum* l. 5. c. 1. pro duplicatum: *papulare & pustulare* dixit l. 3. c. 4. & l. 5. c. 1. pro *postulosum reddere*. Reines. Var. Lect. L. 3. c. 18. p. 675.

440, 2. *Corpora fieri tenuiora, limitatione quadam animi*) Emendandum *limatione*. Quod ait *limationem* animi, firmatur ab Aetio qui animo se motum ob nimium disciplinarum studium vidisse dicit, & vinitorem (quod mirius) ob vinetorum nimiam curam; adeo sua cuique studia perniciem parere possunt! libro VI. c. 23. Potest tamen & *limitatione* retineri in Cælio, modo eamdem vim verbi agnoscamus in usitatiore quam in eleganti, & ipso non vulgari tamen, conspicimus. Nimium autem studiis affixos eleganter Aretæus dicit famem pro cibo habere, vigilantes somniare & talia, Lib. II. de Sign. diuturn. cap. 6. *Barth. Adverſ. l. XLI. c.* 25.

THEOD. JANSS. AB ALMELOVEEN

LEXICON CÆLIANUM

sive

INDEX VERBORUM

quibus utitur Cælius Aurelianus.

AB *pro* quam *p.* 51. *ab ex parte impedito*.
Vehemens Abductio 400
Abstenta 83
Abstentæ egestiones, i. e. retentæ, suppressæ 58
Abstentio stercorum 180
Abstentis naturalibus officiis, i. e. retentis naturaliter excernendis 244
à cibo Abstinendus ægrotus 434
Abstinentia hæmorrhoidarum veterum 284
erit Abstinentia recusanda 434
ob Abstinentiam, i. e. compressionem 176
post Abstinentiam sudoris 122
Abstinere sudorem, i. e. cohibere, reprimere 41
—— ventrem 191
Abstineri, i. e. cohiberi 29. 117
Accidente profectu 97
Accedentia Græci symptomata vocant 113
Accendere i. e. irritare 78
Accepta i. e. potum ac cibum 128
Acceptorum i. e. assumtorum recursio 80
Accessio sumit statum 161
Accessus mitis 116
Accidens Græcis σύμπτωμα. 21. 59
Accidentia 352
Accipere i. e. statuere 110
Accipere i. e. observare. 41. est ver-

verbum discentium, ut *dare* est docentium. Mela Procem. Lib. I. *Id quo facilius sciri possit atque accipi*.
Accipitur i. e. cognoscitur 124
Accommodare delectationem. 73
Accusabilis 25. 144
Acerrimum i. e. aptissimum 102
Achicholum i. e. balnei fornicem. 173
Acopa. 223. 258. "Ακοπον dicitur proprie medicamentum quod omnem lassitudinem ex multo & vehementi corporis motu exortam illitu levat &c. *Gorræus definit. Medicar. pag.* 17. v. "Ακοπον. *Fœsius Oeconom. Hippocrat. pag.* 17. v. "Ακοπον.
Acrior cibatio i. e. amplior. Græcis πολυφαγία 49
Acrium vice utimur i. e. clysteris vice injicimus 182
Acrocolia. 27. ea plenius describit Nonnus de Re Cibaria 8
Animalium Actu vehiculum 199
Acuere in humorem 92
Acutæ potiones 85
ob Acutissimam celeritatem. 169
Adaquatum. 27
Addenda corpori medicamina, i. e. imponenda, applicanda 348
Addormire 24
rursum Addormiunt. 24. Celsus Lib. III. c. 18. dicit *obdormire*.
Adductio superiorum ad inferiora. 427
"Αδηλοκ. "Αδηλος occultus 319. Vetus Glossar. Græco Latin. "Αδηλος *Incertus, Inenodabilis*. "Αδηλον *Dubium*. "Αδηλα *Imperspicua*.
Adescata cibus nutribilibus. 27. i. e. faginata.
Adjectione i. e. vexatione. 57
Latentem Adjectionem corporis facientia, i. e. blande refocillantia. 119
Adimplere partes patiens 50
Adjutoria resumptoria 157
Adjutoriis recorporativis 169
—— Medicinalibus 87
—— Exercitioribus i. e. vehementioribus. 223
Adjutorio destructivo. 218
Adjutorium 11
Adjuvari, i. e. augeri 129
Admoneantur i. e. corripiuntur febri. 95
Admoneri. 73
Admonitione cessante. 420
Dabit raram doloris Admonitionem. 411
Admmitendum i. e. admiscendum. 300
Admovendæ hirudines. 410
Utriusque Veneris natos Adpetentia sequatur. 399
corpori Adpropriandum cibum. 366. i. e. assimulandum.
Adversorum minutio 115
Adulterio medicaminum 409
juges Adustiones 9
Æger usus i. e. gravis. 140
Ægritudo meditatur. 123
Æquatum corpus. 220
si enim Æquibilis æger fiat. 355
Æquis ponderibus, 88
Aer purgatior. 116
—— constrictivus. 116
pro temporis Aere, i. e. temperie aeris. 221
Aerem frigerare flabellis 116
—— facere constrictivum. 116
in Aerem supernum attendere. 214
in Aeres teneros (i. e. subtiles) atque aquilonios transitus. 206
Aeris inæqualitas. 116
—— occurrentis flatu. 116
—— habitus. 9
Æstimabile. 361
Æstimatum. 100
Ætate vergente. 399
Ætatis parvæ i. e. juniores. 224
Affecta i. e. effecta, nata. 401
Affectans vomitum i. e. moliens, procurans. 191
Affectare. 116
Affectiones vitæ, i. e. vitæ genesa. 290
Affigit cucurbitas. 169
Affricatio argenti i. e. ramenta. 30
Agmine vitis i. e. fasciculo 299

Agni-

Agnitio hydrophobiæ. 159
Omne quod immite fuerit abusive Agreste vocamus. 407
frigida vero vel coercentia, quæ Agrostica vocant. 413
Albida egestio. 80. 334
Albidus vultus. 73
Alboribus ovi. 118
Alienatæ sordes i. e. fæces nimis duratæ. 368
Alienis laboribus i. e. alternis. 437
Alienitas gravat. 135. i. e. mala sæcum constitutio.
ad mentis Alienitatem i. e. alienationem. 126
Alienitatis obtrusione 418
Aliqualibet causa. 219
Allutio frigida. 66. forte *Ablutio*.
Alterent i. e. irritent 283
Alterna conversatione. 99
Alterna dierum cibi oblatio. 403
Altheres ferrei, 273. Pericharacteres vocat. 271
Altiora percutiant, i. e. altius percutiuntur. 93
in ipsa alteriore Altitudine. 426
circa ejus superiorem Altitudinem. 426
in Alto i. e. locis interioribus. 135. 140
Altrinsecus 271
vascula, quæ Ἀμβικας vocant. 387. Athenæus Deipn. l. XI. c. 9. *Ambigas* vocat Apicius Cælius de Re Coquin. l. VI. c. 7.
Ἀμόλυντον Græci vocaverunt. 119
Amovendus venter 270
Ἀμφίτρητος clysteris fistula utrimque perforata 367
Amphoræ, vascula testea 320
Amputari vires. 187
Amputatio vocis. 72. 318
cum vinolentia nervos Amputet 319
Ἀμυκτικὰ medicamina arteriaca, seu vim dilaniandi habentia. 415
lac Amylatum. 276
utitur Anacœliasmis. 312. hæc vocantur *ventriflua* 312. 306
Ascensu matricis, quem Græci Ἀναδρομὴν vocant 391
Ἀναφώνησιν, i. e. vocis exercitium. 304. 280. exercitationem. 276. Adi Joh. Rhodium de Acia Celsi c. 6. p. 67. 68.
osculationis, quam Græci Anastomosin vocant. 285
Ἀναστομωτικὰ. 335
Anastomotica i. e. provocativa & apertiva 141
Ἀνάτρησιν testæ i. e. capitis perforationem 259
ad Ancalem i. e. ἀγκάλην, poplitem. 401. 407
Anchistris ex utraque parte cutem prætendunt. 405. Gloss. Græc. Lat. Ἄγκιστρον *Hamus*, *unicus*.
Anchusa. 397
obliquis Anconibus fabricata sella. i. e. branchiorum fulcris 262
extenta alteria Angustatur 433
Anhelatio i. e. asthma 84
Animi defectus, Græc. λιποθυμία. 21
Annalia Medicamenta potanda. 411
Annalia tempora, quæ Græci horas appellant 346
Ἀνωτερικὰ sunt quæ alvum ducentibus medicaminibus opponuntur. 378. Vetus Glossar. Græco-Latin. ἀνωτερικὸς *supernus*, *superans*.
Anteruma 204
Antevolare 10
Anthereona loca collo & gutturi vicina. 135
Ἀντίπαλον. 128
ex vitis Anulis, quos ἕλικας vocant. 338
Anulorum vitis i. e. capreolorum, clavicularum 197
dormituris Anxiosum 342
somnus Anxiosus 344
Ἀόρτη arteria. 16
Apertio Græcis Anatomia. 17
Ἀφίδρωσις sudoris affectatio, i. e. sudoris evocatio, desudatio, 307. Vet. Gloss. Græc. Latin. Ἀφιδρωτήριον *Assacella*. Assa enim est hypocaustum, va-

vaporarium, Vide Turneb. Adverſ. l. XXIV. c. 39.
Apophlegmatiſmos. 273
Apoplecti i. e. apoplectici. 34. 145
Ἀπόῤῥοιας Græci vocant defluxiones corporis. 34
Apoſtema i. e. empyema 81
Apotamiam Græci cellarium vocant. 188
ſtricturæ ſunt Appendicia 418
Appenditia 394
in contrariam ducitur Appetentiam. 400
Appetibile, (*forte* apertibile) 136
Appetitio marceſcit 438
Apponentes ſtruthium herbam. 404
Apponere partibus 406
patientibus Apponuntur locis 404
cum cautione erit Apprehendendum i. e. obſervandum, animadvertendum 120
Apprehenſa i. e. cognita 334
Apprehenſi 62
Apprehenſio i. e. cognitio 17
confirmabitur Apprehenſio 418
Apprehenſiones veriſſimæ 100
Appropriando corpori quæ ſumſerit. 380
Aqua ciſternina 298
—— cydoniorum decoctorum 87
—— eliquata 88
—— imbrialis 88
—— innovanda 299
—— præfuſa *ibid.*
Aqua imbriali admixta 299
—— Cæleſti concoctæ 420
Aquæ Albæ ſeu Albulæ. 263. 411. 422
—— Auguriæ 422
—— Caritanæ 263
—— Cotiliæ 326. 411. 422
—— Nepeſinæ 326. 422
—— Pantherinæ 263
—— Senanæ *ibid.*
—— Veſevinæ *ibid.*
Aquarum ruinis i. e. ſtillicidio *ibid.* 269
—— illiſio. 223. i. e. cataclyſmus.
—— naturalium uſus. 281. 227
Aquas ſtypteriazas i. e. aluminis naturam exhalantes 360
—— ferrugineas, quas ſiderizaſas appellant *ibid.*
guttæ Aquatiles, quas ὑδατίδας vocant 415
Aquatiſſime temperatum vinum 222
Aquatum lac 375
—— vinum 50. 332
utendum Aquiducis medicaminibus, quę Græci hydragoga vocaverunt. 349
Aquifugam dicere poterimus. 158
utendum Aquis naturalibus. 227. 326
Aquoſitas humecta 113
ægrotantes Arcuati convolutique plicentur 170
Ardeſcunt febres 313
Arena, quam ἄμμον appellant 340. i. e. pulvis, ſabulum. Gloſſar. Vet. Græc. Lat. ἄμμος, *Arena. Sablum.*
Argagation 362
Argiloſa egeſtio 334
Argumentatio turpis 115
Arguto uſu machinatum lumen 18
in Aria inſula 436
Arifica carnis phlebotomia. 362
Alii *rarifica*. ſed putem *arificam* venæ ſectionem eſſe quæ carnem reddit ſiccam, tenuem, macram, aridam.
Arquatus, ſive aurigo ſeu icterus. 328. 334
Arſenicon i. e. auripigmentum. 394
Arteria hoc eſt gutturis via. 124. 287
—— pulmonis cannula. 294
—— canna 289
—— pulmonis calamus 291
ad pulmonem per Arteriam majorem. 426. ſive gutturis cannam, quam Græci βρόγχον appellant. 430. 431
Arteriaca medicamina quæ habent vim dilacerandi, & dilaniandi, a Græcis ἀμύκτικα 247
Articulari paſſione tentatos. 408
Ἄσβεστος calx viva 377
itinere Aſcendibili. 315
Aſperata paſſionis magnitudo 117
Aſpergere aqua frigida ſolum 116
fricatio cum Aſpergine corporea facta 325

Aſper-

Aspergines i. e. sympasmata. 224. 411. *Vide* Sympasmata.
Ἀσφυγμία pulsus defectio. 131
Ἀσφυξίαν i. e. pulsus amputationem. 371
Ἀσπίδισκον. Latini *Verticulum* vocaot. 366. Vet. Glossar. Græc. Lat. Ἀσπιδίσκιον. *Clipeolum*. Du Cange Glossar. Med. & Inf. Lat. *Vertibulum* idem quod *Vertebra*.
Aspiratio i. e. respiratio. 302
Assatum lini semen 88
Astructiones corporum i. e. recorporationes. 303
apud Athenas. 94
debilitate corporum, quam Græci Ἀτονίαν vocant. 285
Ἀτροφίαν tenuationem partis vitiatæ nutrimento cessante. 250. 251. 308
Attagines. 121. 296. Vide de iis Doctissimum Lud. Nonnium de Re Cibaria l. II. c. 28.
Attentionem i. e. indicationem. 292
oculorum suspenso Attentu. 314. i. e. obtutu.
visus Attentus 9
Attestante i. e. præsente æqualitate. 409
—— anhelatione ferventi 111
—— & sudore 231
—— bono colore 222
—— cibi sufficienti appetitu 227
—— corporis defectu 55
—— debilitate 390. 401
—— desiderio frigidi potus 107
—— difficili motu 400
—— difficultate animi 338
—— difficultate spiritus 277
—— dolore 248. 382
—— duritia corporis 238
—— fastidio 123. 390
—— febre acuta 84
—— fervore, & jugi saltu 382
—— fortitudine 297
—— nulla egestione 254
Attestante gravedine 318. 400
—— gravedine cervicis 210
—— gravedine thoracis 287
—— hallucinatione 107
—— jucunditate 405
—— lachrymarum fluore 163
—— livore 99
—— mœstitudine 247
—— mordicatione 219. 425
—— oculorum fervore 82
—— pallore 115. 212
—— palpebrarum distantia 74
—— partium fervore 401
—— passione 248
—— pulsu parvo 75
—— sanguinis puritate 418
—— singultu 252
—— siti 365
—— sonitu 73
—— spiratione meliore 91
—— stridore pectoris. 56
—— torpore 408
—— tremore 55
—— tumore 301
—— tussicula 307
—— ventris abstinentia 416
—— veretri erectione 328
—— vomitu 185
—— urina tenui 415
—— vultus rubore 275
Attestantibus febribus 357
Attestata partium gravedo i. e. præsens 300
tumor Attestatus 306
Attrectatione i. e. blanda frictione, 120
Audacia sine ratione 7. 11
Auditus falsitas 51
Augmenta carnis accepisse 297
Aviditate impavida. 130
clysteris Aulisçum, quem nos tibiam dicere poterimus. 138. Plin. Hist. l. XVI. c. 36. meminit *calami auletici*.
Avocamentis animi. 242
nocturni roris Auram ante solis ortum bibendam 439
Auripigmento quod Arsenicon appellant. 370. Vet. Gloss. Latino-Græc. *Auripigmentum* Ἀρσενικόν. χρώματον. Ψίλωθρον.

Aurium cavernis 244
Austeto fumo implendos 138
naturalis Authoritas belluarum. 170
præcavens lucis Authoritatem, i. e. claritatem. 224
Autopyrum panem. 438

B

sella Bajulatoria 24
Bajulatoria sessione 37
Balani i. e. suppositoria 77
Balani i. e. collyria, seu suppositoria 154. 169. 174
vel pessulis, quos Βαλανισμοὺς dixerunt. 390
Bancos 121
Basis id est sessio 16
Bechicum seu tussiculare 47
Belluæ pelle i. e. hyænæ 170
Betas holerum. 200
Blandimento straminum. 196
collyria, quæ Græci Βλεφαρικὰ vocant, nos palpebraria dicere poterimus. 359
Βόμβος sonitus ventris 108
Borborygmon i.e. sonitum intestinorum. 185. rugitum interiorum. 319. 365. 383. 386. Vide Fœsii Oeconom. Hippocratis V. βορβορυγμὸς p. 125. & Corræum Definit. Medic. pag. 76.
quod Græci Βράγχος, nos raucitatem vocamus. 277
Βρέγμα medium capitis. 22. testæ. 236
celanda per dies minoris Brevitatis, i. e. paucioribus diebus 439
Bromosæ carnis i.e. fœtentis seu putridæ. 121. 318. Vide Ducange in Gloss. Mediæ & Infirm. Latinitat. V. *Bromosus.*
Bronchia arteriæ 100
Bulimus qui fiat. 30

C

Caccabuli fundum perforantes. 405
oleo Caccabulum impleverunt. *ibid.*
Καχεξίαν. 217. malam habitudinem 365. alius (forte *malus*) habitus. 439
Cachinnosi 11
Cadialis resinæ 281
Caduca protervitate 312
—— intentione. 341
Caduca atque temeraria i. e. sine ratione 141
Caducæ traditiones 53
Cæcitate viæ 330
Calculatio, quam λιθίασιν vocant 417
Calefactionibus utendum 101
Caninus vocis sonitus 131
Canna gutturis i.e. aspera arteria. 82. 289
Cantabro aqua cocto i. e. furfure seu pane sordido. 82. Vet. Schol. Juvenal. Sat. V. 11. *Farris* i. e. *cantabri; panis sordidus canum est.*
Cantabrum prælotum. 332
ex Cantharidis, pro cantharidibus. 415
Capillatura. 63. 204. capillorum inclinatio. 259
Capillatura præraſa 22
perrasis Capillis i. e. pube 182
Capilloso sedimine 419
Capitibus digitorum gradientes 401
levatius Capite collocato 132
levius Capite locato, *lege* levatius 373
Captata debilitate 90
Captrices virium 126
donec Carbonescat 299 406
Καρδίαν Græci cor vocant 111
Cardimona, quam Græci Καρδιωγμὸν vocaverunt 114
loco Carens 78
Carnatum corpus 222
Καρπὸς articuli digitorum, i. e. brachiale. 262
Καρφολογία 6. 9. 14
palmulæ nucales quas Caryotas appellant 118
Cassibus araneorum 212
Casum virium augere 224
Cataclysmos i. e. aquarum illisiones 206. 223. 269. 316. 326. 360. 389
aquarum ruinas 263
Cataplasma mitigativum 410
Cataplasmantes 405
Cataplasmare præcordia semine lini 91

Cataplasmatibus laxativis 126
Catapotium medicamen 139. 297
Categoriæ 4
Καθαρτικὰ i. e. ventrem deducentia 207. purgativa medicamina 92
Cathedra longiore 297
Catheterismus 255. *Vide* Gorræi Definit. Medic. pag. 147. V. Καθετηρισμός.
ferramentum quod Græci Καθετήρα vocant 419
Καθολικὸν universale 58
Κατάστημα aeris qualitas 9
appellans Catocham 68. Vide Ægineet. l. III. c. 6. Aet. Tetrabibl. II. Serm. II. c. 4.
quod Causa non tangitur i. e. morbo 427
Causa *pro* causa doloris 103
Causæ procatarticæ antecedentes 31
—— synecticæ i. e. activæ *ibid.*
Cauteres simplices 330
—— aduncos in modum gamma literæ 398
—— frigidos 330
—— serratos *ibid.*
—— trisulcos *ibid.*
Caverna 326
—— clysteris i. e. fistula clausa, obstrusa 367
clysteris fistulam Cavernare *ibid.*
Cavitas oculorum 56
Cavum plantæ 325
Celadia 437
Celata (Vesica) 419
Celatis locis i. e. ilibus 110
quæ quidem erunt Celeranda per dies minoris brevitatis 439
Celeribus causis 393
Cellarium ἀποθήκιον Græci vocant. 27. & apotamiam 188
Cephalæa, nimia capitis passio 257
Κένωσιν, humoris detractionem 357
Κένωσις vacuatio dicitur, & est humoris detractio, quando æqualiter omnes humores vacuantur, quod quidem exquisitissime præstatur per venæ sectionem, scarificationem, exercitationes, balnea &c. *Fæs. Oeconom. Hippocr. pag.* 333. *Vide* Gorræum Definit. Medicar. pagin. 220. Vet. Gloss. Græco-Lat. Κένωσιν *Inanitus*, *Inanitas*.
Cepulas germanas 142
Cerebrum porcinum dandum 121
Cerotaria. 76. aliis ceromata. 91. 96
Cessante nutrimento 401
—— dolore 402
Χαλινὸν i. e. compaginem 216
—— oris angulum 267
—— buccarum partes circa labiorum confinia. 261
colorem quem Græci Χαρωπὸν vocant. 416. i. e. cæruleum. Vet. Glossar. Græco-Lat. Χαρωπὸς *Cesius*, *Larvus*. Hesychius Χαρωπὸν, ξανθὸν, γλαυκὸν.
Χειράγρα 408
Χειραψία manuum contactus 181
—— manutigium 229
Χιασμὸν i. e. divisuram 228
Chiromachia 437
in Chirurgumenis 292
Choleræ rubeæ egestione 364
Choleurecam i. e. cholericam passionem 188
Chordapson 172. Diocles Carystius tenuioris intestini morbum Χόρδαψον, plenioris εἰλεὸν nominavit. *Cels. de Re Medic. l. IV. c.* —— 13
Vide Gorræi Definit. Medic. p. 513
Ghronia, tarda atque obtusa passio Græcis 101. 169
Chroniæ passiones 58
Cibare 102
sicca Cibatio 381
Cibi parvitas 25
Cibi gravabiles 171
—— inflabiles *ibid.*
—— novi *ibid.*
Cibis nutribilibus adescata 27
—— humanioribus 311

Ci-

Cibos carnales 234
Cibum interdianum, id est meridianum 342
—— constrictivum 324
—— levem 224
—— plurimum ac panosum 221
—— succulentum 224
—— vespertinum 341
Cibus bibilis 76
—— calidus 309
—— aliquantulum coagulatus i. e. solidus 120
—— constrictivus 424
—— densabilis ibid.
—— digestibilis 21
—— frigidus 120
—— immasticatus 18
—— multus 108
—— nutribilis 402
—— panosus 309
—— parvus 21. 108
—— reflabilis 361
—— simplex 120
—— solidus 108
—— sorbilis 59. 309
—— tener 402
—— varius 76
clausa Cicatrix i. e. dura 257
Cicatrices acrioribus exustæ i. e. refricatæ 98
ulcera Cicatricantur (*forte* cicatrizantur) 394
donec Cinerescant 405
Circa visum i. e. quod videatur & appareat 114
Circulatim 102. 220
Circulatos ductus 199
Circulatus gressus ibid.
farina Circumclaudendus locus 389
Circumjectio manuum. 12. i. e. vanus error 6
Circumlevat tegmina i. e. attollit. 116
Circumprojici ibid.
Circumscribere i. e. finire 75
rigor corporis atque tremor Circumscribitur 427
gravedo Circumscribitur 431
Circumscripta i. e. ponderata 104
—— collectio sentitur 429
—— ac decisa ibid.
Asclepiadis secta Circumseptus i. e. occupatus 361
Circumtegere 111
Circumtento linteolis vasculo 179
Circumtollemus exteriorem corticem 142
Circumtractis cucurbitis i. e. in orbem ductis 258
Claudicationes 257
ambulationis Clivosis 328
secundum Clunes i. e. lumbos 415
Clunes aprorum, quas Græci φοὰς vocant 121
sinuatis Clunibus. 401. compatientibus. 569. prominentius sublevatis 419
Clysteres operantissimos 126
Clysterizat 139
Coacervare 113
Coacervata atque fluxa ventris effusio 72
—— effusio 107
Coacervatim 66. 320
Coæquare corpus unctione i. e. laxare, mollire 93
Coæquato solo 411
quo possit carnis inflatio coagulari. 339
sumptio Coaguli, quod Græci πηνὸν vocant. 282. Philoxen. Glossar. *Coagulum* πυτία, πηνά.
Coarctanda (*concubatio*) straminum velamento 116
Cochleæ, quas nos lapides marinos vel fluminales accipimus 376
in quantitate dimidii Cochlearii 378
in Cochleatii quantitatem 309
Cœliotica medicamina 245
Κοινὸν i. e. musculos laryngi & gulæ communes 252
Cœnoteta urgentiore cogente. 170
i. e. analogia. 399. *Vide sis* Gor-

ræum Definitionum Medicarum V. Κοινότητες & Μεθοδικοὶ.
passionales Κοινότητες i. e. analogiæ. 218
Cogens causa 309
urgentiore Cogente cœnoteta 170
Cohibeant in cicatricem venire 313
Cohibeat medicinalis vera curatio 7
erunt Cohibenda ea i. e. prohibenda. 372
superdestillantes liquefactam calcem quam vulgo Colatam vocant 405
Coli vexatio est unius intestini passio 172
quæ Collatione corrupta videntur id est collectione 431
Collaxat tumentia 135
Collectione suffecta, i. e. inducta, consecuta 110
Collectiones i. e. abscessus, ἀποσημαται 426
partes Collectionibus afficit 401
in Colligationibus membrorum i. e. ligamentis. 150. nervorum 410
Collisus dentium 78
Collyria i. e. suppositoria 77
Colore felloso vel livido 432
Coloris sanguinolenti 394
Columbinaceo pullo 88
Colymbadas i. e. olivas ex viridi novitate messas 201
Κονίαν lixivium. 269. Glossar. Vet. Græc. Lat. *Lixivium* Κόνις. Κονίαν, modo calcem, modo cinerem, modo lixivium significare tradunt Gorræus Difinition. Medicar. & Fœs. Oeconom. Hippocrat. V. Κονια. quos vide.
in Commemorationem reducere i. e. recidivam facere 199
Commobilis, quod commovet. Commobilis lux 65
spongiæ Commodandæ podici. i. e. apponendæ 367
a Commorantibus *signis* inquirere. 103
Commorationem i. e. commoditatem 216
Commotio ventris plenissima 29
Commotu corporis quasi sonus auditur 427
hac ratione articuli Commoveantur, i. e. vexentur, laborent 411
habent Compaginandi virtutem 296
Comparare locis adjutoria 16
Compatiens 83
Compatientibus clunibus 416
Compeccare 77. 317
schemate Competenti, hoc est congrue ægrotante locato 353
Completa vesica i. e. plena 424
si minime Compleverit effectum. 390
Complexa ægritudine ægrotare. i. e. complicata. 110
Complexio i. e. compositio, commixtio 96
folliculus Complicatione vacuatus 367
Comprimuntur i. e. simul, una premuntur 255
manifesta Comprobare. 430. i. e. cognoscere.
Computrescunt 270
ponderis perferendi Conatio 284
ponderis levandi ex inferioribus (ita lego pro *interioribus*) Conatio 400
Concadente junctione dentium 75
Concatenatio mentis i. e. contractio seu constrictio 318
Concavitas 253
Conclusio palpebrarum 56. 74
—— viarum i. e. obstructio 110
Conclusionem i. e. tensionem nervorum 148
Conclusu corporis 216
Concoquere 396
Concordat i. e. convenit 34
liquida Concrassat 377
Concubatio lecti 116
Concubitus dentium i. e. confictio vehemens 72. 149. 318
Concupita oblatio 23
Concurrenti tempore i. e. congruo 388

Con-

Condita interius i. e. curiosius 198. 199
curiose Conditi cibi 184. 340
Condituræ curiosæ 121
—— gravabiles ibid.
Conditus non exquisite panis 302
Conducit i. e. contrahit 66
in cicatricem facile Conducitur 436
in Conducta accessione 145
considente atque Conducta cute 365
contracti atque Conducti 401
Conductio a conducendo atque contrahendo 147
Conductio musculorum 69
—— membrorum i. e. spasmum 56. 148
—— nervorum i. e. spasmus 180
—— præcordiorum 56
Conductis partibus 401
Conductu superciliorum 82
partes durescunt atque Conducuntur 402
Condylomata, tubercula 287
Confictio dentium 56. sive concubitus. 318. ubi lego *Confictio* pro *confrictio*.
Confictionis argumentatio. 23
usque ad ventris Confinia atque vertebrorum 381
Confirmare i. e. optare, velle 96
Conflammet i. e. inflamat 388
Conflata intestina i. e. inflata 318
simplex Confiatio lenius probatur i. e. scarificatio lenior 410
Confluere i. e. colliquari 50
Confricamentis dentium utendum 272
Confuerit i. e. simul adfuerit 395
Confusi nulla regionum discretione 95
dysenteria Congeneratur 366
Congesta i. est concocta 432
ex anterioribus medicaminibus facta Conglobatio 372
vas Congruæ latitudinis 404
Congruam sexui generent voluntatem 406
Conjicienda curatio i. e. considerandа 473
Conjiciendа i. e. adjicienda 348
Conjiciendum i. e. probe tenendum 122
Conjiciens i. e. animadvertens 178
Conlaxantur i. e. una, simul laxantur 254
Conligamus 354
pedes enim plurimas Conligationes nodorum naturaliter habent 410
ut omnia Connata [ita legendum pro *conata*] videautur 328
dolor cito Conquiescit 402
quæ ad humecta tussiculam Conscripta sunt 424
Consequens i. e. conveniens 104
Consequenter i. e. congrue 415
Consequentibus cataplasmatibus, i. e. idoneis & convenientibus 136
Consequi i. e. sequi 112
vel iis quicquam Consultum 403
Consonans Asclepiedi 127
Consperso i. e. madefacto 395
Constantissime jubere 110
Constituta in dolore 85
Constrictis i. e. constrictivis 304
Constrictiva virtus 86. 103
Constringentia procuranda erunt. 302
Constringere sudores 114
Constringitur ac retinetur ventris officium 401
Consuetudini i. e. diætæ familiari 222
Consurgere 12
patientia Contegens loca 407
Contegere limpidis lanis 85
Contemptibilitatem 241
atque simul conterentes 405
Contiguas i. e. congruas 222
Continentia utendum i. e. contrectatione 146
Contracti atque conducti 401
Contractu nervorum i. e. convulsione 181
Contra responderunt 7
Contraria i. e. noxia 104
Contrarius sententiæ 83
Contrarius i. e. noxius, inutilis 224
Contrito atque creto 118

Con-

Contumaciter adhærescere 171
Contumescant 270
contemta. Convalescit. 410. i. e. confirmatur. Ovid. Rem. Amor. vs. 92.
Cum mala per longas convaluere moras.
Convariant 196
non suis Conveniens placitis 103
Convenisse temporum fortunam i. e. casum profuisse, conduxisse 29
Conventionem ferre i. e. positionem 401
Conventum sive glutinationem vulneris impediant 284
Conversatione alterna 116
Conversio i. e. flexura, curvatura. 84
Conversione mentis afficiuntur i. e. perturbatione 144
Convitiati i. e. simul vexati 230
Convivantem causam i. e. continentem. 361. *forte* conjuvantem.
accepta Convivantur i. e. deglutiunt 251
Convixit Hippocrati i. e. eodem tempore 165
Cooperimenta 116
supra latus sinistrum jacendi Copia. 328
Corda hominum i. e. carnem 228. 231
Corporativa i. e. corroborantia. 248
Corpore arido 381
—— sicco *ibid.*
—— uncto *ibid.*
Corporis fluor, i. e. diaphoresis, spirituum dissipatio 116
ex Corporosa inductura, i. e. magnæ molis 172
Corporum usus acriorum i. e. ciborum 211
Corpulenta bulborum 125
Corpulenta soliditas 384
Corpuscula intellectu sensa 30
—— incursu offensa *ibid.*
Correctionem demonstramus morbi 418
in Corruptione facilia 97
Corruptionem i. e. colliquationem. 193
in Corruptionem facile venire 357
Corticis vasculi vetustissimi vini 298
Coryza catharrus ad nares 84
ad modum Cotylæ unius. 280. Κοτύλη est mensura liquidorum apud Atticos capiens Italicas uncias novem; quidam Latine *heminam* interpretantur. *Vide* Gorræum Definit. Medic. pag. 244. v. Κοτύλη. & Fœs. Oeconom. Hippocr. ipse Cælius Chronicor. l. IV. c. 3. pag. 379. *Cum cisternina vero aqua, ad heminas sex, quas cotylas Græci appellant.* Vetus Gloss. Græco-Lat. κοτύλη, μέτρον *Cotula, Cyathus, Hemina.* Vide Athen. Deipn. l. XI. c. 8.
Κούφαι leves cucurbitulæ. 102. 187. 387. 421. lenes vocat pag. 32. scribe *leves*.
Coxarum summitatibus, quas Græci ἰσχία vocant 370
Κραιπάλη, vinolentia fraquens atque immodica. 237. Philoxen. Glossar. κραιπαλῶντες *vacillantes*.
fluores Crassificando cohibet 375
Crassificari 302
vacatio Crassificat corpora. 411
somnus 439
coctione Crassificata 311
Crassificatio 32
viscosæ Crassificationis 416
donec collyriorum faciat Crassitudinem 378
Creantur i. e. generantur 364
nervos, quos Græci Κρεμαστῆρας vocaverunt 386
recto atque inflexibili porrecta Crementoto collorum i. e. rigida constantia 148
Crescere *pro* sponte evenire 30
Creta i. e. per cribrum missa 117
apud Cretam 164
contrito atque Creto 118
tenuissimo Cribello 309
non quidem naturam Criminantes. 399
naturæ conflictus, quos Græci Crises appellant 91
judicium, quod Κρίσιν appellant 393
Crysimi sunt stati dies. 31. Re Medica l. III. c. 4. pag. 121. *Est autem aliæ etiam de diebus ipsis dubitatio, quoniam antiqui potissimum impares sequ-*

quebantur, eosque, tanquam tunc de ægris judicaretur, χρισίμους nominabant.
Κροκοδισμὸς 6. 10. 14
Crotaphon i. e. temporum dolorem. 195.
Κρόταφοι enim sunt tempora, Philoxen. Κρόταφος Tempus, Timpus. Κρόταφοι Hæc Tempora, singulare non habent.
Cruditatio i. e. cruditas 408
Crura porcina quæ Græci Acrocolia vocaverunt 27
Cubatio terrena 400
Cucurbita levis. 20. σικύα 216
κώφην Græci appellant 421
—— arens 22
—— longior 366
—— siccata 22
Cucurbitæ cornu 260
Cucubitæ recorporativæ 281
post Cucurbitationem 258
Cucurbitisi rapidis 330
—— suppositis 22
Culpa i. e. noxa 38
Culpabiliter 179
Curatione congrua 169
oportebit Curationem curari 394
Curiose conditi cibi 184
Curiosum genus pulmenti 36
Custodit, i. e. evitat, impedit 177
Κυσόφιλος 255
Cutis ruginosa 25
exilientes Cyathis i. e. vesiculis 409
Cycli resumptivi ordinatio 200
Cyclus metasyncriticus ibid.
Cynolysson 158

D

DAtio i. e. dandi modus 377
Debilibus in sanitate 94
loca dolentia Decantasse i. e. incantasse 406
Decentem feminam i. e. pudicam, modestam 183
parvissime implicati Deceptionibus 124
atque ejus Decessores i. e. antecessores antiqui 277, 281
Decidendum lienem 331
Decisio amputata i. e. cessatio 100
excessus Declinando i. e. vitando 412
Declinare i. e. cessare 90
cum firma Declinatio fuerit constituta. 410
Declinatione terminata 59
Declives & proni in passionem. 9. 106. 135. 362
Declivitas 4
Decoqui supinitate stomachi 113
primo capillos Decurramus expectione 223
concavo pectine Decurso 357
Deductio i. e. imminutio 100
plurima corporis Defectio 374
Defectione submota i. e. animi deliquio 187
Defectiva febris i. e. intermittens 69
Deficiens stomachus i. e. flaccidus, langudus 113
Defixo capite 417
Defluxio 86
—— ventris 87
pinguedo sic Defluxit i. e. absumta est 369
Defricans cutem 362
Defricatio lenis & calida 101
Defricatione tenaci & blanda 85. 358
—— vehementi 380
Dehinc 116
Deificam luem hoc est epilepticam passionem 105
Delectatio sedendi 99
Delectatio prona in somno i. e. propensio in somnum jucunda 115
Delectatione urinę egerendæ i. e. irritatione, propensione, inclinatione 150
—— vomendi 185
juges egerendi ventris Delectationes i. e. irritationes 375
medicinali Delectu gubernante 426
Delocationem articulorum, i. e. luxationem 253
Demergere i. e. in soporem compellere 61
Demersi i. e. sopiti 60
Demersio vel resurrectio liquoris 344
Demissum faciat corpus i. e. languidum 231

De-

Demonstrativum digitum, quem Græci licheanon sive dicticon appellant 406
Demutandi 422. 437
Demutare 439
Demutentur 325
ligatio Densa i. e. arcta 186
Densabile i. e. stringens 61
Densabilem vaporationem reprobamus 136
Densari tumore 83
Densatio 79
Dense i. e. confertim 122
quæ ventris officium Densent 435
nervi, qui sunt natura Densissimi. 409
Densitas solis 64
—— frigoris 66
Densitate i. e. vi adstringendi 293
Densitatem facere 47
—— viarum perficere 63
in Densitatem cogunt 438
Dentium confixio ac stridor 56
—— confrictio sive concubitus 318
quo Dentium nativitates habentur. 214
Depellendæ passionis causa 399
Deperire 50
passionis significat Depulsionem 369
urinam usu solito ac naturali Deponere 418
ex Depositis i. e. conditis 324
Depositio i. e. blande, composite 433
ex Deposito hoc est longo tempore sale siccata 438
Depurgare 87
Depurgatæ vires 439
Depurgatis viribus i. e. deturbatis afflictis 432
Depurgatur corporis fortitudo i. e. labefactatur 305
Deserant visum i. e. amittant 209
Desertum corpus i. e. viribus destitutum 147
quorum (*cataplasmatum*) species non Designat 356
ob Desirium (*forte* desiderium) 246
Desponsio 180
Desponsio animi 103
Desputa subalbida 185
Destructivo adjutorio 218
Devexo ductu 243
Devocare in periculum 254
Diacapaneos 381
Diacapregias 347
cum blanda manuum tenacitate, quam Diacertosin vocant, 370
Diachylon malagma 88
Διάχυσις i. e. animi laxatio 200
Διάχυσιν animi laxamentum 348. laxaxationem Græci dixerunt. 239. 341. Philoxen. Glossar. Διάχυσις *diffusio.*
Diacocleon 376
Diætam Græci vocant regulas ciborum 169. 279
Diagrydium, succus scammoniæ. 103
Diamannæ malagma 88
Diamyrrhion medicament. 134
Diaphragma est membrana quæ a visceribus discernit intestina. 111. 216. 220. discrimen. 286. 287. thoracis ac ventris. 253. 406. discretorium 291
Diaphoresis 39
Diaphoretica solutio 46
Diaphoreticos adjuvantes i. e. pro cardiacis curantes 114
Diaphoreticus effectus 74
Diascammonias 49
Diatesseron 88
Diatritæum 10
Diatriton Græci tertium diem vocant 211. 217. 255. 357
Diebus asperioribus i. e. quando febris adest 104
—— levioribus *ibid.*
digitis erunt palpebræ Differendæ i. e. disparandæ 215
& est Difficile celebr. 384. i. e. rarius.
Difficultate spirationis, quam Græci δύσπνοιαν vocant 412
Digestione difficilis 92
—— fœda i. e. vitiosa 363
servatæ Digestionis i. e. bonæ & severæ diætæ 412
capitibus Digitorum gradientis 401

ob

ob Diligentiam capillorum 195
Dimiserunt i. e. emiseruut, excluserunt 378
Dimissio i. e. remissio febris 55. 57. 66
—— intercapedinata 71
Dimissio accessionis quam Græci ἄνεσιν vocant 24
Dimissio doloris 97
Dimissione lentescere i. e. liquatione 50
Dimissiones prolixiores 97
nihil de inquinamentis Dimittat 119
corpori infectionem Dimittant i. e. aphærent 119
Dimitteremedicaminio perisjudicium 50
Dioporon medicament. 134. 135
Dirare i. e. tenuem facere 42
Dirarat motus 24
Dirarato corpore, i. e. nimis transpirante 37
Discere i. e. dignoscere 50
Discernentur 218
Discretio passionum promtissima. 408
Discretionem ponere 74
Discretionum intelligentia 13. i.e. morborum differentia
Discretorium, diaphragma 291
sub Discrimine quod Græci diaphragma vocant 287. 304. 428
Discurrere i. e. defluere 72
seminis Discussione vexatur i. e. exclusione 424
Disjectio occulta, Græci ἄδηλος διαφόρησις 108. 109
non medicatum corpus magno adjutorio Disjicere (ita enim lego pro *discere*) 359
Displicens positio 81
aut Displicentem sanitatem faciat 210
corporis Displicentia, quam Græci δυσαρέστησιν vocant 339. 427. 439. usus est hac voce Seneca de Tranquillitate animi cap. 3. *Hinc illud tædium & displicentia sui*
quo corpora Dissecetur 325. 361
diffinitionem Differentes i. e. explicantes 184
Differere partem definitiones, i. e. explicare 2
Dissolutio i. e. syncope 145
incongrua ac Dissonantia 363
Distantia (i. e. hiatus) palpebrarum 72
Distantia ventris i. e. distentio 174
Distensione suffrecta 401
Distentio corporis i. e. pandiculatio 213
Distentionem seu extentionem Græci Tetanon appellant 148
Districtivis adjutoriis i. e. stricturam solventibus 135
Dividit i. e. scarificat 138. 139
Divisuræ i. e. vulneri 292. 300
post Divisuram i.e. apertionem 137. 140
Divisuram arteriæ i. e. laryngotomiam 139
Diurnas exacerbationes i.e. continuas 196
Diurnis diebus 371. 211. 322
Docilis sermo i. e. perceptibilis 437
tactu tentati Dolescunt 402
Dolida cibi perceptio 428
Dolidum 333
Dolidus i. e. molestus 133
—— sensus 149
ubi Dolor coegerit, i. e. mitigaverit, sedarit 95
igitur Dolor cito conquiescit 402
Dolor abscessus i. e. repressus 89
—— affectus 88
Dolor curatione tentandus 88
—— feralis 407
—— igneus 80
—— immutabilis 86
—— infixus 82
—— intercapedinatus 80
—— jugis *ibid.*
—— mobilis *ibid.*
—— penetrans 90
—— perseverans 80
—— pulsuosus 427
—— pungens 91
—— recurrens 80
—— stimulans 112. 427
—— stimulosus 80
—— supernatus 89

Dolores insustentabiles 84
—— pulsant partes 89
Dominantia 105
tacitis Dominis i. e. auctoribus 414
Domo i. e. cubili 217
Dorion cantum 246
Drimyphagia. 201. est esus acrium ciborum 225. *Vide* Gorræi Definition. Medicar. p. 116. V. Δριμυφαγία.
longo Ductu 221
salutem intelligimus Ductum fore, i. e. exitum 366
succorum Ductus. 42. i. e. cursus.
Duplicare fluorem 96
—— tumorem *ibid.*
pira Duracina, quæ Crustumenia vocant 323
Duratæ partes 401
Durescente stomacho 318
saxea Duritas 422
Dypyreno immisso. 135. *Vide* Gorræi Definition. pag. 112. V. Διπύρηνον.
Δύσπνοια, difficultas spiritus 277
Dyspnœici i. e. anhelosi, suspiriosi 101

E

pro Electario i. e. Electuario 142
corrupti puris Edacitate 430
Edacibus cibis i. e. erodentibus 224
Edax humor 323
Edurescere 112
post Effectam passionem i. e. jam factam rabiem 169
vetustate medicaminum Efflata virtute 368
Egelari, i. e. tepefieri 146
Egestione muculenta vel sanguinolenta 429
requiescentem fumant Egestionem 431
in Egestionibus urinæ 431
Egestionum difficultas i. e. fæcum 144
articuli Ejectio i. e. luxatio 257
Ἐλαιοπτίσσαν 394
Electariis 227
Elentescere 87
Elimatio carnis 439
Elimatis viribus 313
Eliquatio immoderata 106
de nominibus specialiter Elogiatis, i. e. impositis seu attributis 253
Elogiavimus 418
dando Elutam alicam 26
Ἔμβασιν adhibemus, i. e. solium aquæ calidæ 173. 178. 320. Gloss. Philoxen. ἔμβασις *Hoc solium, curtina.*
erit Ἔμβασις adhibenda ex oleo & aquis calidis 404
Emergere passio perspicitur 126
Emissio 56
ventrem mitius Emollire 297
Emovere 66
Empneumatosis, inflatio 474. *Vide* Fœs. Oeconom. Hippocrat. p. 204.
Emprosthotonia, i. e. pronus raptus 147
Empyica passio sive ἀναφορητικά. 308. 309. i. e. purulenta, vomiflua, *forte* vomicoflua.
Empyci hoc est vomicosi 84
Ἔναυμα emplastra i. e. sanguinem sistentia. 257. *Vide* Fœs. Oeconom. Hippocr. p. 207. Ἔναυμον φάρμακον. & Gorræi Definit. Medicar. p. 138.
Ἐγκάθισμα 419. 421
Encathismata, i. e. balnea 173. 182. 255. 388. 403
Ἔντασις i. e. concursus, conventus. 192. *Alii* Fœsii Oeconom. Hippocrat. p. 212. V. ἔνταστις.
Ἐντατικά i. e. satyrica, quæ penem possunt intendere 180
Ephebia, regio ab hypogastrio ad pudenda. Philoxen. ἐφήβαιον *Puberale.* ἐφήβαιον *Supercunnum, Puberale.*
Epiglottida, radicem linguæ 251
Ἐπινόσοι seu labiles qui 8
Ἐπίθεσις positio 13
—— superpositio 77
Ἐπίτασις superpositio. 366. Gloss. Vet. Græco-Latin. ἐπίτασις *Intencio.* Vide Gorræum Definit. Medic. & Fesium Oeconom. Hippocr. p. 233. V. ἐπίτασις.
Ἐρωτικόν 237

manuum vano Errore i. 6. manuum circumjectio vocatur ille error 9
Eruptiones rationabiles & irrationabiles 429
Escharas patientibus ingesserunt partibus 405
utitur Escharoticis i.e. quæ cutem extendere vel corrumpere valeant 208
Esudatus liquor 83
Ἔτυος ἀχθὸν Puls ex contritis & comminutis fabis. ἔτυος enim dicitur ex leguminibus fractis fresisque concinnatum edulium. *fresum* vertit Gaza. V. *Fæs. Oecon. Hippocr. p.* 246. V. Ἔτυος Ἥτυος 426. pars ventris ab umbilico ad pubem usque, ὑπογάστριον. *Gorræus Definit. Medicar.* Plura Videapud *Fæsium Oeconom. Hippocrat.* voce Ἥτρον p. 265
quo liquida & purulenta Etussiantur 429
Evacuare i. e. purgare 141
tardius maneant Evaporata, i. e. diutius maneant calida 113
Eversio stomachi 97
Eversionem ingerit 430
Eunuchismũ faciendum probantes 228
Ex fomento excipere 59
Ex initio *pro* ab 84. 103
Ex nocte i. e. noctu 56
Ex *pro* in. sicut ex consequentibus. 80. 139
Exantlans 228
Exantlar obstructiones. 35
Excitabilis 246
Excludere i. e. vomitu rejicere. 83. 187
ad Excludendam vetustatem, i.e. sanandam passionem inveteratam. 407
qui modulis ac cantilena passionis robur Excludi posse crediderunt 406
sanguinolentorum Exclusio 393
Excreatus quidam hinnibilis 434
Excussu. 421. Sueton. Ner. c. 24. *excussus curru*. Vide egregium locum & figuram exactissimam apud Joan. Rhodium ad Scribon. Largum pag. 168. 169
regula Exercibili 358
Exercita inventione i. e. exercitata observatione 81
Exercitamenta 242
Exercitatius cataplasma i. e. fortius 394
Exercitioris virtutis vinum 369
Exercitis pellibus agnorum i. e. paratis 152
qua corpus Exhumoretur 363
humor Exiccatus i. e. absorptus 436
Existimabile potius est quam verum 113
Existimabiles constituens suspiciones i. e. probabiles opiniones 178
Exitum liquorum 346
Exoletus aspectus 307
corporis Expansionum i. e. pandiculationem 439
Experimenti tentatio, quam Græci σχεδιαστικὴν πεῖρας vocant 413
Expirare i. e. mori 84
Explicita scarificatione 23
Explorans. 1. *Explorare* est exponere, manifestare. *Barth. Adverf. p.* 1849.
Expressa lingua i. e. depressa 287
hęc Expugnantes Asclepiadis sectatores 7
Exsuccandum i. e. succus exprimendus 310
Exsuccans, forte exsiccans, interiora 103
Exsufflatis omnibus 376
Extans durities, sive schirrosis 328. 322
Extans & prominens guttur 56
Extantia venarum frontis 213
—— ventris i. e. flatuosus tumor 238
—— tumoris 344
Extantiores fiunt, se. *partes* 401
Extendere peccatum 46
mentis Extensionem, i. e. furorem 239
Extenta virtute i. e. aucta, firmiore, seu robustiore 390
contortionem Extentam i.e. acutam 171
Extenti i. e. erecti 401
Extimationibus tentati, i. e. opinionibus 403
ne longa hac oratione Extimemus. 427
Extimens 96
Extussita 83
sinapi Exuccatum, i. e. recens expressum 395

arida FAbarum grana 261
secundum generationem, sive Fabricationem passionis 346
Fabricatores i. e. fabri ferrarii 331
Fabrilis uva i. e. fumo siccata 379
in quo fuerit Facilior vena 402
Facilitas 23
Facilitate secunda 431
Faciunt preterea, i. e. prosunt, juvant 306
saxeam Faciunt qualitatem 409
Falsissima materiam, i. e. fallacissima 50
Farina meregmi 309
Fastidiosus ægrotans 59
Fastidium, cib horror 317
viribus Fatigati 352
arteria asperior quæ etiam Faux nuncupatur 286
Febricula aspera 15
Febris acuta 106
—— ardens ibid.
—— celerrima ibid.
—— chronia 77
—— continua 106
—— defectiva i. e. intermittens 69
—— flammata 106
—— flammosa ibid.
—— hemitritaica 71
—— inveterata 77
—— tardans ibid.
Febrire 108
Febrium nequitia i. e. malignita 14
Fecla i. e. fece vina usta 258
in Feculentum veniens colorem 416
Felineorum humorum i. e. felleorum 386
Fella 184
—— nigra 247
—— γλυκεα velut dulcia 314
Fellare, i. e. suegere 57. *Vide* de hoc verbo *Turneb. Advers.* l. l. XXIV. c. 15. & l. XXIX. c. 20
Felliducis medicaminibus quæ χολαγωγα vocant 332
Felliflua passio 183
Fellosis excrementis. 89. i. e. flavis.
Ferales pediculos, 364. sunt autem *ferales* pediculi extreme turpes, quos hodie Galli *morpions* vocant, quales ovium ipsis carnibus inhærentes offendimus. *Barth. Adv. l.* 36. c. 3.
a Ferali dolore 407
Ferramento igneo 406
Ferrugineas aquas, quas siderisas appellant 360
Fertorio i. e. sella fertoria 199
—— lecto 404
Fervido dolore 401
donec oleum calefactum Fervorem corpori tradat 404
utrique Fibræ i. e. pudendi alis 182
Fingibilis visus 224
ut tympani resonum Fingunt 383
Firma declinatio 410
Firme locatus lectus 18
Firmitate opposita 399
Fistulator 406
non Flammosis carbonibus 106
Flato corpore, i. e. inflato 437
Flavidi fellis 112
Floscule vividum corpus 14
Fluente vesica *hoc est*, solutionem patiente 419
Fluidantur accepta i. e. fluida redduntur 438
Fluor sanguinis 88
—— salivarum 113
—— ventl, i. e. crepitus 185
ægrotantes Fluunt, limpidum sanguinem 212. 213.
Fluxæ radices 68
nemo pruriens corpus Fœminando correxit 399
os odore Fœtant i. e. fœdant 439
Folliculi genitalis, i. e. scroti 344
quo Folliculi reflatio fiat, i. e. vesicæ refrigeratio 366
Folliculis replicatis 174
apprehenso Folliculo 345
Folliculo artis ærariæ 174
in Folliculum lapsum, i. e. scrotum 177
Fomenta i. e. causæ 196
Fomentare 19

Forato utraque ex parte calamo, i. e. perforato 325
quibus ita Formavimus curationes 432
Formicatio articulorum 408
cum levi torpore ac Formicatione 400
quibus Forte permittitur i. e. valide propellitur 401
Fortificare 272. 331
Fortificari rationabiliter 341
cum corpus fuerit naturali Fortitudine possessum 436
vehementem Fortitudinem admovet ac ministrat 346
Fortitudinem convenit per nutrimenta præstare 436
Fortitudinem tollit 439
Fortitudo corporis, i. e. vires 305. 311. 336
cum modica carne Fortitudo 437
insueta humi Fossio 400
difficulter Frequentans, i. e. cum maxima molestia frequenter revertens 215
Frequentare, i. e. frequens esse 79
Frequentare unctionem 91
Frequentato vomitu i. e. peracto 342
Frequenti ebrietate corruptæ 398
Fricamentum 59. 315. 364
Fricatores 341
Frigerantia cataplasmata 314
ob Frigidandum corpus 174
Frigidans cerebri membranam 46
Frigidat 176
Frigus profundum 408
strobilum Fructuosum i. e. nucleis plenum 310
Frustravimus i. e. frustra fieri probavimus 138
Fuerit i. e. adfuerit 185
corporis majora Fumaria. i. e. vasa per quæ vapores exeunt 203
Fumosum faciunt medicamen 377
in Fundo vomicæ i. e. medio, parte interiore 431
ligneos Fungos inferius ac superius angustos formantes 405
Furor i. e. insania 6. 12
Furoris nimietas 19

G

GAgatis lapidis 213
Γαλακτῶδες 376. 377
Garum 260. Garum appellamus liquamen ex pisce Siluro confectum, sc. sale conditum 260. Isidorus Orig. l. XX. c. 3. *Garum est liquor piscium salsus, qui olim conficiebatur expisce, quem Græci γάρον vocabant; & quamvis nunc ex infinito genere piscium fiat, nomen tamen pristinum retinet, a quo initium sumsit.* De Garo agit etiam Strabo Lib. III. p. 159. ed. Paris. Athen. Deipnosoph. Lib. III. c. 34. p. 141. Joan Antonid. vander Linden Exercitat. Bativ. IX. §. 69. pag. 268. Joseph. Laurent. Polymath. Dissert. VII. Lib. I. omnia fere congessit Nonnus de Re Cibaria Lib. III. c. 44
leviter Gelatum lac, i. e. tepidum 376
cum Golatur sanguis 371
Gelatus sanguis *ibid.*
Gelu i. e. glaciem 170
Geminct causam 406
hoc Genere i. e. hoc modo 404
Gentiliter Surrentina appellata sc. vina 121
Genuinæ, seu adventitiæ passiones 399
Genuinam dicunt esse passionem. 398
Genuino cursu, i. e. hæreditario 408
Ges astera, Samia terra 300
Γῆς ἀστέρος 300
Gestatione pensili 60
Glebæ calcis 331
Gobiones pisces 97
Gobionum piscium pulmentum 49
Γοναγρα 408
Gonorrhœa i. e. seminis lapsus 181. 252
ad Grabata ægros tranferendo 117. Grabatus vero vilior lectulus, in diversoriis exhibitus, notum ex Petronio & Aliis. Erantque grabati aut grabata humilior decubitus ordinariis lectis. *Bart. Adv. Lib. XXXV. c. 8 p. 1600.*
capitibus digitorum Gradientes 401
Gravabilia odoramenta 41

Gra-

Gravabliora cataplasmata 48
Gravabilis i. e. gravans 37
Gravabilis odor 38
—— carnatio. 227. i. e. obesitas, carnosior habitus.
Gravatio 22. 427
Gravatio, quam Græci Caron appellant 145. κάρωσιν 369
Gravedine stercorum oppressos 126
Gravedinem solam sustinere, i. e. opprimentis gravitatis sensum 112
Gravedo pulmonis vulnerati. i. e. gravis doloris sensus. 308
—— stomachi 185
—— thoracis 185. 427
juvenibus Graviores i. e. grandiores, majores ætate 415
Gressu tentato 401
veste atque Gressu 398
Γρύπωσις uncatio unguium 107. 308

H

Habitu, i. e. motu integro 145
Habituari 217
fortitudine Habituantur 391
Habitudine naturali plenum corpus 14
—— plenis tensiores 415
Habitudine fortes pedes 62
—— vigent i. e. musculosi ac pingues sunt 145
obsident Habitudinem gutturis i. e. substantiam 289
Habitudo corporis dimissa 108
—— friabilis ibid.
—— lactea 107
—— laxior 108
Hæmoptycis 323
Hæmorrhoidarum fluoris tentus 400
Halteres erunt offerendi 261
quos palestritæ Ἀμτῆρας appellant. 411
Hamarthritis 408
Haterocopia 437
Haustrum aerem rapere 99
Hebetudine i. e. insensibilitate 330
Hebetudo sensuum 51
Hedichrum. 382. Ἡδύχρον est magma per pastillos digestum confectumque ex plurimis aromatis. *Cic. Tuscul. Quæst. lib. III. cap.* 19. transpositis literis ait: *Hedrychum incendamus*, forte legendum *Hepychroum*. Vide Gorræum Defin. Medicar. V. Ἡδύχρον.
sessioni, quam Græci Hedram vocant. 372. 385. Ἕδρα *podex*, *anus*, *sedes*. Vet. Gloss. Græco-Latin. Ἕδρα, ὁ δακτύλιον *Anus*. Vide Gorræum Definition. Medic. pag. 88
Ἑλικας i. e. vitis annulos 197
Ἡλίωσις quando sole corpus torretur 227. 303. 325 437
—— solis fervor torridus 335
—— corporis torpor 339
—— solicatio 364
Helleborandos ægros ordinavit 381
Helleborismus 226
Hemitritæo majore ægrotant 96
Herbum i. e. ervum. 423. & passim.
Hiereprolis feminam 246
excreatus quidem Hinnibilis jugiter affectatus 434
Hirta locutio 276
—— vox 287
Hirudines adhibendæ quas Græci βδέλλας appellant 403
Hirudinum appositio, quas vulgo sanguisugas appellant 320. 328
Heras Græci appellant annalia tempora 346
Horrore rigido 409
Hortamentum i. e. stimulus 33
Hortatione quadam 410
Humanior respiratio i. e. liberior, major 51
respirationem Humaniorem, i. e. commodiorem 51
Humanioribus cibis utamur, *hoc est* ex mediæ materiæ qualitate 321
Humanius i. e. magis nutriens 93
tussicula Humecta 283. 345
sonus velut inclusi atque collisi Humoris nam (lege *quem*) Græci Ὑδατισμὸν appellant 427

gut-

guttæ aquatiles, quas Ὑδατίδας vocant 417
Humorosus 71
Hyderos, i. e. hydropis species 342
Hydrophobica passio 170
Hydrophobiam hygrophobiam vocant quod (*æger*) omnem liquorem metuat 158
Hydropismus qui fit 30
Hypezocote membrana i. e. pleura 111
Hypodymate laxato seu membrana quæ latera ex interioribus contegit, i. e. pleura & mediastino 216
Hypogæa 116
Hypozygon i. e. tunicam succingentem costas 253
Hypozygoa membrana quæ interius latera cingit, i. e. pleura 287. 427

I

JActari passione 400
Jactus seminis 180
Idiotæ 114
Jecorosos 332
Jejunitas longa 94
Ignea lavacra i. e. calida 199
Igneis medicaminibus confricare articulos 125
—— lavacris, i. e. nimis calidis 213
Igneis vaporibus usi sunt 405
Igneo in loco 341
Ignis ustura i. e. παρόπτησις 324
harena littoraria Ignita i. e. sole calefacta 340
Ignita medicamina 130
Ignita testa sive calefacta molere 309
salis Igniti vaporatio 404
Ignitis sole pellibus 346
Ignotos, i. e. inassuetos 320
in Imagine ultimæ passionis i. e. ad modum ultimi paroxismi 319
in Imaginem capilli unius 287
Imbecillitas cogit 87
Imbriali aqua admixta, quam vulgo Cisterninam vocant 299. 434
Immisso oleo rosaceo conterendum 372
Immitigabili ardore 369
ut se Immobilem præbeat 404
Immobilitas 116
non erit Immodicum i. e. incommodum 367
Impalpebratione i. e. palpebrarum immobilitate 274
Impavide uti 27
—— accipiendum medicamen 368
Impaussibiliter 319
cum mentis Impedimento i. e. alienatione 146
Impedito meatu 418
Impigens levandi voluntas i. e. vomendi 159
Implebiles 355
Implens ex odore lauri 46
Implicitos i. e. anxios, mœstos 155. Vide *Barth. Adverf. l. XXXVIII. c. 12. p.* 1743.
Importunitate tempotis 86
Impressio i. e. rudis tractatio 156
Impressus articulis manuum amplexus, i. e. arctus 374
Imprincipaliter 68
Improba immissio 140
nervis Improba medicamina 180. Probus est innocens, improbus qui nocet rei cuipiam. *Barth. Adverf. Lib. XLV. c.* 10.
In *pro* ad, in sanitatem venire 56
In *pro* post, in febrem, i. e. post febrem 145
In *pro* ex, in helleboris, 189. in vino 371
ad thoracis Inania 586. Inanitatem 432
Inanibus visis affecti ægrotantes 423
Inapprensibilis articulatio locutionis 18
Inaquare, i. e. in aquam convertere 30
Incassum prærogatis adjutoriis 98
Incendiosa influxio. 403. i. e. summe calida.
loci fervor Incendiosus. 424. i. e. extreme calidus, vel olens incendium. *Barth. Adverf. L.* 37. *c.* 23. *p.* 1710.
Incessabili egerendi ventris desiderio 384
Incisura, externa corporis eruptio recens 291

In-

Inclamati 73
Inclamatus ægrotans. i. e. clamore excitatus 144
Incommodare 66
Incondita curatione i. e. intempestiva 342
Inconsequenter jubet 140
——— i. e. sine ratione 179
Inconseguentia adjutoria i. e. incongrua 300
specialiter phreniticam Incurrere passionem 7
Incusare i. e. improbare 33
Indebitas partes obscœnis usibus subjugavit 398
Indecens difficultas patiens afficit 436
Indendos balanos per podicem 189
Indicabile signum 55
sitis ægrotantibus Indigenda i. e. injungenda 434
senibus virili Indigent officio 399
Indigestibilis 385
Indigestio 126
Indigestione continua 78
Indigestos, i. e. qui cruditate venrriculi laborant 186
Indignatio mentis 10
Indignentur i. e. irritentur 133
Indignum, i. e. incongruum 11. 303
Indoloria nos dicere poterimus quæ anodyna Græci vocaverunt 272
Inductibila 119
Inductibilis qualitas i. e. emplastica 119
Inductionum, i. e. emplastrorum 123
Inductive i. e. obsequenter 240
ex corporosa Inductura i. e. magnæ molis 173
Indulgentia i. e. laxamentum 66
Indulgentia, corporis relevati ægrotantes 85
Indulgentia naturali fit somnus laxatis cotporibus 47
Indulgentior cera 261
per Inerrabiles proprietates, i. e. certas, specificas 331
Iners i. e. sine effectu 38
Iners i. e. non congruit 92. 125
Iners ex omni parte, i. e. nullius artis peritus 242
Inertes, quos idiotas appellant 25
Inesse 344
aciem vehementem Inesse 393
Inexerciti medici 140
Inexercitus medicus 14
Infans ætas 216
Inficitur i. e. male afficitur 207
cauteres Infigendos 330
Infirmata passione i. e. confirmata. 140
Indabiles cibos 128
Infiare i. e. inflammare 143
Inflatis (i. e. dilatatis) narium cavernis 131
Inflexibili cremento collorum 148
Influxio ἀπόῤῥοια. 116
Influxio, Græci Καταῤῥους. Glossar. Vet. Græco-Latin. Καταῤῥους. *Catarrus*, *destillacio*, *destillatio*, *gravedo*, *defluxus*.
omnibus partibus Informata i. e. proficua 369
Infractus 122
Infrigidant 206
cum se tremor uberior Infunderit, i. e. diffuderit 318
Infundendos in aquam frigidam 169
frigidam Infundentes spongiis 117
palmulæ vino Infusæ 118
panis Infusi 119
cum pane dissoluto atque Infuso danda 122
panis assus aceto Infusus 119. *Infusus* Latino sermone sæpius perfusum, & velut maceratum humore significat. Macrob. Saturnal. Lib. VII. cap. 4. *Sicut in præcipiti stantem vel levis flatus impellit, ita vino vel infusum, vel aspersum parvus quoque dolor incitat in furorem*. Barth. Adverf. Lib. 37. cap. 6.
spirationis Ingerit difficultatem 430
Ingerit sitim 388
vomitum Ingerit ægrotanti 430

pas-

passiones Ingerunt generaliter 7
Inhærere i. e. diu morari 97
in Initiis 101
si digitum Injecerint podici 117
adhibenda injectio i. e. clyster 402
Injectio faciunda, male leg. *secunda* 419
Iniqua i. e. parva, incommoda 35
Iniquitate corporis. 427
Injudicata causa 53
Innatus fervor i. e. internus 245
Innexa i. e. connexa 384
Inordinaliter scarificandum 140
Inquietudo tussiculæ 102
febrium recedit Inquietudo ac dolorum 427
Insanabiliter simul atque indocte descensum 435
Insertare 122
Insidiosum & vexabilem usum judicans 126
Insignia tenesmi i. e. signa 385
Insinuare faucibus liquorem 65
vultus Insinuatio i. e. in sinus excavatio 391
cibus qui facile corpori Insinuetur 370
Instauratione purgari 399
Insuavitas 90
Insuccato pane ex eodem mulso 152
donec aqua Insumatur 173. 319
quo multa corpus exhalatione Insumatur vigilando 438
Insumentia corpus i. e. debile reddentia 266
ne plura corpus, quam Insumit, accipiat 437
Insumpta i. e. dissipata, exhausta 122
Insumptionem retineri i. e. dissipationem 224
Intardans 12
& propterea sui operis Integrasse virtutem 368
Intellectio i. e. inclinatio 22
Intelligere i. e. cognoscere 55
Intemperabilis perunctio i. e. intemporalis 230
Intemperato i. e. mero, ἀκράτῳ 175
Intemporali cibo 71
Intemporalis usus Veneris 180
Intemporalitas. 34. somni 19
Intemporaliter 66
Intenti resistunt repente 401
Intentio i. e. animadversio 65
Intentione aliarum sectarum neglecta 440
circa confinium Interaneorum, quæ ut supra diximus, Græci σπλάγχνα vocant 429
abstinentia Intercalanda 302
Intercapedinata dimissio 71
Intercapedinata emissione 418
Intercapedinatas exacerbationes 196
Intercapedine dimissionis 53
Intercipere enuntiationis ordinem 55
Intercreatus humor, i. e. intercollectus 401
post Interdianum cibum 342
Interfectiva ferri judicamus eis 432
Interius i. e. interiora viscera 121
Interius condita i. e. curiosius 198. 199
Internosci 113
Interposito humore 191
Interrumpere 19
Interscapulæ, quod Græci Metaphon vocant 136. 164. 241. 250. Isidor. Origin. XI. 1. pag. 1097. *Interscabilium, spatium quod inter scapulas est, unde & nominum* Gloss. Philexeni *Interscapulum*, Μετάφρενον.
Interscapulo 336
Intervallatis diebus 303
in Intestino longaone i. e. recto 384
—— nestidi i. e. jejunio *ibid.*
—— pyloro i. e. duodeno *ibid.*
—— typhlotero i. e. cæco *ibid.*
versibus Intimabo 399
Intolerato i. e. nullis cibis recreato 93
lanis Intrectatis i. e. non carpitis 146
Intuba 121
Intueri i. e. observare 187
secundus invaditur dolor 439
priusquam cunctos Invaserit nodos 439
Invasu primo afficiuntur 217

Inventores novelli i. e. auctores, seu scripiores 164
Invidentia & pene virili sectantur 398
in semet materiæ fluxum Invitant 406
Involuntaria stercorum emissio 55
—— egestio 58
Involuntarius exitus ibid.
corticem Inurentes 405
Inuritur 299
Inutiles i. e. segnes, tardos 155
Ἰόνθος Ἴονθος Latinis *Varus* dicitur. Philoxen. Glossar. Ἴονθος *Varius*, lege *Varus*. Cœlius Aurel. supra pag. 73. *Vel stantes in rotunditate maculæ, in similitudinem scatebrarum corporis, quas Græci* Ἰονθοὺς *vocant*.
Joculari facetia 200
in Ipsis *pro* Ipsorum 211
Ire latius i. e. distendi, explicari 84
Irregibilis laxitas i. e. immoderata 30
Irruere i. e. supervenire 77
Ἰσχία, coxarum summitates 370. Glossar. Vet. Græc. Lat. Ἰσχίον *dorsum, lumba, clunis, coxa*.
donec Judicia reperiantur i. e. medicamenta morbo congrua 413
Judicio mentis pulso 245
Judicium servare 115
Jugiter dari 127

L

Labentibus manibus 438
Labiles in passionem 8
Labilis qualitatis 113
Laborans Empirica 47
Labraces 121
Lacerantior est aer maritimus 347
Lac albidus 376
—— aquatum 375
—— crassius effectum ac viscosius (ita lego pro *viscosus*) 377
—— ex agresti pastu perfectum 375
—— gelatum 378. i. e. egelatum.
—— globosum *hoc est* frustis coagulatis variatum 375
—— liquidius conficiunt. 377
—— singulare 134
purgativæ virtutis efficiuntur Lactem i. e. lac 375. Vetus Glossar. Græco-Latin. Γάλα *Lac, lactem, lac, lactis, lacte*.
Lactare ventrem vel stomachum 57
Lacunis aurium 135
panis Laganum 301. Isidor. Origin. l. XX. c. 1. *Laganum, est latus & tenuis panis qui primum in aqua, postea in oleo frigitur*. Hesychius Λάγανα, εἶδος πλακουντάριον ὡς πυρῶδη ἀπὸ σεμιδάλεως ἐν ἐλαίῳ τηγανιζόμενον, καὶ ἀρτίβρακτοι ἐλαίῳ. vide Athen. Deipn. III. c. 26. pag. 110. Vetus Scholiast. Horatii ad l. I. sat. VI. vs. 115. *lagainque catinum. Lagana sunt placentulæ quædam vulgares, quasi membranulæ compositæ, quæ cum pipere & liquamine conditæ depromi solebant ad cœnam moderatam & parabilem*. Casaubon. in Athenæum, animadversion. lib. VIII. cap. 26. pag. 631. Λάγανον, *placentæ aut libi genus quoddam: a figuræ proprietate, quod cava fingerentur lagana*. Vetus Glossar. Græco-Latin. Λάγανα *Tracta* an potius *Torta*? particula a trahendo avulsa. *Martinus in Etymolog.* Verum recte *Tracta* quasi extracta, in latum expansa ob visciditatem. Sic enim Cælius Acutor. II. c. 32. pag. 107. *ac tunc crassus, & tractuosus atque viscosus*.
contiguos vel superpositos Lacertos 409
Λαιμαγχίαν i. e. immodicam abstinentiam 244
Lambere semen fœnugræci. 88
Laminæ aurium i. e. fibræ 255. 308
Lanæ lenes 197
—— limpidæ ibid.
—— tenues ibid.
quod nos Lanceolam dicere poterimus. ita lego pro laureolum 409
Lanis mollibus 402. mundis 166
—— lim-

—— limpidis . 402. i. e. non succidis 85
animi Lascivitate 348
Latens motus, i. e. blandus qui vix sentitur 321
Latenter disjici 108
—— Ac sensim corpus aperiunt 206
Latinavimus forte legendum *Latinizavimus* 421
Latinizare 53
ad lenimentorum Latitudinem i.e. *occultationem* 359. 378
Latrabilis vox. i. e. instar latratus canum 159
Latus quod Græci πλεύραν vocant 79
Lavacra ferventia 438
—— frigida 438
Lavacrum naturale 66
Laxamentum partibus ministret 89
—— poscere videntur 357
Laxatis corporibus reddi videntur 393
Lemis obsitos oculos. 60. forte *limis* i. e. pulveribus
Lentescere i.e. tonum suum amittere 50
Λεπτομερίαν 333
Lethargia. 19. i. e. lethargus 145
Lethargica passio 11
Levabilem motum 150
paulo Levatius capite collocato. 132
ita putem legendum pag. 373 ubi vitiose *paulo levius capite locato*.
quo Levatius habeant caput 427
Levigatio febris 72
Levis panis ex farina confectus, i.e. Leviter pati 112
Liberis ac nudis gestationibus i. e. apertis lecticis 145
Libros facere 109
demonstrativum digitum, quem Gr. Lichanon sive dicticon appellant 406
Ligatione paulo tenaci i. e. paulum adstricta 117
Ligationibus tormentuosis organi i. e. vinculis carnificis 149
Ligneus sensus 318
Lignosa, i. e. insipida 379
retro stomachum, Limant, i. e. rodunt, excoriant 439
Limatione quadam animi (male *limitatione*) 440
Limpida ulcera 435
Limpidæ lanæ tectione 146
Limpide perspicere 435
—— revocentur 368
Limpidis lanis contegere 84
—— sputis i. e. minime vitiosis 211
Limpido liquore 301
Limpido linimento 203
Limpidum panem 200
Limus dentium 120
Lingua arida 108
—— aspera 99. 384
—— conductione breviata 99
—— crassior *ibid.*
—— humecta 107. 384
—— rubra 99
—— sicca 111. 384
—— subalbida 99
Linguam colligere 55
—— exerere *ibid.*
—— proferre *ibid.*
—— reducere *ibid.*
—— relocare 215
Λιπαρά, pinguia, crassa 373
Liquamen 260
Liquamine i. e. garo 281
—— confecto i. e. lixivio 298
per Liquatoria fundatur, i. e. colum 127
colaturæ Liquidæ 415
Liquor aquosus 357
—— fulvus *ibid.*
—— mundus *ibid.*
—— perspicuus *ibid.*
—— sanguinolentus *ibid.*
—— spumosus *ibid.*
Literalis lectio 242
arenæ Littorariæ adhibendus fervor 438
Lixivium i. e. destillatio aquæ cineribus liquatæ 269

Loca i. e. pudenda. 246. *Loci* vocantur præcipue feminarum genitalia.
Loca conclusa ad aquiloniam partem. 116. i. e. nullam fenestram habentia
—— difficilia solis tactu. 116. id est radiis minime accessa, pervia.
—— majora 116
—— neque plus satis brevia *ibid.*
—— obscura *ibid.*
—— præfocabilia *ibid.*
—— refrigerantia *ibid.*
—— spelunco sa *ibid.*
—— umbrosa *ibid.*
Locales detractiones, i. e. ex loco affecto 130
Locus devius 17
—— luminatus fenestris altioribus *ibid.*
—— medie obscurus 18
—— naturaliter frigidus 115
—— suffocabilis aeris paupertate 18
Λογοτεωρητὰς appellant vias sensas 83
vias latentes 430
Longanonis i. e. intestini recti. 192 252. 367. 429. Du Cange Glossar. med. & infim. Latinit. *Longao*, *Longano*, Longum intestinum. Vetus Moschionis interpres, φύσῃ, *Longao*. Glossar. Lat. Græc. *Longao* Κωλέντρον. Papias MS. *Colum, vel Longio, quoddam intestinorum*. Editum habet *Longior*. Apicius Lib. IV. de Re Culinar. *Longanones porcinos ex jure Tarentino farsos*. Plura vide apud Martinium in Etymologico V. *Longao*
Longitudine passionis 401
Loquutio imprompta 149
—— insustentabilis 107
—— rara *ibid.*
Lucificus sol 64
Luctans, i. e. augescens 81
Luctatione animi i. e. dolore, molestia 228
Lues deifica 109
—— pro morbo pestilentiali 31
Lues quid 4
Λυμαίνειν pollui Græci vocant 237
Lumbrici albi 393
—— rotundi 394
—— sanguinolenti 393
Luminare 18
Luminato loco 240
Luminatus locus fenestris altioribus 17
gemina Luxuriæ libido non dividitur 100
Lycanche 129

M

raptorio MAchinamento, quod Macron sparton vocaverunt 437
Macrosparton 438
admixto polline quod Græci Μάκτον vocant 22. 388
Magis vehementer 92
sub Magisterio aliptæ vel musici 302
Magnificam passionis ingerunt vehementiam 92
Magnificus tumor 78
parva vero Magnitudine 345
Magnum i. e. sacrum 105
Majora adjutoria i. e. fortiora Medicamenta 145
Malagma Apollophanis seu Polyarchion 97
—— diachylon 315
—— diadaphnidon 316
—— diaeuphorbio *ibid.*
—— dialoe *ibid.*
—— mnaseon *ibid.*
Μαλθακοὺς, *hoc est* subactos seu molles 398
Mandere olivam 97
Μανία seu μαντικὴ i. e. furor 237
Manificas ulcerationes, *hoc est* quas nos extrinsecus infiximus 313
Manna thuris 118
Μανὸν demissum sive mollem appellant 237
Manu operante, i. e. mastuprante 181
Manutigio, quod Græci χειραφίαν vocant 229. *Manuum contactum* vocat 181
appetitio Marcescit 438

Mar-

Marcore demersi 108
Marcorem Græci μαρασμὸν vocant 123
Maretenus 209
Μαρμαρυγάς 208. 212. Μαρμαρυγαὶ sunt splendores oculis obversantes, incerti & discurrentes lucis splendores aut scintillæ, splendores vibrantes, aut fulgores ante oculos coruscantes. Plura vide apud Fœsium Oeconom. Hippocrat. pag. 398. V. Μαρμαρυγαὶ.
Marmarygmata sive marmaryas 292
cibus erit diligenter Masticatione exercendus 380
Matella 55
omnis corporis Materia, i. e. subtantia, partes tam solidæ quam liquidæ 336
Materiarum nomina, i. e. Medicinarum 141
Materias graves i. e. acria medicamenta 143
Matricis vexatione afficiuntur 401
Meatio 85
Meatum fluminis i. e. cursum 209
ob tumoris Medelam 357
Media i. e. præcordia & hypocondria 59
Media materia Græc. μέσηὕλη 26
Medianæ partes i. e. ventres 75
Medianis partibus i. e. pectori & abdomini 394
Medicamen malum i. e. venenum 12
Medicamina, i. e. remedia 103
Medicatum corpus i. e. præparatum 359
Medicatus i. e. qui medicamentum assumsit 91
Medicosa quæ Græci φαρμακόδη 104
Medicosis fomentationibus i. e. medicatis 266
Medie lucido loco, i. e. modice 101
Meditari 72
ne Meditatio potius expuendi fiat 321
vel Meditatione modulationis agonisticæ 437
Medium papularum i. e. papillarum 99
Μέλαγα, vulnerum medicamina ita appellata 183
Melanteriam admiscent 142
Mellosa dulcedo 102
Meloto involutæ, i. e. ovina pelle 216
adhibita Melotide i. e. spicillo, cathetere 418
Membrana i. e. meninx 65
Membrana lateribus infixa 83
—— major quam peritoneum vocant 171
—— nervosa 83
Membranas inurit. 64. i. e. meninges quas mentes vocat
ad Memoriam redeant sanitatis 339
Menstrualis purgatio 130
Menstrualis fluoris retentione 342
Mentes inflammare 63
Mentis vanitate jactari 406
Merata potio 281
Meratus potus i. e. meracus 199. 281. 362
Μεταφρένιον. 101. interscapulas 322
Metasyncritica curatio est recorporativa 263. 268. 319. 324
Metasyncritica sunt medicamenta quæ exiguos meatus in naturalem statum restituunt. Vide sis Gorræum Definition. Med. pag. 211. voc. Μετασύγκρισις.
Micas scintillarum 212
Mictoria medicamina 154
—— vesicam moventia 154
Mictuali autem via patiente. 418
in Mictuali via. 426. ad mictuales vias 434
Mictualia medicamenta, quæ urinam provocant, a Græcis diuretica appellata 434
ex Mictualibus i. e. viis urinariis 418
Miliacas sicedulas 201
Μινθικά, i. e. diaphoreticha 205
Minutus magnitudine 87
Mitigabiliter relaxandæ partes 138
quæ Mitiganter emollunt 404
ulcera Mitiganter amplectitur 377. i. e. blande, leniter.
cucurbitam apponimus occipitio Mitiganter 22
Mitigativa curatio 13

ca-

cataplasma Mitigativum 410
Mobiles atque iracundi 410. Mobilis mente 9
Mobilitate partium i.e. palpitatione 149
resumptionum Moderamenta adhibenda 320
Moderatione excessa 115
in ervi Modo i. e. quantitate 395
Mestitudo 10
—— vultus 144
Molles sive subactos Græci μαλθακοῦς vocant 198
Molles aliquando seu subactos homines generari 399
Mollis, i. e. timidus; meticulosus 135
Mollifica corporis phlebotomia 362
Μονοῦσθαι Græci destitui, atque solitudinem petere dicunt 237
littoraria Moratione 335
Morbosum reddere corpus 114
nihil in se sanguis habet Mordacissimæ qualitatis 431
Mordicatio sequitur 105
Mordicationem facere 86
potum repugnante Mordicativo 430
Mortem perficere 112
Mortuosum accidens 29. i. e. lethale
Mortuosus vultus i. e. mortuo similis 11
Motarium i. e. linteum carptum 353
Motonon 130
Motus i. e. ictus 72
Mucilenta humoris excussio 205
—— ventris egestio 384
Mucilento humore 314. 409
Mucilentus 74
Μυδρίασις pupillæ dilatatio 250
per Muliebre veretrum 429
Muliebrem sinum 417. 429
Mulsum conditum 407
Multiloquus 54
Multo parvissime 112
ultra Muros i. e. extra urbem 65
Multa pectora penetranda 296
Musculorum capita vel summitates 401
Mussitatio 10
Musico monitore, i. e. phonosco 243
decoctione Myxarum (non *noxarum*) 394

N

NArrabilis diffinitio 79
si cibum in stomacho Natare senserint 322
Natatio fervens vel frigida 411
usque ad mediam Natem 401
Naturalem tractatum Græci physiologiam vocant 16
Naturali urinæ commixta 431
in iis quæ Naturali lege purgantur, i. e. lochiis vel menstruis 431
Naturalia i. e. mucus narium, saliva 41
utendum aquis Naturalibus, hoc est naturali virtute medentibus 227. 281
Naturalibus obtrusis 170
Naturaliter frigidus 116
ultra Naturam 401
Nebulo demergi 70
Necroses. 231. Philoxen. Glossar. Νέκρωσις *Mortificatio*. Estque nativi caloris in corpore extinctio qualis oritur in sphacelo post gangrænam; vocatur etiam *Sideratio F. P. Bruno*.
Negabit salutem 132
Negant haustum, i. e. deglutitionem impediunt 134
perfecta ejus officii Negatio 418
Nequitia passionis 120. 410
Nervi majores, quos Græci τένοντας vocant 76
Nervositas. 181. i. e. nervosum ventriculi corpus 220
Nervositas vexata geminet causam 406
Nestide paralysi vitiato, i. e. intestino jejunio 252
sin vero in Nestide fuerit collectio 428
intestinum, quod Græci Νῆστιν vocant 383
Nidore sive fumo 377
Nihil curatio impeditur 114
Nimietas furoris 19. 74
Nimietate sublati 398
ex pulvere Nitreo 281
Noctibus & diurnis, i. e. nocta & interdiu 127

pu-

putredo, quam Græci Νομὴν appellant 394
Novata (*cataplasmata*) frequenti mutatione 86
Novelli inventores 164
Novissimam i.e. fatalem defectionem 86
Novitas i. e. varietas 35
Novitate tenera (*vulnera*) 98
nec ullum Novitati liquerit locum 399
Numerosior ægritudo 24
Nutribiliores succos 436
Nutrimenti majoris 216
humorem Nutritum fervore 135

O

OB i. e. ad. ob curationem adhibendam 98
Ob provocandum ventrem 77. 432
Obducat stomachum, i. e. lædat. 321. *Vide* Du Cange Glossar. Med. & Infimæ Latinitatis. V. *Obducere*
Obdulcantes sale & oleo 363. i. e. condientes
panem sale Obdulcatum. 357. Vetus Gloss. Latino-Græc. *Obdulcesco* Πικρυλυκύνομαι.
Objectione i. e. jactatione 199
Objectu 83
Obliquis partibus. i. e. lateralibus 247
ut oppressi Obmutescant 391
Obolus 77
Obscurare 18
Obscuratur fides i. e. difficilior est 114
Obtinente judicio solutionis 293
Obtrudentia tactu 117
Obtrusis naturalibus 170
Obturamenta 298
Obuncatis unguibus, quod Græci γρύπωσιν vocant. 421. unguium uncatio 107
ex Occultis suspicionibus i. e. dubiis, incertis 135
Oculi lemis obsiti 39
Oculorum aspectus pinguis. i. e. languidis flaccidus 99
—— difficilis motus *ibid.*
—— immobilitas *ibid.*
—— sanguinolentia 8
—— splendor 99
Odontagogum plumbeum, quod nos dentiducum dicere poterimus. 273. Ὀδοντα γωγός est forceps, quo dentes extrahuntur. Philoxen. Glossar. Vet. Ὀδοντάγρα *Forfex dentaria*, *Forfex dentalis*. Verum Clar. Vossius in Etymologico V. *Forceps*, rectissime rescribit *Forceps*. Glossar. Latino-Græc. *Forfex dentalis* ἅψις, Ὀδοντάγρα, καρκίνος.
Odor gravabilis 38
—— percussibilis 45. 227
Odoramentorum tempus 64
inflationem vero quam Græci Ὀίδημα vocant 383
Oesypon; lanam succidam. 266. Gloss. vet. Græco-Latin. Ὀισυπος *succida* & Lat. Græc. *Lana succida* πιερὸν ἔριον, ἄπλυτον, ἔριον οἰσυπηρόν, ἄπλυτον. Estque lana sordida, illota, seu potius pinguedo, ac sudor lanis intra ovium nates crescentibus adhærens. Ita enim Plinius H. Nat. XXIX. c. 2. *Quin ipsæ sordes pecudum, sudoque feminum & alarum, adhærentes lanis (Oesypum vocant) innumeros prope usus habent. Dioscorides* lib. II. c. 84. Οἴσυπος δὲ λέγεται τὸ ἐκ τῶν οἰσυπηρῶν ἐρίων λίπος. i. e. *Oesypum dicitur, e succidis lanis collecta pinguitudo*. Ovid. de A. A. L. III. vs. 213.
Officia naturalia i. e. excrementa 58
Officia Veneris 400
Officii sui careat viribus 92
Officio sc. aurium i. e. auditu 268
Officio Veneris 400
Officium *id est* quod officit seu afficit. sic officere est nocere, obesse, Arnob. *offectio*.
Officium naturale i. e. organum excretorium 257
Officium ventris provocari 125
Officium odorandi i. e. odoratus 259

—— odo-

—— odorationis 260
Oleo calido ac dulci madidas (*lanas*) opponimus 21
Oleum amygdalum, i. e. amygdalinum 47
—— lentiſcinum *ibid.*
Ὀλιγαίμους Græci vocant parum ſanguinis habentes 29
vaporatio, quam Ὠμήλυσιν vocant. 373. Ὠμήλυσις, vel diviſis nominibus ὠμὴ λύσις, Farina hordeacea, quaſi cruda farina, ad differentiam polentæ, quæ torretur. Verum Latini interpretes *crudam* omittunt, lectori intelligendum relinquentes. *Gorræus Definit. Medicar. pag.* 520. Cæl. Aurelian. Acutor. Morbor. Lib. II. c. 9. pag. 67. & cap. 24. pag. 96. vocat pollines aqua ſolutos. & cap. 37. pag. 118. ſimplices pollines. Actuar. de Method. medend. Lib. VI. c. 7. ait Græcos polentam Ὠλὴν λύσιν vocare.
cataplaſma quod appellamus ὠμὴν λύσιν. 46. 96. 118
Ὀμφακόμελι. 320. 332. Eſt potionis conditæ genus ex ſucco acerbæ uvæ & melle. *Vide* Gorræum Definition. Medicar. pag. 237. V. Ὀμφακόμελι.
Ὀνειρόγονος 423
Ὀνειρόγονον, i. e. ſeminis lapſum 210. 212. 224
Ὀνειροπόλησις 423
Ὀνίσκοι 229. ἢ ὄνοι, aſelli, millepedes, vocantur etiam πολύποδες. Dioſcorides κυβαρίδας, Galenus κυάμους hoc eſt fabas vocat. V. Porcelliones.
Operantius eſſe 62
—— mederi 156
Operoſa recorporatione 427
Opinatio 88
Opiſthotonia, i. e. ſupinus raptus. 147. ea eſt cum cervix reflexa eſt in poſteriorem partem, aut rigida cum intenſione oculorum & maxillarum Scribon. Larg. Compos. 255. Vide Cœlium pag. 149.
Ὀπλομαχία *hoc eſt* armorum ficta confrixio 437
Oppreſſerit, i. e. depreſſerit 131
Oppugnet, i. e. impugnet 145
auferendi lapides Opus docuimus, i. e. modum ſeu methodum 418
Ὄρεξις, i. e. cibi vehemens appetentia 32. 326
Oris partes, i. e. vultus 117
Oriza adſtringit 49
Orobo, i. e. ervo in aceto miti macerato 89
excocto tenuiſſimo liquore, quem Græci Ὀρρὸν appellant, 376. 377. Vet. Gloſſar. Græco-Lat. Ὀρρὸς τοῦ γάλακτος. *Serum.* pag. 516. ipſe vocat *naturalem liquorem*.
Os colluere 102
—— fomentare *ibid.*
Os ſacrum, quod Græci vocant ἱερὸν ὀστέον 367
Os ventris, i. e. ſtomachus 114
Oſculari, i. e. oſcula venarum aperiri. 285. occludi interpreatur Dalechampius. 416. ſed neſcio an recte.
Oſculatio venarum ex redundantia materiæ veniens 305
Oſculatione ſanguinis fluor confectus 420
—— ſuffecta 431
Oſculationis. Oſculatio Græcis Anaſtomoſis 285
in Oſculo veſicæ, quam urethram vocant 425
Otico clyſtere, i. e. auriculare 255
Oxymeli, i. e. mulſo ex aceto 91. 93
Ozæna 251

P

PAlæ, i. e. ſcapulæ 113
inter ſcapulas ſive Palas 319
Palis. i. e. ὠμοπλάτις, 136. Palæ forte dictæ ſunt a ſimilitudine palæ, quæ fuit flabellum ſeu ventilabrum.

Ve-

Verum Isidorus Origin. Lib. XI. c. 1. pag. 1097. *Palæ sunt dorsi dextra lævaque eminentia membra, dicta quod in luctando eas premimus, quod Græci* παλαιειν *dicunt*. Gloss. Philoxeni ὠμοπλάτη, *Armus, scapula*, & ὠμοπλάτα *Scapulæ*.
Palestritæ 411
corpora Pallescunt, i. e. flaccescunt 439
Pallor subalbidus 366
Palmulæ nuncales, quas caryotas appellant 118
—— quas Græci patetos vocant 118
—— Thebaicæ 87. 119.
Palpebram concludendo 261
Palpebrare 73
Palpebraria collyria 365
oculorum Palpebratio 238
Palpebrorum vitio 250
Palpebrum inferius 250
—— superius 250
Panem diligenter elaboratum atque exercitum. 358. i. e. subactum.
—— sale obdulcatum, 357. i. e. conditum.
Panis autopyrus 438
—— diligentius emollitus 410
—— ex aqua frigida diligenter elusus 120
—— fermatus 200
—— innovatione calidæ elutus & expressus 87
—— limpidus 200. 222
—— studiose elaboratus 222
—— veteratus 438
Panosum cibum 221. 309
Palpulare, i. e. in pustulas attollere 258. 329
Παράλειψις & παράλυσις qui differant 250
Paraplecti 145
Paraplexia 144
Parcitate ciborum 348
Παρέκχυσις 342
Παρόπτησις, i. e. adassatio, seu quando corpus sole torretur, 204. 205. 258. 376. 437. ignis ustura 324. 325. 329
Partiatim adhibere 23
in Partibus albidis 99
Particulariter 71
Partile discrepatione 13
Partiles, i. e. exparte 257
Partiliter. 220. i. e. partitis vicibus, sen alternis, vicissim 302
Parva insuetorum, i. e. pauca insueta 372
Parvibibulos Hippocr. dixit phreneticos, quos Græci brachypotas vocant, quod modicum biberent 165
Parvicolles Erasistratus appellavit μικροταχήλους, hoc est, qui minimæ longitudinis habent colla 289
ex Parvioribus volantum 256
Parvissima frusta 202
Parvissimi loci 300
Parvissimus guttarum fluor 195
Parvitatis causa negligitur 410
Parvum pro parum 7. 26
e salsiore Pascula sitiens 375
Passio i. e. dolor 12
—— complexa 79
—— conscripta 71
—— Cynanche 129
—— Lycanche ibid.
—— non insidiosa 413
—— nova vel emergens 366
—— peripneumonica 81
—— relevata 91
—— synanchia 129
Passio declinat 87
—— levigatur 48
—— relevatur 48
—— sufficitur 106
—— sumit statum 102
—— vehementescit 29
Passionales Κοινοτῆτες 218
Passione succumbente 49
—— jactari 400
Passionis pejorantis 29
—— nequitia 52
Pateti sunt palmulæ 87. 396
Pavide persuadet 94

caput Pauperum carnibus, i. e. carens 203
Pausabiliori inspiratione, i. e. mitiori, leniori 297
Pausante vomitu 190
Pausante tumore 433
Pausaverit dolor 198
Peccanter 63
Peccantius 155
injecto aliquo Peccato vitiata 369
Pectine concavo, i. e. strigile 354
—— denso 259
—— raro *ibid.*
ex Pectione, i. e. denso pectine 223. 259
Pedes porcini 121
oris Pedor, i. e. fœtor 327
Pejorante Morbo 52
—— strictura *ibid.*
Peloridas 121
leni Penetratione moderata 406
Penetratus pulmo 291
Pensili lectulo. 311. Vocatur *pendens thorus* pag. 312.
Pensilis gestatio 60
Per menses singulos adhibendum 414
Per singulos mictus 417
Percipere, i. e. accipere 73
—— i. e. deglutire 130. 133
radicem Percoctam in mulsa 403
Percunctativo sive universali modo 393
Percunctatum 13
celeri potu Percurrere 122
Percussibilem virtutem 297
Percussibilis odor 45
sine ullo Percussu 295
ob spiritus retenti Percussum 401
Percussus, i. e. ictus, percussio, 116 147. Percussus repentinus 400
Percutiens tumentia ex fomentis 46
si nihil Perfecerit, i. e. profecerit 174
Perfecto appetitu cibi, i. e. refecto, 432
Perferre, i. e. digerere 201
Perficere passionem 98
humoris infusi perforationem, i. e. penetrationem 343
Perfrictio 170
Perfrictio profunda 277. 400
Perfrictione, i. e. perfrigeratione 142
Perfrigescant 204
Περιχαρακτῆρα vocant ferramentum quo gingivæ circum separantur a dentibus 271. ferrei altheres 272
Perineon. 416. veretri initium 419. 422
Periosteon membrana quæ ossa circumtegit 491
Peritonæi membrana a natura nervosa 345
Peritonæum 171
Peritoneos membrana 330. 387
Permissum, i. e. factum 412
forte Permittitur, i. e. propellitur 401
Perpuncta peritonæi membrana 351
Perpuncti 73
Perscripsimus 222
Persecutione spirationis, i. e. crebritate & vehementia 99
Perseverabili tenacitate 186
Perspicere, i. e. attendere 68
peccare Perspicitur 407. 408. 410
Pertecto loco 199
Pertetam, nervorum fila teneriora 380
concidunt in breves Particulas 405
veterum Pertransiendo errores 370
labia vel ora Pertunsuræ patientibus locis adfixerunt 405
Pervidere, i. e. sentire 85
Perunctio 59. 381
—— laxativa 86
Perunctum reficere ægrotantem 368
Pessulum. 182. Pessuli sunt instrumenta quibus fœmineis locis quid inditur, aut illi foventur, vocantur & pessaria pag. 183. *Barth. Adverſ.* 37. c. 23.
ex Petrensibus piscibus 256
Phantasmata Græci vocaverunt visa mentem fallentia 163. 424
Pharmaciam, medicaminum regulam 292. rationem 309
Φαρμακώδην 258
Φαρυγγοτομία, hoc est cannæ sive gurturis ob respirationem divisura 32

Phas-

Phassæ, i. e. phasianæ avis 188
Pheugydron, siquidem (*æger*) aquam fugiat 158
Φιλοπαράβολος 37. 40
Φιλτρόποτα medicamina quæ amorem facere videntur 238
Phlebotomati 79
Phlebotomia vexatos 94
Phlebotomiam adhibere 86
Phlebotomice 11
Phlebotomo uti 92
vomitus crassorum humorum, quos Græci Φλέγματα vocant 386
Phlomos 95. 96
Phobodipson appellant, quod (*æger*] cum timore sitiat 158
Φοινιγμὸν. 259. 303. Φοινιγμὸς est rubricatio, seu ruboris per medicamenta excitatio in aliqua parte, quæ fiebat medicamentis acrioribus. Vide *Gorræum Definit. Medicar. p.* 496. Cælius ipse Tard. Passion. Lib. V. cap. I. pag. 404. *partium ruborem* interpretatur, & c. 2. pag. 411. *ruborem cutis* ex sinapi. *ruborem maximum* pag. 269.
Poragmon Græci vocant sepimentum, occlusionem. 170. Glossar. Philoxeni Φραγμὸς. *Sepes, carrecta, carrectum, dumus.* Φραγμὸν *Dumentum.*
Phrenitis quid sit 6
—— unde dicta 2
Phrenitizare 2
Phthoe, phthisis 307
Pigmentum, i. e. medicamentum 65
Pinguis aspectus oculorum, i. e. languidus, flaccidus 99
Pinguium humorum i. e. crassorum, viscidorum 171. 283
Pisces duri corporis, quos σκληροσαρκὰς Græci vocaverunt 435
Plagellæ Græcis πτύγματα 320
Plenitudo est sanguinis abundantia. 31
Plenitudo capitis 318
Plurimum, i. e. plus utilitati 93
paulo Plurimum cibum dare, i. e. largiorem 315
Politura muri parietis 7
Politus panis. 197. i. e. sine furfuribus
multi Pollent clysterib. i. e. uti solent 566
Pollinibus (quod Græci ὠμὴν λύσιν vocant) 86. 119
Pollinis simplicis, i. e. purissimæ farinæ triticeæ 119
Polysarcia, i. e. superflua ac nimia multitudo carnis 437
Pomposa atque coacervata sanguinis effusio 112
sanguinis Pomposus fluor, i. e. copiosus 426
Ponere discretionem 114
Porcelliones, hoc est animalia quæ humectis & aquosis locis sæpe nascuntur, a Græcis appellata Ὀνίσκοι. 304. 232. *Vide* Gorræum Definit. Medic. pag. 337. V. Ὀνίσκοι
spermaticos Poros, i. e. vias seminales 253
vias Græci Πόρους appellant 327
ureticos Poros, urinales vias 415
siquidem viæ quas Græci Poros appellant. 481. Transitus interpretatur. 409. *atque artus* [rectius *meatus*] singulos invadens, quos Græci Poros appellant 404
Porrecta longitudine 417
Porrectius 223
Portatoria sella 198
Portuosæ navigationes 206
Positio indecens jacendi 10
Positu densitatis 89
Possessos passione 210. 362. pars passione possessa 406
Possibilem motum fieri 150
pro Possibilitate meditationes adhibendæ 242
Possibilitatem virium 200
Posterganeus raptus quem Græci Opisthotonon vocant 149
in Posteros venire cum semine 399
Potentia, i. e. experientia 78
haustu Potili reddere aerem, i. e. quantum fieri potest, 350. raptu potilinini-

nidorem transvorare 433
Pot leni, i. e. pauciore 91
Potus paucissimus 87
ut se immobilem Præbeat 404
podex Præcadens excludatur 417
Præcauta secunda die, i. e. vitata 95
Præcordia mollia 66
Prædata, i. e. ante data 122
Prædato aut superdato oleo 177
—— initio, i. e. præscriptio 200
Prædempto tegmine, i. e. ante ablato cortice 296
libro Prædictivo, quem προρρητικὸν appellant 28
Prædigesto corpore. 412. i. e. nullis cruditatibus aut obstructionibus impedito.
Prædiscere 85
Præfecto, i. e. ante præparato 179
ex ulcere Præfecto 420
Præfocabile spiramentum 113
Præfocabili sensu 318
Præfocabilia loca 116
Præfocabilis spiratio 113
Præfocatio 59
Præfocatione spiramenti jactantur 114
—— afficiuntur 138
—— a matricis, i. e. suffocatione uterina 72
os Prægypsandum 326
Præinfusa 96
Præpati 111
Præpatiens locus 112
Prælatior usus cucurbitæ, i. e. magis præferendus 156
Præministrare 111
Præordinatæ causæ 12
Præpotandus iis quæ supra memoravimus 434
Præpotat 175. 176
Prærasis capillis 421
Prærepto oleo, i. e. consumpto 172
Prærogatur spiritus 25
Prærumpunt corpus 94
Præsauciatis viribus 11
Præscriptis, i. e. antescriptis 194
Præsentato ventris officio 220
Præservare, i. e. observare 155
Præspicitur 218
Præstantius odisse 12
Præstipatur superficies corporis 156
Prætacta nervositas, i. e. ante affecta 21
Prætactis membris 76
Præter pupulam, i. e. juxta 99
Præter cucurbitam, i. e. sine cucurbita 410
locis Præulceratis adponimus 405
Prævexatis virib. 106
Prasii, i. e. prassimi seu porracei 185
itineris Pressu 401
Pressuram differre a somno 5
Priapismos 181. 253. 425
Primævo corpore, i. e. juvenili 154
ad Primordia revocare destuxionem 124
Primordia corporis 30
Principaliter. 105. de qua re principaliter docuimus 408
Probabilior i. e. optabilior 59
Procatarcticæ causæ sunt antecedentes 7
Procurata facie 220
per Profectum ad usum panis accedere, i. e. sensim 49
pulsus per Profectum diminutus 56
Profectus, i. e. morbi declinatio 67
Proficere, i. e. melius habere 73
Proficienti ægroto 76
veteres medici Præsciam significationem posuerunt, & appellaverunt Prognosin 392
Prominentius 270. 419
Prominere, i. e. eminere 9
vel quicquam simili Promissione conscriptum 433
Promptissime, i. e. facillime 142
Promptius levatum caput, i. e. altius 293
Pronos seu declives. 212. pronos in phreniticam passionem 9
Propria, i. e. nova 41
—— i. e. præcipua, princeps. 111.

Prin-

Principalis 112
Propriari. 57. solidiora propriantur. 438
Propriorum locorum, id est partium principum 149
Prosegoriæ 3
Prosperata passio 99
Prostrato alio linteolo tenui, i. e. ante instrato 405
Proterva festinatione 164
—— mentis cæcitate deceptus. 312
digestionis parata Protervitas 438
Protervitate caduca 312
Protervus vomitus 303. 306
Προτρεπτικὸν 237
vino Protropo. 239. 434. Protropum vinum est quod ante calcatas uvas sua sponte defluit. Plin. H. Nat. Lib. XIV. c. 9. *Sed inter hæc genera potuum ponere debeo protropum: ita appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur uvæ.* Columel. XII. 27. vocat *mustum lixivium.*
Provocabilis 186
Provocare per podicem 90
paulo Proximius lenimentum 413
Proximos nativitati infantes 214
mollibus Prunis impositæ 272
Pruriens corpus fœminando correxit 399
Psilothro expoliandum. 293. Ψίλοθρον est medicamentum depilatorium, quod pillos corrumpit, cutem depilat ac deglabrat. Quidam unguentum vocant; verum eos redarguit Henr. Stephan. in Thesauro Ling. Græc. T. IV. pag. 708. cum ait: Non est unguenti genus, aut certæ cujusdam compositionis nomen, ut aliqui existimaverunt, sed quæcunque medicamenta aut illita aut affricta pilos demunt, Ψίλωτρα dicuntur. Meminit ejus Martial. Lib. III. Epigr. 74. *Psilotro faciem levas, & dropace calvam. Numquid tonsorem, Gargilione times.* & L. VIII. Epigr. 93. *Psilothro viret* &c. Vetus Gloss. Græco-Lat. Ψίλωθρον *Miredila, Mirendila, Auripigmentum.*
Psisanæon 302
Ψόας aprorum clunes 120
Ψυχρολουσία, i. e. frigida lavari, seu frigidum lavacrum 32. 207. 316. 325. 404
Psychrolusia 340
Ptarmica 325. i. e. sternutatoria 334
Πτύγματα. 197. Ptygmata 326. 294 i. e. complicati panniculi, & in sinus convoluti. Vocat & *Plagulas*, & pag. 320. *multiplicata linteamina.* Theodorus Priscianus. Lib. II. cap. 2. male *Pertigmata*
Πτύσις influxus ad thoracem vel pulmonem 277
Pubentes, i. e. pubescentes 346
Pubetenus, Græc. ἧτρον 19. 120. 193 216. 270. 419
Pulento frixo 280
Pulicaria. i. e. Psyllium 117
Pulmenta. 26. mox pultes vocat
Pulmentum assum 201
—— coctum *ibid.*
—— falsum *ibid.*
Pulmentum, i. e. cibi mediæ materiæ 26. 200. *ibid.*
Pulmo insensibilis 83
ex Pulmonis calamo, i. e. aspera arteria 291
—— cannula 294
Pulso mentis judicio, i. e. excitato 245
Pulsuosus dolor 80
Pulsu maligno 369
—— obscurato 250
—— submerso 8
Pulsus celer 80. 138
—— celerrimus 74
—— celsior 72
—— creber 155
—— debilis 308

Pulſus deficiens 6. 81
—— demerſior 106
—— demerſus 107
—— denſior 9. 80
—— denſus 57
—— deferens 81
—— diminutus 73
—— durus 74
—— erectior 115
—— erectus 52
—— febricitans 71
—— veluti fluctuans 81
—— quaſi fluens 107
—— formicabilis 100
—— formicalis 308
—— fortis 80
—— humectus 72. 74. 106
—— humilis 56
—— humilior 9
—— imbecillis 74. 115
—— imbecillus 113. 318
—— inæqualis 54
—— inanis 52. 53. 115
—— inflatus 55
—— inordinatus 54. 81
—— intercapedinatus 54
—— coacervatim interiens 57
—— latens 100
—— magnus 53. 74
—— malignus 163
—— marceſcens 11
—— obſcurus 107
—— ordinatus 54
—— parvus 6
—— parviſſimus 113
—— piger 52
—— plenior 57
—— plenus 72. 74
—— rarus 56
—— ſubinflatus 15
—— ſubmerſus 8. 11
—— tardus 53
—— tremulus 107
—— validus 113
—— vehemens 74. 99
—— velox 57
Pulſus amputatio, ἀσφυξία 371
—— defectio 96
—— denſitas 12. 25.
—— erectio 72
—— humilitas 25
—— magnitudo 113
—— obſcuritas 196
—— parvitas 371
—— percuſſus fortior 52
—— ſaltus 54
Pulſus reſurgit 108
Pultem calidam, madidam 86
—— craſſiorem ibid.
Pultes oleatæ 120
Pulticula conſtrictior, i. e. craſſior 87
Pulviſculum facientes 405
Pulvoſo atteſtante terrore 386
omni Purgamento abſolutas [ſquillas] 349
novæ Purgationis, i. e. menſtruæ 214
Purgativa medicamina Græci Καθαρτικὰ vocant 92. 207. 265
Puritatis metas aliis ex animalibus docet 399
perfecta Purulentatione 427
de cunctis Purulentationibus 415
ad Puſtulationem partium 169
—— corporis ibid.
Puſtulationem locorum faciendam probaverunt 405
ne vicinantia uſta Puſtulentur ibid.
quo ſuperficies corporis Puſtuleſcat ibid.
Putamina bulborum molliunt 125
Putredo magna Græcis νομή. 367. *Vide ſis* Gorræum Defin. Medic. p. 315. & Fœſ. Oecon. Hippocrat.
ſtercora Putria egeruntur 429
Putruoſum ulcus 310
Pygolithon 221. vox procul dubio corrupta.

Q

QUaſſabilis 58
Quaſſatio ibid.
capitis Querela, i. e. dolor 145
tuſſiculæ Querela ſequitur 430
Quicquam ſingulare 55.

Quo-

Quomodo *pro* Quoniam. 17. 34. 40
—— i. e. quod 111

R

RAdius virilis 163
Radix virilis i. e. colis 253
Ramentosa 371
Græci Ῥάχωσιν vocant 439
vaporem Rapere, i. e. attrahere 134
Raptorio machinamento gestetur 340
Raptu alterno per membra tentari 69
—— vexatis, i. e. spasmo laborantibus 150
Raptus, i. e. adductio materiæ 155
—— in exercitio factus 400
—— i. e. convulsiones 6. 10
—— corporis Græci σπασμὸς 74. 358
—— sive contractio nervorum 164
Raptus cucurbitarum, Græci κώωας vocant 23
—— levissimos cucurbitæ 86
Raritate viarum 110
sui ratione, i. e. ex sua natura 314
Recalefacere 71
Recenti aqua, i. e. dulci 295
Recepta tenet vitia 399
Recessu facili 116
Recolamus, i. e. relocamus 257
manum Recolligunt 73
lecto Recollocandus 203
Recordatio difficilis 56
Recorporandi virtutem 145
Recorporativa curatione 222
—— virtute 404
Recorporativæ virtutis, quam Græci μετασύγκρισιν vocant. 125. 169. 281. de hac voce vide Ducange Glossar. Med. & inf. Latin. V. *Recorporare*
Recorporativis adjutoriis 169
quod Recte probamus 353
Rectos epilepticos, i. e. erectos 219
Recuramus 220
Recurare 202. 339
Recurrere ad signa salutaria 56
—— in solutionem 108
—— in febres 108
Recursio 131
Recusanda 96
Recusanda abstinentia 434
Recusare *est* improbare 31
Recussabili fera [*utatur*] quam Italicam vocant 340
ad mediam partem Redacta 377
Redarguere, i. e. cohibere, impedire 34
materia Redarguit, i. e. avertit 370
ad modum præmixti lactis Redeat. 414
Redulcerantur. 297. i. e. de novo ulcerosa fiunt. Columella Lib. VII. cap. 5. *Plaga redulceratur.* Vet. Gloss. Latino-Græc. *Redulcerari* ἀνέλκεσθαι.
Redulcerantia 297
Redundantia humorum 94
—— i. e. copia 114
Referiat medicamen. 367
Reflabilis cibus 361
Reflantia medicamina 348. i. e. diaphoretica
Reflari 22
Reflata siccositas, i. e. efflata 101
Reflatio 198
loci prominentia Reflatur, i. e. retrocedit 431
Refracti 122
nefrequenti officio causa Refricetur 424
Refundendos cineres, i. e. effundendos 180
Refuso lacte 376
Regionaliter obesse 103
Regulam dixit siccam, i. e. diætam. 407
Regulantur sive diriguntur eorum virtutes 332
libris Regularibus, quos diæteticos vocant 292
Relabent, i. e. relabuntur 319
Relatio laboris 72
Relaxator fluentium 124
faciens aqua tepida Relevanda, *malim* relavanda 366
Relevati 14
& Relevatio sedentibus 427
quæ nullam faciat Relevationem, i. e. nubeculam, ἐνυάρημα 416
Relocare 216

Re-

Remissibili quadam digestione 297
Remissivis rebus ac congruis tumentia relaxare 139
Remordentibus materiis 289
Remordentis vini, i. e. adstringentis 303. 311
Renalis passio. 415. i. e. νεφρίτις.
Repercussibilis usus 207
Repercussu 117
Reposita caro, i. e. diu servata 78
Repræsentant stomachi vigorem, i. e. restituunt 119
Repulsione, i. e. refutatione 282
linteolum Resimplicatum, i. e. reduplicatum 406
Resinale 302
Resinalia 310
Resipiant 275
Resonans singultus 72
sensus quidam Resonatium articulorum 408
Resonus 344
Respiratio anhela 107
—— calida 94
—— exstincta 56
—— facilior 115
—— humanior 51
—— insustentabilis 107
—— levior 115
—— major 56
—— parva 107
—— tardior 56
—— tetri odoris 94
Respiratio crassescit, i. e. fit tarda & alta 56
—— efficitur levior 107
Restringi celeriter 108
Resumere ægrotantem, i. e. reficere 51
Resumi gestatione 341
Resumtus, i. e. cibo refocillatus. 86.
Resumtio, i. e. refectio, restitutio. *Barth. Adverf. pag.* 2554
Retangentes, i. e. sæpe contingentes 295
Retardatum mictus officium 418
vulnera Reterget 310
Retrogressus 199
Revincendæ passionis, i. e. evincendæ 136
Rheumatismus levis humoris fluor 100
cum Ridiculo delirare, i. e. risu 12
Ῥίγος, rigor naturalis seu mordicatio. 191. Glossar. Philoxen. Ῥῖγος *Algor.* Latinis *Rigor*, Videsis Fœsii Oeconomiam Hippocrat. & Gorræum Definit. Medic. V. Ῥίνος.
Rinenchyton. Ferramentum seu instrumentum quo naribus aliquid infunditur. 272. 326. Vide Joan. Rhodium ad Scribonii Largi composition. 7. pag. 38. qui *Rinenchyten* legit.
Risus tacitus 10
Robur corpusculi solubile 108
—— dimissum 108
—— passionis 406
Ῥοῦχος stridor gutturis 73. Ita forte leg. 100. ubi Ῥόγμος.
Roscida sudatio, i. e. sudor colliquativus 40
Roscidus sudor 318
Roseo oleo, i. est rosaceo 118
Rotundata, i. e. in pastillos formata 378
Rubi foliis, quem Græci Βάτον appellant 118
Rubor cutis faciendus 303
—— quem Gr. φοίνιγμον appel. 411
Rubrior sanguis 89
Rubus est agrestis celsæ coma 86
Ructatione jugi 383
Ructationes acidæ 206
—— fumosę 185
—— tetræ 428
Ructationibus 172
Rudimento temporis 208
Rugitus interiorum, quem Græci Βορβορυγμόν appellant 318. 387
Ruma gutturis circulus 281
ad Rumam quam Græci Βρόγχον appellant 429

Sac-

S

SAccelli ex cantabro calido completi 172
Saccellis laneis 89
Saccello incluso. 89. i. e. minutissimo sacco, unde & *Sacellare*, i. e. per saccum talem transmittere vel percribrare. *Barth. Adverf.* VI. *c.* 17. *pag.* 285. derivatum a *sacco*, quod *exprimo* exponitur a Glossatore Arabico-Latino. *Id. c.* 19. *pag.* 289
Sacrum, i. e. magnum 105
Sæpius, i. e. tantum 187
Sale torrido implere saccellum 404
cum Salis flore, quem Græci ἅλος ἄνθος vocant 364
Salis (ita lege pro *Solis*) igniti vaporatio 404
Saliva crassior 95
—— exusta, i. e. tenax, viscida *ibid.*
—— indigesta *ibid.*
—— reflua *ibid.*
Salivosus 54
ob Salsitatem 376
Salsum, i. e. salsamentum 325
Saltibus implicatis 106
Saltu agitata corporis pars 240
Saltu errante, i. e. vago motu 144
vel Saltu 420
Saltus, i. e. cordis palpitatio 72. 151
—— cordis 238
Saltus inferioris labii 56
Salutaris corpori particula, i. e. ad vitam summe necessaria 111
erit Sanabilius 395
Sanguinatio fit 385
fluunt Sanguine 287
ægrotantes fluunt Sanguinem limpidum 286. 287
Sanguinis solutionem fieri, i. e. fluxum 286
corpuscula gelati Sanguinis 289
Sanguinolentia oculorum 7
Sanguis flavus 287
Sanguis parvus, i. e. paucus *ibid.*
—— plurimus *ibid.*
—— spumosus *ibid.*
—— subtilis 103
—— tenerior, i. e. tenuior 288
—— tenuis 103
—— visco acervatus 418
Sanguis plurimum fervens 287
Sanguis ferri perspicitur 287
Sanguisugæ, i. e. hirudines 198. 421
Sanguisugas Græci βδέλλας appellant 135
Sanitas laudabilior 225
Sanitas datur, i. e. redditur 436
Sanitate liquida 227
differendam Sanitatem, i. e. consolidationem 313
vehementius Sauciare 395
Saucietas 302
lienis duritia vel Saxitate, quam Schirrosin vocant 327
Scamma. 265. Terminus seu limes deambulationis in arena, aut spatii quod transiliunt, qui saltu se exercent. Fiebat autem is terminus ducto sulco, unde Philoxenus in Veteri Glossar. Σκάμμα *fossum*. Vossius *in Etymol.* V. Scamina legit *Fossa* non *Fossum*. Est & Σκάμμα pars circi σφενδόνη opposita, qua parte latior est. Du Cange Gloss. Med. & infim. Græcit. *Scammata, arenæ, ubi Athletæ luctant*. Isidor. in Glossar. Plura desideranti suppeditabit Petr. Faber Agonist. Lib. II. cap. 1. & c. 7. ubi hunc Cælii locum hoc modo refingit. *Ordinat præterea idem* [Asclepiades] *in arenæ spatio quod appellant deambulationem atque transcensum lignorum*. Sic enim malo, ubi vulgo scriptum *deambulationem quod appellant Scamma*.
Scammonia, Græci diagridium 305. 24
Scammonia detrahere materiam 344

Scaphia posita 374. scaphia sunt alvei seu pelves ac vasi fæcibus alvinis recipiendis dicata; ita enim Papias; *Schaphium vas ad turpes usus aptum, id est ad requisita naturæ*. Perottus Sepuntinus Cornucop. pag. 574. *Ab hujus* [sc. scaphæ] *similitudine scaphia dicuntur vasa, quæ sordium, & purgandi ventris causa fiunt*. Ita etiam Ulpianus leg. 27. §. 5. ff. De Auro, Argento legat. *Argento legato, non puto ventris causa habitu scaphia contineri, quia argenti numero non habentur*. Verum Julius Pollux Lib. X. cap. 9. quo describit vasa excrementis faciundis inservientia, tradit σκάφιον fuisse mulierum, quemadmodum λάσανον virorum.
in Scaphulam deponi 228
Scaroticis medicaminibus, i. e. escharoticis 330
Scarosin, i. e. Escharosin 228
Scatebræ Græci Ἰόνθους vocant 73
Scatentis stercoris, i. e. bullientis 365
Scatere, i. e. spumare. 299. ebullire 370
Schema jacendi 15
Schirrosis, extans durities 327. saxitas.
cum alumine Schisto, i. e. scissili 279
lac quod Σχισὸν appellatur 382
Scilla *Vide* Squilla.
Σκότωσις 74
Σκύβαλα, i. e. excrementa ventris 32
Secum mixta, i. e. sibi invicem 104
Secundo, i. e. exinde, seu postea 212 414
Secundum, i. e. paulo post 55
Secundum papillam 111
Sedes, i. e. sanitas 11
Sedimina, i. e. sedimenta 417
——— purulenta 431
cum aceti Sedimine 413
Sedimine crassiore 418
cum arenoso vel capilloso Sedimine 419
Segnescentibus, i. e. parcius exeuntibus 87
morborum pulsa Segnitie 421
Sella bajulatoria 24
——— portatoria 198
Semiclausum os 50
aquosa Semina 422
Seminali medicamine poto, i. e. emulsione ex seminibus papaveris &c. 47
Seminis elapsio 107
——— jactus 107. Lucretius IV. 1268. *atque locis avertit Seminis ictum*. Faber *semine jactum*. Id enim convenientius dicitur, cum *In eo Venus, ut muliebria conferat arva*.
——— lapsus 107
Semperviva, quem ἀείζωον vocant 118
Senilibus annis affecti 94
Sensibilis vomitus, i. e. gravabilis 264
Sensio stomachi, i. e. insertio 72
Sensuales vias Græci αἰσθητήρια vocant 4. 17. 356. 439
Sensu summo atque attento habitantur i. e. afficiuntur 154
ad Sensum patientis 401
Serrago cornu caprini, i. e. ramenta 30. Cervini cornu, quam Græci ῥίνημα vocant 394
Servabilia 50. i. e. observatione cognita
Servabitur, i. e. cavebitur 309
Servanda, i. e. cavenda, vitanda 227
——— i. e. observanda 226
Servandus, i. e. vitandus 147
longe Servantes, i. e. caute fugientes 136
Servationem intuens, i. e. observationem 142
Servientes, i. e. servi ministri 19
juxta Sessionem veretri, i. e. infimam partem 418
Sessioni, quam Græci hedram vocant 372

Ses-

Sessionis, i. e. longi intestini 192
consensus Sessionis oculorum, i. e. orbitæ 277
Sessorium 24
Seutlophache est beta cum lenticula 127
Sextarii 31. Sextarius quale mensuræ genus fuerit accurate demonstraverunt Joan. Rhodius de Ponderibus & Mensuris p. 27. & Eduard. Bernardus de Mensuris & Ponderibus pag. 21. & seq.
Sexualibusmanibus, i. e. alter usfemine 182
Siagonæ 204. 220
Siagonitæ musculi buccarum 69. 72. 148. 152
Sibilatio vel stridor 308
Sibilatus vehemens 99
—— asper ibid.
Siccabilem, i. e. siccandivi præditum 354
Siccabiles 355
Siccatis spongiis, i. e. expressis 369
quæ Siccaverunt. 19. forte legendum quæ *sicca erunt* vel *sicca fuerunt*.
Signa præsentia 115
—— concurrentia ibid.
Significatio non ex uno vel duabus, sed multis concurrentibus firmatur 9. 114
Significatio confirmanda 115
certa Significatione indicant 8
Significationem accipere 115
Significationes, i. e. signa 69
sufficit ad disciplinam Significationis faciundæ 356
Signis manifestis atque promptis 385
Signum quid 8. 9.
—— indicabile 55
—— & accidens qui differant 110
Similare crassitudinem mellis 118
Similare saniem vel cruorem 113
Similigena admiscemus 90
Servanda simplicitas curationis 411
Simplicitate miti confecta cataplasmata 113
Simyla 101
panis Similaceus qui & *semenillus* vocant. *Vide* Du Cange Glossar. Med. & Infim. Latin. i. e.
Sinapisandas manus 228
alternis Sinapisat diebus 407
Sinapismus adhibendus 346
Sinat, i. e. desinat 7
Sinceritati propinquantes 73
nisi forte Sinistri, hoc est σκαιοὶ fuerint ægrotantes 403
Sinu feminarum 420
Sinuatis clunibus 401
Sinum muliebrem 417
Sitis insatiabilis 318
—— extenditur, i. e. augetur 336
Σμήγματα, quæ nos lacessentes atque purgativos pulveres nuncupamus 364. Glossar. Vet. Græco-Latin. Σμήγματα *Lomenta*. Gorræus Definition. Medicar. pag. 485. Σλήγμα ἡ Σμήλη, est pulvis siccus qui cuti non unctæ inspergitur ad eam detergendam &c.
Sola probanda, i. e. simplicia 378
Solicationes (i. e. solationes), quas Græci ἡλιώσεις vocant 364
Solidare glutinata 297
Solidati articuli i. e. indurati 409
Soliditas liquori accedit 87
Solio oleo calido pleno ægros dare 389
Sollicitam habentes calcis vel auripigmenti injectionem, i. e. periculosam suspectam, minime tutam 370
Sollicitare, i. e. sollicitum reddere 76
Solubilis, i. e. resolvens, relaxans 116
in Solutionem laxari 112
—— i. e. crisin venientes 114
Solutionem sollicitam provocant 94
Solvi, i. e. animo linqui 112
Somniosi, i. e. somnolenti 114
Somnum decusserit æger 223
Somnus altior 108
—— concisus 221
—— inanis, qui nihil confert ad valetudinem 212
—— intemporalis 18
—— suspensus 221

Somnus turbulentus 99
—— opportunus minus cibo reficit 21
—— permittendus 101
Sonitus capitis 9
Sorbilem dabimus succum 434
Sorbili sopori simili 57
Sorbilia 434
Σπαραγμὸν, i. e. inanem cum magna anxietate conatum. 227. σπαραγμὸς idem quod σπασμὸς *convulsio*, *laniatus*. V. Fœs. Oeconom. Hippocr. p. 578.
Spasmus *hoc est* membrorum conductio 56
Specialis concursus 114
—— significatio 429
Specialius jactantur, i. e. exitialius 171
Specularia detrahentes 120
Speluncosa loca *ibid.*
Spermaticos poros, i. e. vias feminales 181
ex primo cervicis Spondylo. 204. i. e. vertebra; legendum est *spondulo*. Σπόνδυλος enim apud Hippocratem. L. I. Sect. II. Porrh. vocatur secunda cervicis vertebra. Vide Gorræum Defin. Med. V. Σπόνδυλος
ad ultimum Sphondylum 204
Spiramenta, i. e. carnium interstitia 344
—— obstruere, i. e. guttur & laryngem. 226
Spiramentis facilibus 198
Spiratio, i. e. respirandi organa 283
—— circum dolens 80
—— celerrima 81
—— difficilis. 99. Græcis δύσπνοια 80
—— frequens 80
—— hirta 171
—— obtusa 80
—— ordinata 14
—— præfocabilis 113
Spirationem facilem facere 116
Spiritus sunt tenuissima corpuscula 333
Σπλάγχνα interanea 429
Spumatio oris 131
Sputa abundantia 90
Sputa alba 307
—— dulcia *ibid.*
—— feculenta *ibid.*
—— fellea 99
—— flava 90
—— florida *ibid.*
—— fulviora 99
—— fumosa quasi fuliginosa *ibid.*
—— livida 90
—— mitiora 91
—— prasina 307
—— purulenta *ibid.*
—— salsa *ibid.*
—— sanguinolenta. 83. 99. i. e. cruenta 307. quæ Græci αἱμάλοπα vocaverunt
—— segniora 93
—— spumosa 90
—— spumosiora 99
—— tenuia 90
—— tussita 83
—— varia & contra naturam 85
Sputa agere 91
—— excludere 97
—— jactans 99
Sputamina 308
Sputis limpidis *ibid.*
—— mitescentibus atque segnescentibus 87
—— parvulis 307
—— saniosis *ibid.*
Sputorum emissio 97
cum plurimo Sputu 381
Squilla. 258. vulgo vocatur scilla, de cujus specie vide Bavhini Pinacem Lib. II. sect. 4. pag. 73.
Stantes in rotunditate maculæ 73
Stanti exercitio moveatur, i. e. statario 221
Statio, i. e. torpor. 66
in Statu accessionis 117
—— passionis 2
exspectato febrium Statu 35
Statum sumere 72
Statum infirmitas acceperit 24
Stercora coagulata magis atque coa-

cta 385
in Stercoris venire qualitatem *ibid.*
Sternutamenta Græci ptarmaca vocant, i. e. sternutatoria 60. 207
Stimuloso desiderio 181. 425
Stomachi querela 317
Stomachici quinam sint 74
—— cardialgia laborantes 113
Stomachum immobilem, ac fixum, vel inflexum permanere 172
—— i. e. gulam 251
Stomachus tumens 92
—— supinus 202
De varia vocis *Stomachi* significatione *vide* Hieronym. Mercurialem Variar. Lect. Lib. I. cap. 1.
Stomatica. 273. *leg.* Ἀναχρωματικά.
Strabos effingit ægrotantes 213
Stramenta tenera & tritiora 116
—— duriora atque frigerantia 424
Stramentis mollibus jacere 85
Stramina concava facere 116
molli Stramine 411
Stridor resonans 100
Strigilis rasio 389
Stymmata, i. e. leviter stringentia 134. Gorræus Definit. p. 436. Στύμματα ait, dicebantur veteribus unguenta solidiora & corpus habentia, eaque erant odorata.
Stypteriazas aquas, i. e. alumenis naturam exhalantes 360
Συπτήρια. 294. Vetus Gloss. Græco-Lat. συπτηρία *alumen*, *aluta*.
σύψις constrictio 367. 372
σύφοντα Græci vocant, quæ siccare valeant. 372
Sub his partibus 113
Sub hoc argumento 92
molles sive Subactos Græci μαλθακὺς vocaverunt 398. 399
Subdolens faucium sensus 131
Subjecto obstaculo, i. e. objecto 217
Subinanis erectio 11
Subinflari 269
Subinflatus vultus sive plenus 9
erunt Sublevandæ vires 435
Sublevandarum venarum, i. e. elevandarum 137
Submittere, i. e. submovere 404
Submotis cataplasmatibus 87
Subrectione inflexibili 132
Subridere 11
difficilius & dolentius Subrigant 402
rursus Subsidunt 401
Subunctionibus utemur 136
Suburunt 125
Succedentes invadere, i. e. liberos natos 408
sectarum Successores 146
Successus, i. e. successores liberos seu fœtus 246
Succulentos homines, seu facile curabiles 289
Succum, i. e. cremorem 220
Succus, i. e. ptisana 95. 102. 103
Sudare recte 115
Sudari, i. e. exudare 436
quorum gingivæ Sudaverint sanguinem 332
Sudor æqualis 115
—— aquatus 107
—— calidus 115
—— coacervatus 107
—— crassus *ibid.*
—— diaphoreticus 115
—— extentus 20
—— frigidus 115
—— igneus 73
—— immodicus 115
—— inæqualis *ibid.*
—— inutilis *ibid.*
—— loturæ carnis similis 107. 115
—— modicus *ibid.*
—— parvus 107
—— perniciosus 115
—— plurimus 107
—— male redolens. 107. non male 115
—— repentinus 107
—— roscidus 213
—— salutaris 115
—— succidus, i. e. glutinosus 107

Su-

Sudor tenuis 107
—— tractuosus, i. e. glutinosus ibid.
—— viscosus ibid.
—— adest 113
Sudores frigidi 56
—— glutinosi ibid.
—— mediocres 114
—— prosperi, quos Græci Criticos vocant ibid.
—— tenues 58
Sudores constringens 114
Sudoris ordo ibid.
—— qualitas ibid.
—— quantitas ibid.
Sudoris ignei defluxio 275
Suffecta strictura, i. e. excitata, genita 100
—— collectione 428
Sufficitur passio 106
Sulcata pannositas, quam Græci Ῥάκωσιν vocant 24
donec mellis Sumat crassitudinem 370
Summitas cordis 16
—— nasi 308
—— stomachi 325
—— vertebrorum 400
in Summitate cutis 428
Summitate accensos ligneos fungos 405
ad Summitatem pedis 401
Summitates digitorum 308
—— articulorum 121
Sumptiones, Græci Μιταλήψεις appellant 4
Σύντηξις, defluxio 308
Superaspergere 404
quod ex confectione Superat, i. e. superest, remanet 370
Supercreatam, i. e. adventitiam 350
Superdestillantes liquefactam calcem 405
Superflua, i. e. excrementa 419
Superimponere 404
Supermisso liquore 377
Superpositæ cutis inflatio 171
Superpositionem, i. e. paroxysmum 302
Superpositionis tempore 319
Superstitione traducti 243
Superunctiones tenuabiles 139
Supinæ positionis jacendi facultas 99
Supinatione stomachi, i. e. debilitate 378
Supinatis ægrotantibus 428
Supinitate stomachi decoqui 113
Supinus stomachus 202
Suprapositionis, i. e. exacerbationis 194
factam Susceptionem puris, quam μεταλήψιν vocaverunt 430
Suspensa positio palpebrarum 213
Suspensio palpebrarum 144
Suspenso lecto moti ægroti 24
Suspirum, sive spiratio difficilis 84
Sustentatæ pulmonis partes 82
quæ corporis superflua Sustineat acriora 418
Sustinere nutrimentum 92
—— transitum stercorum. 439. materiæ ibid.
Sustollere 75. 428
Συμπάσματα, i. e. aspergines 421
Συμπάσματα 341. Συμπάσματα dicuntur quæ aliis διαπάσματα & καταπάσματα Fœs. Oeconom. Hippocrat. pag. 595. V. Συμπάσματα.
Sympasmatibus utentes quæ nos aspergines dixerimus 124. 222. 335
Synanchica passio 98
causas Synecticas 31
per urinam corporis defluxio, quam Syntexin vesicæ vocaverunt 340

T

Tabellam alearem autferuleam 255
Tabida corpora 436
Ταχύπνοιαν, celerem spirationem 275
Tactus judicium adhibere 115
Tamquam, i. e. utpote 51
Tantum latens, i. e. adeo 429
Tardans passio 383. 410
longo tempore Tardante 425
Tardationes 257
non Tardet in corpore 425
passio Tarditate inveterata 404
Tardius, i. e. diutius 367
Tegmen inanimatum & insensibile 107

Tem-

Temporaliter 63. 302
—— abundare 106
Temporalis acceſſio, i. e. particularis paroxyſmus 115
Temporum annales partes, i. e. anni tempora 289
Tenacior ligatura 294
—— ligatio 321
blanda manuum Tenacitate 370
Tenebratio viſus 218
—— vel caligo 213
Tenebricoſitate vexatur 215
Tendere medicaminis virtutem, i. e. intendere 299
Tenere, i. e. retinere 122
Teneribus ſtramentis, i. e. teneris 321
Teneriorum inteſtinorum, i. e. tenuiorum 369
Teneritudinis 298
Τενοντάγραſi majores tenuerit nervos 408
Tenontas Græci vocant nervos majores 135. 204. 220. 409
Tenſio ſicca 113
cum Tenſione inguinum 420
habitudine plenis Tenſiores, i. e. ſeu potius *lege* Tenuiores 415
inteſtinis Tenſioribus, i. e. tenuioribus 428. forte legendum *Tenerioribus* uti pag. 429
Tentantibus. i. e. pronis, declivibus 149
Tentiginem genitalium 182
Tenuabiles ſuperunctiones 139
Tenuat atque dirarat motus 24
membra Tenuata langueſcunt 409
ſi majores Tenuerit nervos 408
cruris Tenuitas, quam Græci atrophiam vocant 401
corporis Tenuitas nimia 416
Tenuiter maſticans 202
Tepidare aerem 300
Tepores adhibere 91
Teporibus admotis 315
Terebratis oculis quod Græci παρακέντεσιν vocant 244
Terga præuncta, i. e. coria quadrupedum 259
Terram perfundere frigido liquore 116
Terrena cubatio 400
peregrinatione Terrena atque maritima 244
Teſta ſepiarum, i. e. oſſa 360
terebrationem Teſtæ, i. e. cranii 228
Teſtea vaſcula, i. e. terrea, figulina. 320. corpora 438
Teſteo vaſculo 299
Tetanica paſſione 175
Τεθαλασσωμένος οἶνος, vinum ſale vel aqua marina mixtum 40. 123. 127
Teutlophace 36
Thaſpia ſeu ferulago 77
Theanitorum provincia 436
Θηρίδια beſtiolæ 395
Thorax extantior 99
Thoracis everſione, i. e. ſtomachi 315
Θρομώδες, lac coagulatum 375
Θρόμβωσιν Græci vocant, quando gelatus obſtiterit ſanguis 371
Θρόμβους Græci appellant gelati ſanguinis corpuſcula. 252. 383. Vet. Gloſſ. Græc. Lat. Θρόμβος *Grumus*
tabulæ Tiliari apponentes 406
Titillati 56
Titillatus 58. fauciam 288
Tolerato nutrimento 93
ſine ullo Tormento redduntur 102
cum inteſtinorum Tormento 431
Tormentum facit partium 430
Tormentum, i. e. ileon 171. 172
ligationibus Tormentuoſi organi, i. e. vinculis carnificis 149
Torrida id eſt ſubaſſata 336
Τορυνηνὸν. 197. pulticulam ex pane 218
Τραχελισμὸς. 437
Tractuoſus, i. e. glutinoſus. 133
videtur ſuccidus exponi 115
Traditiones caducæ 53
Tragoptiſana 322. 323
dabimus Transbibenda, i. e. transvoranda 389. 390
Tranſorationis partes, i. e. oculos, nares, aures, anum 210
Tranſmutare ad alium locum 39

Tranſ-

Transpungendum linem 333
ob Transversionem, i. e. aversionem, revulsionem 126
Transvorare 10
Transvoratio, i. e. deglutitio 32
—— bibendi difficilis 149
—— contemptibilis *ibid.*
—— interrupta 56. 10
ex coadcervata bibendi Transvoratione 343
Transvorationis partes, i. e. fauces & œsophagum 226. 301. loca 289
Tribadas 398. Tribades Græc. Τριβάδες dictæ παρὰ τὸ τρίβειν, a fricando *frictrices* appellatæ. Tertullian. de Pallio c 4.
Triobolon, i. e. dimidiam drachmam 65
Τροχίλιον Græci rotulam appellant 262
Trochisci medicaminis Trigoni appellari 280
Τρωφήματα 396
Tumentia capitis 22
—— provocat & geminat dolorem 156
Tumor insidens atque roboratus 386
Tumoris intestinorum, i. e. phlegmones 177
Turbor novus 41
Turbore corpus impletum, i. e. inquietudine 48
Turbore digesto 86
cum Turbore effici 53
Turborem corporis efficiat 126
—— altiorum partium ostendunt 393
Turbulenta insania 9
—— insomnia 221
Tussicula 99
—— arida 314
—— uvida *ibid.*
Tussicula vehementi 432
Tussicularia medicamina 301
Tussicularis herbæ radicem, i. e. tussilaginis 282
vitiato Typhlotero, quod nos cæcum intestinum dicere poterimus 252

V

VAcandi dulcedo, i. e. otii, quietis 408
Vacatio sc. a motu 411
Vacua fortitudo, i. e. inanis 11
Vacuos homines, hoc est sine aliquo exercitio vitam ducentes 208
Validus Venerem poscit 400
Vana caro concrescit, i. e. luxurians, superflua 437
Vaporatio caput exagitat 47
Vaporibus igneis usi sunt 405
ὑδατώδη 191
ὑδρέλαιον, calida cum oleo mixta 19
Vehementescere 110. 276
Vehementescit passio 29
si in Vehementiam passio venerit 320
ultra naturæ modum Vehementius elatum, i. e. copiosius allatum nutrimentum 436
Vehiculo manuali 339
Venæ majori quam Græci quilem (lege κοίλην, i. e. *cavam*) appellant 350
Venam crassam Græci φλέβα παχεῖαν vocant 16
Venam dividentes 406
—— dividi 89
Venas nigras apparere, i. e. varices 329
Venenati, i. e. veneno sublati 84
Venerem adhibere 406
naturalia Veneris (sic lego pro *ventris*) officia celebrante (sc. corpore) 400
in phreneticam passionem non venerunt 6
donec in succum Veniat 36
donec ad mediam Veniat partem 376
Venire in salutaria signa 108
plurimo Vento tradidit, i. e. summa jactatione, inani opinione 339
Ventositas stomachi 318
cum inflatione ac Ventositate 430
Ventositate laborantibus 387
Ventositatem tollere 90. 348
Venter abstentus 403
—— agnoscit officium suum 21

Ven-

Venter facilis efficitur 198
—— patiens indignatur 366
—— strictus 65
Ventrem commovere 103
—— deducere 90. 355
—— deducentes 331. 333
—— extentum jugiter 172
—— facilem cupit 265. 356
—— facere, i. e. exonerare 374
—— in fluorem moventia 97
—— in orbem tumoris sublevatum 172
—— mitius emollire 297
—— mollire 321
—— provocandum dicunt 354
Ventriculatio 172
in ventre, i. e. Ventriculo 395
—— si fuerit collectio 428
Ventriculosi, i. e. cœliaci 373
Ventrificationem fieri 356
Ventriflua medicamina 233
Ventris dilatio 198
—— facilitas 356. 403
—— interiora aperientes 124
—— officium densent. 434. laxent. 125
provocari. 434. teneat.
Ventris, i. e. ventriculi 184
juxta sessionem Veretri, i. e. infimam partem 418
virilis Veretri tracta 399
Veretri radicem dolor afficit 382
—— initium quod Græci perineon vocant 418
—— vertigo al. tentigo 425
per muliebre Veretrum, i. e. pudendum 429
Verrendum humorem sive deducendum 312
Verricosa inflatio, i. e. acuminata, fastigiata 427
Vertebræ Gr. ἴσχιον 35. 400
Vertebrorum summitas 400. dolor, ibid.
Verticem facere, i. e. tumorem 83
Verticem intestinorum, i. e. sinus amfractuosi 170. 171
ad ejus Verticulum, quem Græci ἀστρίδιον vocant 356
Vertiginem rotæ 209
Vesiculosis, i. e. spumosis 171
a Vestigio aut plantæ cavitate 409
panis Veteratus 438
Vexabile 22
Vexabilis 63
Vexabiliter 63
Vexata fumi afflata 20
Vexata membrana cerebri 7
stomachi Vexativa 332
Viæ mente sensæ 83
Vicinans corpus 111
Vicinantia capiti loca 59
—— latera 82
—— usta 405
Vicinantibus ossibus 83
Vicinantis cordis 81
Vicinare, i. e. appropinquare 79
Vigilanter silere 181
Vigilantia 85
ex Vigilatione sequenti 223
Vigiliæ juges 99
Vinctiones, i. e. spasmodicas contractiones 170
Vinum Albanum 121
—— album ibid.
—— aquatum 50
—— mediocriter asperum 439
—— Chium 50
—— non confusum 121
—— exercioris virtutis 369
—— Falernum 121
—— hypausteron, i. e. asperius 323
—— immodicum 127
—— incongruum ibid.
—— inflabile ibid.
—— intemporale ibid.
—— lene 222
—— Lesbium 121
—— Marsicum 380
—— Meracum 50. 127
—— parvum 222
—— Prænestinum 380
Vinum Rhodium 50
—— Sabinum 121
—— Setinum ibid.

Vinum Signinum 380
—— subausterum 121
—— Surrentinum 121. 380
—— temperatum aquatissime 222
—— τιθαλασσώμενον, i. e. cui sal est admixtus 127
—— trifolinum 121
—— Tyburtinum ibid.
—— vividum, i. e. uvidum, humore multo dilutum 299
Vina firmiora 121
—— leviora ibid.
—— nutribiliora ibid.
—— tenuiora ibid.
Vino non aquato 332
—— duro 312
—— flavo ibid.
—— lymphato, hoc est aqua temperato 379
—— nigro 312
—— protopo, i. e. sponte defluente 379
—— vehementiori, i. e. austeriori 419
Vires surrexerunt 121
Virili Veneris officio 400
Virtus, i. e. efficacia 368
Virtus corporis eccitatur 307
Virtutis ferventis 96
—— exercitioris vinum 369
Virtutibus, i. e. medicamentis 143
Visa Græcis φάντασματα 17. 124
Viscellum simplex Gallinaceum, i. e. jusculum. 49. facile corrumpitur ibid.
—— innutribile 68
—— ranarum 158
Viscosius [male viscosus] lac 377
Visus nubilosus 99
—— nubilus ibid.
—— palpebrans 9. 10
—— piger atque segnis 334
Vitalia interna 430
nervorum Vitiabilis potio, i. e. nervos lædens 281
Vitiaverit partes corporis, i. e. vitiatas habuerit 146
quæ Vivida virtute constringere valent 379
Ulcera limpida 435
—— tardantia 436
in Ultima parte ventris 428
sub Ultimis ossibus 427
ut quidam Uncati permaneant, i. e. curvi 416
Uncatio unguium 107
Unctio non exerta, i. e. toti corpori adhibita 93
adhibito Unctionis præceptore 339
Universale, καθολικόν 13
Universim dicendo, quod Græci Catholicon vocant 432
Volantia 27
Volantum carnes 273
Volutatione in palæstra, quam Græci Celadiam atque Chiromachiam vocaverunt 437
Vomica Cræcis empyema vocatur 84
empyici quos nos Vomicosos appellamus 426
Vomificum medicamen, quod Emeticon appellant 139. 172.
Vomiflua seu purulenta passio 308
utitur Vomitivis jejunus, i. e. Vomitibus jejunis 361
Vomitum jejunum probamus 258
Vomitus inanis 247
—— fellosus ibid.
—— ferrugineus ibid.
—— niger ibid.
—— immodicus 248
Vomitus conabiles atque laboriosi 130
Vorare apium 97
Vox rauca 427
—— obtusa 66. 427
—— hirta 287
Vox latrabilis 159
Voce levi promantur 242
—— rauca 307
—— acuta, i. e. clangosa ibid.
Vocis depressio 74
—— silentium, ἀφωνία 74
ὑπιζωκόται membranæ laterum 79
ὑπομνηματικὸς 227
Uræam Græci vocaverunt 419

quo

quo Urgentius initia repetantur 430
Urina aquata 9. 11. 416
—— fellea 338
—— plurima 56
—— rubrior ervi similitudine 91
—— turbulenta 56
Urinæ abundantia aquatæ 9
—— felleæ 11
—— flavæ 9
—— naturali commixta 431
—— paulatim exclusæ 9
—— tenuis *ibid.*
Urinales ajunt virtutes adhibendas 305
Urinalia medicamina, i. e. diuretica 228 231. 305. 332. 354
Urinalibus medicamentis, quæ diuretica appellavit 407
Urinam dimittere 55
—— excludere difficulter. 55. paulatim 9
—— mittere 55
—— reddere 56
Ustura fervoris 81
Usum adhibeamus 396
—— servantes *ibid.*
Usum chirurgiæ non exigunt 426
Usus dexter 19
Uva fabrilis. 379. i. e. fumi vapore siccata.
Uvæ fabriles 323
Uvarum siccarum, quas fabriles appellant 377
—— fabrilium 281. 296. 377
Uvas paleales 121
—— pensiles *ibid.*
Uvida, i. e. sputa tenacia 289
Vulnerabili materia, i. e. rodente, lancinante 179
Vulnerationis sensus 110
Vulneris effectum, i. e. dolorem, inflammationem 112
Vulnus humectum 302
—— sordidum *ibid.*
Vultus albidus 73
—— caperatus concurrentibus superciliis 55
—— collectus 10
—— conductus 10. 55
—— mortuosus. 11. i. e. mortuo similis
—— subinflatus 11
Vultus adductio 144
—— conductio *ibid.*
—— moestitudo *ibid.*
—— plenitudo *ibid.*
—— rubor 99
Vultus furiales expavit 34
—— inimicos *ibid.*

Z

fricamentum quod Græci Zegma vocant. 438. rectius forte *Zema*, de qua voce *vide* Du Cange in Glossar. Med. & Infim. Latin.

INDEX II. AUCTORUM

a Cælio Aureliano laudatorum.

AGathinus 69
Lib. de Helleboro 169
Alexander Laodicensis 52
Andreas 158. 161
Andron 135
Antigenes Cleophantinus. 68
Lib. de Febribus & tumoribus
Antipater 304
Lib. III. Epistolar. ad Gallum 295
Antiphanes
Lib. quem Panoptem appellavit 393
Apollonius Citiensis 330
Lib. II. de Epilepticis 235
Apollonius Glaucus
Lib. de Interioribus 392
Apollonius Herophilus 100

Apollonius Memphites 342. 393
Apollonius Mys
Lib. XXVIII. de secta Herophili 79
Apollophanes Erasistrati sectator 108.109
Malagma seu Cerotarium 97.102
Archigenes 69. 70
Aristoteles 245
Llb. de Adjutoriis 79
Aristoxenus 169
Artemidorus Sidensis Erasistrati sectator 105. 162. 164
Artorius Asclepiadis sectator. 160. 162. 168. 169
Asclepiades. 3. 4. 5. 6. 7. 37. 38. 246. 265. 285 303. 304. 306. *passim* 414
Lib. de Celeribus passionibus 2. 16. 52. 103
Lib. I. de Acutis passionibus 33. 62. 234
Lib. II. de Acutis seu celeribus passionibus 33. 170. 178. 191. 281
Lib. III. de Acut. passion. 33. 170. 178. 191. 281
Lib. VI. de passionibus 2
Lib. de Vini datione 103
Lib. de Clysteribus 303
Lib. de Hydrope 350. 357
Lib. Definitionum 4. 79
Lib. II. Explanatorum Aphorismorum Hippocratis 130
Lib. de Periodicis febribus 68
Lib. de Finibus 184
Lib. de Lue 127
Lib. Parascevasticos 304
Lib. Salutarium ad Geminium 281
de communibus Adjutoriis 42. 305
Asclepiades Titiensis 145
Asclepius 194
Athenæus Tarsensis 53

B

Bacchius 285

C

Cælius Aurelianus. *Lib. de specialibus Adjutoriis* 21. 133. 221. 229. 236.
Epistolar. Græcar. ad Prætextatum 266
Lib. I. de Febribus 119. 123. 327
Lib. Medicaminum 272. 298. 322
de Mulieribus 183. 217
Muliebrium Passionum 257. 416
de Passionum causis 16
Lib. III. Responsionum Medicinalium 206. 274. 436
Salutarium Præceptorum 76. 341
Lib. Interrogationum & Responsionum 1. 207
Problemata 327
de Chirurgia 256. 360
Caridemus, Erasistrati sectator 164
Cassius 388
Chrysippus Asclepiadis sectator 71. 77. 234. 274. 393
Lib. III. de Lumbricis 393
Cleophantus 127
Clodius 399
Clodius Asclepiadis sectator 157
Cresiphon

D

Demarchus 323
Demetrius, Herophili sectator 2. 52. 150. 165. 238. 285. 343
Lib. VI. de Passionibus 2
Lib. XI. de Passionibus 343
Lib. XII. de Passionibus 98
Demetrius Apameus 343. 425. *forte idem qui* Aponieus & Attaleus 267
Lib. Signorum 181
Democritus 168. 162. 164
Lib. de Elephantiacis 361
Diocles 139. 69. 82. 93. 103. 305. 342. 345
Lib. Curationum 233
Lib. II. Curat. 407
Lib. III. Curationum 154
Lib. IV. de Curation. 175
Lib. de Egestionibus 393
Lib. de Febribus 28
de Passionibus & earum causis, & curationib. 28. 60. 103. 138. 154. 172. 175. 189. 232. 263. 303. 332. 355. 381 385. 407. 414
Dionysius 304

E

Empedocles 237
Erasistratus 60. 82. 88. 153. 264. 281. 303. 304. 305. 306

Lib.

Lib. II. Anatomicorum 138
Lib. III. de Febribus 29
Lib. de Hydrope 350. 356
Lib. II. Salutarium Præceptor. 281
Lib. de Ventre 105
Lib. II. de Ventre 175. 386
Lib. III. de Ventre 382
Lib. de Podagra 414
Eudemus, Themisonis sectator 124. 160. 161. 166. 169
Evenor 82
Lib. V. Curation. 350
Euriphon Gnidius 82. 172. 285. 355

G

Gajus, Herophili sectator 163

H

Heraclides Tarentinus 104. 125. 407.
Lib. I. Curation. de intern. passion. 46. 67
Lib. II. Interiorum Curationum 235
Lib. III. Curationum 141
Lib. II. Interiorum passionum 155. 343
Lib. IV. Interiorum passionum 169. 178. 191
Lib. I. Regulari seu diætetico 192
Lib. Nicolaus dictus 47
Heraclitus
Herodicus 355
Herophilus 28. 60. 82. 88. 102. 139. 153. 178. 191. 304. 414
Lib. I. Curation. 304
ad Hippocratis Prognosticon 392
Hippocrates 60. 68. 69. 285. 303. 382. 396
Lib. I. Epidem. 104
Lib. II. Epidem. 104. 174
Lib. V. Epidem. 188
Lib. II. de Morbis 138. 174
Lib. Prædictivus, quem πορρητικον *appellavit* 28. 165. 392
Lib. de Ptisana 28. 88
Lib. Regulari seu diætetico 102
Lib. Conscript. ad sententias Cnidas 136 153. 355. 381
Lib. de Locis 407
Homerus 164. 165

I

Isyperius 143

L

Leonides Episyntheticus 53
Lusius seu Lisius sive Lucius
Lib. I. Tardarum passionum 266
Lib. II. Tardar. passionum 282
Lib. IV. Tardar. passionum 382

M

Magnus 69
Magnus Ephesius
Lib. II. Epistol. 163
Menander Comicus 165
Menecrates Zeophletensis 235
Menemachus 53
Milesius 423. 425
Mnaseas 58. 102. 239. 253. 277

N

Nicander
Lib. III.... 235
Niceratus 274
Niger 169
Nileus 102

P

Parmenides *de Natura* 399
Philippus
Lib. de Cataplesi 68
Philistion 357. 406
Philotimus 82. 235
Plato 244
Polybus (*an* Polybius) 158
Polyidas 135. 143
Polypus (*forte* Polybus) 165
Praxagoras 69. 82. 93. 103. 172. 305
Lib. I. de Curationibus 189. 332. 385
Lib. II. de Curationibus. 61. 233. 263. 312
Lib. III. de Curationibus 155. 176. 302
Lib. IV. de Curationibus 139
Lib. Peregrinar. Passionum 68
Lib. III. de Morbis 414
Proculus, Themisonis sectator 343
Ptolæmeus, Erasistrati sectator 350

S

Salimachus. 170. *forte idem qui* Silimachus, *Hippocratis sectator* 210
Serapion Empiricus
Lib. I. ad Sectas 60
Lib. II. Curationum 141. 153. 191. 234

Lib.

Lib. III. Curationum 178
Socrates Chirurgus 358
Soranus 53. 65. 91. 95. 98. 100. 102. 105. 184. 277. 295
Lib. de Adjutoriis 103
Lib. Causarum, quos αἰτιολογουμένους appellavit 210
Lib. II. de Cœnotetis 361
de febribus 110

T

Themison 96. 168. 183. 247. 267. 295. 299 304. 305. 337. 364
Lib. Periodic. 77
L. I. Epistolarum 337
L. II. Epistolarum ad Asilium Dimantem 183. 210. 282. 337. 361
L. IV. Epistolarum 337
L. IX. Epistolarum 391
L. Celerum Passionum 42. 64
L. I. Tardarum Passionum 207. 255. 317. 386. 265. 281
L. II. Tardar. Passionum 303. 312. 317. 333. 337. 341. 358. 407
L. Salutar. 281
Thessalus 7. 277. 295
L. I. de Regulis seu diætetico 8. 179
L. II. de Regulis 195. 266. 282. 303. 317. 333. 337. 350. 359. 414
Lib. II. quem Comparationem appellavit 179
Titus, Asclepiadis discipulus 104
L. II. de Animæ 246
L. I. Tardar. Passionum 247
Tryphon 235
Tullius Bassus 169
Tullius (Cicero) 161. 247

V

Valens Physicus
Lib. III. Curationum 129
Virgilius 247

X

Xenophon 304

Z

Zenon 388

INDEX III. RERUM

quas Libri Caeliani continent.

ACetum in epilepsia 230
Acetum sanguinis fluori conveniens 297
Acria ex accidente torporem & frigus augent 125
Adiantum, capillus veneris 336
Ἄδηλοι αἰτίαι 332
Adscriptiones seu partitiones quid Asclepiadi 3
Aerophobi 161
Aetheria herba 332
Affectus Catalepsi similes 74
Affectuum phreniticorum & furiosorum commutatio 17. 18
Aliacæ decoctio 21
Alienatio mentis sine febre 4
Allium inflat 313
Altheres 261
Amor furoris causa 246
Amphitretos fistula clysteris 367
Ampullagium 374
Amputatio vocis [Græcis φωνῆς ἀποκοπή] unde? 276. curatio ejus recentis. *ibid.* inveteratæ
Anacœliasmus 312
Anagoge 284
Anaphonesis 205. 242
Anatresis testæ 266
Anaudia 68
Anhelatio seu Asthma unde nomen sumpsit 314
Anima quid Asclepiadi 32

Ano-

Anodyna malagmata 208. 272
Anoterica medicamenta 12
Anthereon 136
Antiphanis Panopte 397
Aphydrosis 306
Aphonia pro Catalepsi 68
Apophlegmatismi 204
Apoplexia unde dicta. 143. quid sit. 144. ejus causæ antecedentes: signa ejus futuræ: præsentis: in pejus ruentis. *ibid.* in melius vergentis. 144. 414. qualis sit passio. cui ætati, quove tempore sit magis infesta. *ibid.* ejus curatio semper est difficilis. *ibid.* affectus ipsi affines. 145. quomodo differat a Lethargo, ab Epilepsia, a Suffocatione uterina. *ibid.* a Paralysi. *ibid.* 146. Ejus curatio ex mente Cælii. *ibid.* Vena secanda, & quando. 146. quid agendum cum morbus declinat *ibid.*
Appellationes Asclepiadi quid 3
Appetentia cibi & potus quomodo fiat ex Asclepiade 32
Apprehensio [Græcis *Cataplesis*] 274. Ejus divisio; signa & symptomata. 275. signa declinationis morbi. *ibid.* Ejus differentia ab Apoplexia *ibid.* a passione Cardiaca. *ibid.* ejus curatio. *ibid.*
Aqua de tinctionibus ferri 232
Aquæ naturales in Italia 263
Aquiduca medicamenta 349
Argallici radix 300. 410
Artemidori Grammatici historia 239
Arthritidis etymologia. 408. differentia. *ibid.* causæ antecedentes. *ibid.* qua ætate, regione, & anni tempore magis affligat. *ibid.* signa ejus instantis. *ibid.* præsentis. *ibid.* 409. in statu existentis. *ibid.* ejus locus affectus. 410. est curatu difficilis. *ibid.* Curatio ejus in statu. *ibid.* in declinatione. *ibid.* extra paroxysmum. 411. Veterum quorundam curandi methodus. *ibid.* 412. Medicaminum nimis diu & frequenter usurpatorum noxæ. *ibid.* Error vulgi notatur. *ibid.* 413. quæ cuivis paroxysmi tempori congruant. 414. Medici quidam notantur *ibid.*
Ascarides quomodo expellantur 393
Ascites. 344. quæ ipsam proprie curent. 347. quæ consequantur accidentia 345
Aspediscos 366
Asthma [*suspirium*, sive *anhelitus*] unde dictum. 314. qui, & quando ei magis sint obnoxii. *ibid.* ejus symptomata. *ibid.* quomodo differat a seipso, & a morbis acutis. *ibid.* Ejus curatio in paroxysmo. 315. extra paroxysmum. 316. 317. aliorum Medicorum sententiæ recensentur *ibid.*
Astus Cælii ad fallendos phreniticos 17. 18
Astutia medica 88
Atomi Asclepiadis 30
Atrophia unde, & quid sit. 341. jus symptomata. *ibid.* curatio *ibid.* 342
Aves nutritæ constringentibus, minus sunt pingues 369
Auriculæ dolor. 268. ejus causæ antecedentes. *ibid.* curatio *ibid.* 269

B

BRanchos: ejus symptomata. 277. curatio 278
Byrsodepsicum 403

C

CAchexia unde dicta. 337. ejus causæ antecedentes, signa & symptomata. *ibid.* cujus generis sit morbus. 328. ejus curatio *ibid.* 340
Cælii emplastrum ex chamæleonte hydropicis utile. 347. ejus emplastrum ex stercore caprino. *ibid.*
Calycularis herba unde dicatur 279
Canis aquarii testes vel veretrum an epilepticis prosint 231
Capitis divisio in epilepsia 228
Capitis jugis lavatio morbum revocat 202
Caprina pellis epilepsiæ motum facit 228. 231
Caput exhalationes omnes ex inferioribus recipit. 203. impletur mentis in-

intentione 207
Cardiaca passio duplex 105. ejus definitio, natura, causæ antecedentes, signa passionis instantis, *ibid.* præsentis 107. signa prognostica. *ibid.* 108. signa salutaria. *ibid.* locus affectus. 111. variæ de ea veterum Medicorum sententiæ. *ibid.* 112. in quo differat a Cardialgia. 113. *ibid.* Asclepiadis sententia. *ibid.* est ex solutione, 114. est morbus curabilis. 116. qualis ad mentem Methodicorum ægris conveniat locus & aer. *ibid.* fotus & aspergo, 117. unctio. 118. cataplasmata. *ibid.* 119. qualis potus & cibus. *ibid.* 122. quid faciendum pro retentione ciborum. *ibid.* 123. Medici antiqui venam secabant, & clysteres aliaque acria adhibebant: qui taxantur a Cælio. 124. malum circa clysteres ratiocinium *ibid.* 125. acrium clysterum usus reprehenditur. 126. quando clysteres prosint. *ibid.* Asclepiadis in diæta præscribenda errores. 127. Themisonis methodus, & Cælii de eo judicium 128
Cardiaci utrum febricitent nec ne 108 109. quomodo eorum sudores a Criticis differant 114. 115
Cardialgia in quibus differat à Cardiaca passione; ejus symptomata, & curatio 113
Cardimona qualis sit passio 114
Cardiogmos *ibid.*
Carnatio 227
Caro mustelæ & hominum Epilepticos non juvat 331
Carphologia quid 14
Cataclysmi 205. 421
Catalepsis quomodo a veteribus appellata 68. cum Lethargo confunditur. *ibid.* Sententiæ veterum examinantur, Hippocratis, Dioclis, & Praxagoræ, 69. Archigenis. 70. Asclepiad. *ibid.* 71. Chrysippi *ibid.* ejus causæ antecedentes, *ibid.* in tertiana duplici maxime frequens est *ibid.* signa passionis instantis, præsentis, & ægri melius se habentis 72. 73. ejus in Phrenitim, Lethargum aut declinationem transeuntis. *ibid.* semper est morbus acutus, *ibid.* in quo conveniat & differat a Lethargo, ab Apoplexia & stomachicis. 74. ab animi deliquio. *ibid.* ab uteri suffocatione. 75. ejus curatio. 76. quomodo Chrysippus eam curaverit. *ibid.* 77. reprehenditur a Cælio. *ibid.* Themisonis eam curandi methodus ut noxia improbatur 78
Catapasmus. 242
Cataplasma ὡμὴ λύσις 67. 155. 178. 182. 325
Cataplasmata nutribilia 201
Catapotia ad sanguinem sistendum 296
Catapotia ventri constringendo 190
Catarrhus (*Influxio*:) partes ei obnoxiæ. 276. singularum symptomata. *ibid.* 277. quomodo differat a Peripneumonia & Rheumatismo. *ibid.* ejus causæ, & qualis sit passio. *ibid.* symptomata generalia strictura & solutionis. 278. ejus curandi methodus quando prævalet strictura. 278 quando solutio prævalet. 279. 280 quid faciendum cum morbus declinat. *ibid.* 281. Veterum Methodicorum sententiæ 281. 282
Cathartica 162. 163
Catether muliebris 183
Catochc 215
Causæ activæ & synecticæ 164
Causæ sanitatis & morborum ex mente Asclepiadis 30
Cauteres forma Γ literæ 405
Cauteriorum usus in Cephalæa 207
Celeres morbi qui proprie dicantur 2
Celeres passiones cum febribus & sine febribus 1
Genosis 357
Cephalæa unde dicta; ejus causæ; est fœminis magis infesta: ejus signa & sym-

Emetici descriptio 141
Emissio sanguinis ex debilitate seminalium viarum. 424. quibus magis communis, ejusque differentia. *ibid.* curatio 425
Emplastrum Marcerinum 397
Empyemata unde generentur. 424. 425. signa abscessuum internorum vel communia vel cuivis propria. 427. 429. quot modis & quibus viis hi abscessusse exonerent *ibid.* 430. signa, in qua parte & quo versus abscessus ruptus sit. *ibid.* signa vomicæ ex parte tantum expurgatæ. *ibid.* vesica est via omnium tutissima. 431. quæ viæ sint omnium periculosissimæ. *ibid.* 432. curatio partium affectarum antequam suppurantur. *ibid.* vomicarum jam factarum. *ibid.* 369. pus in abdomine collectum incisione detrahendum. 90. virium quoque ratio ante omnia habenda *ibid.*
Ἔναιμα Empl. 257
Entatica medicamina *ibid.*
Ephialtes 210
Ephœbia 170
Epibole 210
Epilepsiæ etymologia. 211. synonima, causæ, & species *ibid.* signa ejus futuræ, præsentis. 212. & cessantis. 213. ejus reliquiæ, & intervalla. *ibid.* cui ætati, quove tempore magis sit infesta. 214. ejus differentia ab uteri suffocatione. *ibid.* cujus generis sit morbus 214. locus affectus. 215. curatio. *ibid.* 216. aliorum Methodicorum sententiæ. 217. Venæ sectionis necessitas *ibid.* 218. quid in venæ sectione cavendum. 219. quid post v. s. agendum. *ibid.* 221. æger reconvalescens quomodo curandus. *ibid.* Epilepsia chronica quomodo curanda. 222. 227. Hellebori sumendi cautio. 223. signa Epilepsiæ chronicæ curatæ. 227. varia Empiricorum remedia recensentur. 228. reprobantur & singulorum noxa ostenditur. 229. 231. Hippocratis & Dioclis eam curandi methodus 231. Praxagoræ. 233. Asclepiadis. 234. Serapionis. 235. Heraclidis Tarent. *ibid.* Apollonii Citiensis. Themissonis 234 236
Epileptici alii ex signis accessionem præsentiunt, alii minime 213
Epilepticis sternutamenta in accessione noxia. 230. fomenta astringentia & tetri odoris, item defricatio intempestiva nocent 229
Ἐπίνοσοι qui 9
Equorum impetigines Epilepticos non juvant 231. 237
Errhina 205
Eunuchismus Epilepsiæ nihil confert 231
Euphorbium potui datum ad ducendas aquas 249
Excrementa a natura non aliena, Asclepiadis sententia 32
Exhalationes ex decocto haustu receptæ in stomachica passione. 325
Experimenti tentatio 412
Extentio sive distentio. 148

F

Febribus periodicis & typicis quæ conveniant ex Asclepiade 31
Febri citantibus quando cibus dandus ex Asclepiade *ibid.*
Febris cauta sive syncopalis 106
Febrium signum ex Asclepiade 30
Felliduca medicamenta 332
Fœminæ cur in venerem sint magis proclives 399
Folle fabrili distendendus venter Iliacorum 174. 177
Folliculus clysteris 367
Fomenta & cataplasmata gravis odoris in phrenit. reprobantur 47
Frigus tussim movet. 72
Furentes quomodo a phreniticis discernantur 12. 14
Furor duplex Stoicis, Empedocli & Pla-

toni 238. Furor eroticos; ex Libero Patre; & protrepticos. *ibid.*

G

GArum 260
Gaviæ cerebrum 229
Gluten taurinum 305
Gonagra 408
Gonorrhæa quid, & in quo a Satyriasi differat 181

H

HAemorrhagia [*sanguinis fluor*] 184. ejus causæ & species. *ibid.* in quo differat a sputo. 285. ejus variæ divisiones. *ibid.* 289. Cælii ex Sorano sententia. 286. *ibid.* loci unde sanguis fluit. 287. signa cuivis parti propria. *ibid.* 289. singularum passionum effectus. *ibid.* 291. ad quodnam morbi genus spectet. 292. 293. ejus curatio generalis. *ibid.* 295. aeris major habenda ratio quam cibi & potus. 293. quid porro fieri oporteat. 295. 298. quid in sanguinis fluore immodico faciendum. *ibid.* 300. quando, & cur vena sit secanda. *ibid.* quid tertia die maxime observandum. 300. 302. quomodo curandus sit sanguinis fluxus, cum in morbum chronicum abiit. *ibid.* quomodo recorporativa externa sint adhibenda. 302. variæ veterum sententiæ examinantur. 303. 305. errores aliorum monstrantur. 305. 307
Halteres quid 262
Hamarthritis 408
Hederæ vis 44
Hedra 372
Heliosis 153
Helleborismus 226
Helleborum qua cautione dandum 223
Helleborum Catapecton 381
Hemicrania qua ex parte venam incidi postulet 195. 197
Hemina qualis mensura 35
Herba calycaria 374
Herba calycularis 279. 295
Heres compositio 269
Hippocrates male curat Iliacos 174
Hirudinum in Synanche appositio 135
Holosteon herba 314
Hyanche quid 130
Hydromelum 323
Hydrophobiæ etymologia, & causa 158. definitio. 159. signa ejus instantis & præsentis *ibid.* qualis sit passio. *ibid.* quomodo differat a Mania, Phrenitide, & Melancholia. 161. utrum animæ an corporis sit passio. *ibid.* ejus locus affectus. 162. Sententia Democriti, Asclepiadis, Arthemidori & Artorii. *ibid.* Magni Ephesii. 163. C. Aureliani. 164. utrum nova sit passio *ibid.* recensentur variæ sententiæ. 238. probatur ea, quæ novam non esse asserit, auctoritatibus. 164. 165. est quibusdam locis & temporibus magis frequens. 166. quis locus conveniat. 167. quando, & qua cautela, vena secanda, ungendi ægri, & cibus dandus. *ibid.* quales debeant esse ministri. *ibid.* quid agendum in statu morbi, & si æger omnino potum recuset. *ibid.* clysterum utilitas. 168. quid faciendum, cavendumve in declinatione morbi. *ibid.* quid alii Medici de hoc morbo reliquerint 168. 169. omnes eadem opera perstringuntur. 169. *ibid.*
Hydrophoborum historiæ variæ 158. 160
Hydrops quid sit, & ejus causæ. 342. ejus species ex mente variorum. 344. ex mente Cælii. *ibid.* signa & symptomata. 345. cujus generis sit morbus. *ibid.* 346. pars affecta. 346. curatio. *ibid.* 348. aeris maritimi in hoc morbo utilitas. 347. cautela in medicaminum usu. *ibid.* quid faciendum quando malum recurrit 348. 349. quibus hydragoga conveniant. *ibid.* qui-

bus

ſymptomata. 195. ejus diviſio, & pars affecta. 196. curatio. 197. quid faciendum dolore urgente. *ibid.* quid morbo declinante. 198. quomodo recidiva ſit præcavenda. *ibid.* 199. qualis decubitus, cibus & potus conveniat. 196. 201. quid in quavis ciborum mutatione obſervandum. 202 vomitorium ex raphano quando ſumendum. 202. aqua inter vomendum plurima bibenda. 203. raphanorum ſuccedaneum. remedia externa. 204 verus gargariſmi uſus. *ibid.* cautela in mutatione externorum. *ibid.* tempus dropacis adhibendi. 205. quid in Drimyphagia cavendum. *ibid.* 206 Helleborus quomodo adhibendus. *ibid.* aliorum Methodicorum ſententiæ perſtringuntur 207. 208
Cephalalgia 196
Cera mordenda 239
Ceratum διατεσσαρῶν 88
Character dormientium Phreniticorum & Lethargicorum 14
Chiaſmus 228
Chiragra. 407
Chirapſia 181
Cholera unde dicta: Aſclepiadis definitio. 184. Cælii definitio ex mente Sorani. *ibid.* ejus cauſæ antecedentes. *ibid.* quomodo diſtinguatur a morbis vicinis. *ibid.* 185. ſigna ejus inſtantis, præſentis. *ibid.* & in pejus vergentis. 186. locus affectus. *ibid.* methodus curandi Cæliana. 187. cucurbitarum uſus pro retinendo cibo. *ibid.* 188. qualis conveniat cibus & potus. *ibid.* veterum quorumdam Methodicorum ſententiæ *ibid.* 190
Chordæ veteribus inteſtina 171
Ciubum nullius eſſe qualitatis quæ ſenſu percipiatur, ex Aſclepiadis ſententia 32
Cichorium bis coctum 378
Clyſter ſuperiora invadens 164
Clyſter ex aqua frigida in Cardiaca 124
Clyſteres in Cardiaca inutiles 203
Clyſteres ad nutriendum 123
Coagulum an conferat Epilepſiæ 231
Cœliaca paſſio. 365. ejus cauſæ, ſigna & ſymptomata. *ibid.* qualis ſit paſſio. 366. 368. ſignum bene purgati inteſtinorum ulceris. *ibid.* clyſterum noxa. *ibid.* curatio morbi inveterati. *ibid.* 369. cautelæ quædam practicæ. *ibid.* 371. ejus curatio, quando ſolutio ſtricturæ eſt conjuncta. 573. quando ſolutio magis urget. *ibid.* 374. lactis in hoc morbo utilitas. 376. 377. ſuccedanea lactis. *ibid.* 381. veterum Medicorum ſententiæ *ibid.* 382
Cœliotica medicamenta 245
Cœnotetes morborum 218
Coitus noxa 181
Colica paſſio, ejus ſigna & ſymptomata. 386. curatio in paroxyſmo. *ibid.* 388. in ſtatu morbi. extra paroxyſmum. 389. quomodo paroxyſmus præcavendus; quæ porro vitanda; & Methodus veterum Medicorum 390
Collectiones internæ quæ ſolo medicamine, & quæ chirurgia curantur 426
ſigna Collectionis in ſtomacho, ventre, inteſtinis, pyloro, &c. 428. in colo & jecore. 429. in pulmone 427. in diaphragmate. *ibid.* internæ generatæ 426
Collectionis eruptio vel repente tota fit, vel paulatim 430
Collectionis eruptionum omnium tutiſſima illa eſt, quæ per veſicam & mictuales vias fit 430
Collectionis eruptio *ſecunda* eſt, quæ ad inteſtinum eruperit, *tertia* quæ ad matricem 431
Collectionis eruptiones magis ac minus periculoſæ. 432. ad varia loca fiunt. 429. earum ſalubrium vel inſalubrium ſigna 428
Collectionis prohibenda generatio & ejus jam factæ curatio 433
Conditum. 409. idem eſt quod mulſum 407

Conductio unde dicta, & quid sit 178
Consuetudinis vis 45
Cor Leporis & Cameli 231
Cordapsos 172
Cornu cervi 394
Coryza quid sit & quæ eam consequantur 276. 277.
Cotylæ pondus 280
Creta canum rabie frequenter vexatur, ab aliis venenatis animalibus pene libera 167
Cucurbita constringens 322
Cucurbita cito corrumpitur 43
Cucurbitæ siccæ. 23. igni vaporatæ 319
Cucurbitæ labiis flexis 173. recorporativæ 222
Curatio φιλοπαράβολος 39
Cyclus resumptivus quid. 199. metasyncriticus. 200. alia ejus species 202
Cynanche quid 130
Cynolysson 158
Cystophilus 255

D

DEbilitas ventris qua ratione curanda 382
Decoctum Lentisci. 299. Marrubii. 310. Strobilorum pini. *ibid.*
Democriti mors dilata panis olfactu 120
Dentes doloris tempore non auferendi 273
Dentis detractione quidam mortui *ibid.*
Dentiducum *ibid.*
Dentium doloris vehementioris curatio 270
Dentium doloris initio quæ collutiones oris adhibendæ *ibid.*
Διὰ ἁλῶν 329. 418
Διὰ ἁλὸς ἄνθους 410
Diacertosis 369
Diachrysis 202
Diachylon 389. 404. 410
Διὰ χαλβάνης 433
Διὰ ἰτεῶν 269
Dianitri compositio 347
Διὰ ὀριγάνου 329
Διαπάσματα 202. 203
Διὰ πέντε 388
Διαφόρησις ἄδηλος 106
Diaphoresis in phreniticis quomodo vitanda 20
Diaphragma 216. 220
Diarrhæa (*defluxio*) 192. ejus definitio secundum Asclepiadem. *ibid.* secundum alios: ejus signa & symptomata. *ibid.* curatio 193
Διὰ σκορόδων
Diaspermaton epithema 331
Διὰ τεάτων 348
Diasticon Zenonis 410
Diasycaminum empl. 388
Διὰ τεσσάρων 348
Διὰ τριῶν πιπερέων 388
Διὰ τριῶν ῥητινῶν 433
Διὰ τῆ ῥῆ 329. 432
Differentia sanguinis arteriosi & venosi 274
τὸ Διπύρηνον instr. Chirurg. 288. 289
Discrimen ex hæmorrhagiis internis 135
Divisio celerum passionum. 285
—— ventris & recti intestini in Ileo 286
Dolor quomodo fit ex Asclepiade 1
Dolor dentium (*odontalgia*) describitur. 269. variæ eum curandi rationes 177
Doria cantio 33
Dormientes sub sole cur graventur 275
Drimyphagia 64
Dropax 201. 204
Duritiem ventris quæ sequantur 204
Dysenteria. 384. ejus signa & symptomata. *ibid.* locus affectus. *ibid.* curatio ex mente Methodicorum. 385. 386. est Ischiaticis utilis 383
Dysenteriæ ulceratio in omnibus simul fieri intestinis non potest. 384. in quibus sit intestinis. *ibid.*
Dysuria 401

E

ELectarii compositio 299. 301
Elephantiasis, ejus curatio. 360. Themisonis & Democriti eam curandi methodus. 361. & aliorum 362. 364

Eme-

Malagma Polyarchion 96
Μαλάγματα ἀνώδυνα 208. 316
Maniæ [*furoris*] divisio. 237. etymologia. differentia a phrenitide. *ibid.* ejus subjectum & causæ *ibid.* signa tam communia quam propria. 238 variæ species & historiæ. 239. pars affecta, & cujus generis sit morbus. *ibid.* Mnaseæ sententia. *ibid.* ejus curatio. *ibid.* 241. quid agendum in statu morbi. quid in declinatione 240. 242. quam caute vinum sit concedendum. 243. quid agendum cum Mania facta est chronica. *ibid.* 244 quomodo aliarum sectarum Medici eam curaverint 245. 247
Manutigium 229
Medicamen diarrhoos. 296. 322. Diaporon. Diamoron. *ibid.*
Medicamenta omnia sunt omnium corporis partium communia ex sententia Methodicor. 331
Medicamina κοιλιωτικά. 245. μελανα 405
Medicaminis sumptio diuturna metuenda 412
Medicorum invidentia 37
Melancholia, ejus natura & subjecta. 247. causæ, signa & symptomata. 248. cujus generis sit morbus. *ibid.* ejus curatio *ibid.*
Melimelon 323
Melinum Serapionis 256. 433
Memoria quomodo fiat ex Asclepiade 32
Μεναστύγκρισις 125
Methodus Asclepiadis in variis morbis Acutis curandis 31. 32
Miliacæ aves 201
Minythica malagmata 205
Molles [Græci Μαλθακοὶ] 398. 399 natura hujus passionis. *ibid.* ejus curatio hic animo potius quam corpori adhibenda. 399. veterum quorundam judicium 400
Mora celsa 397
Morbi stricturæ vesperi vehementiores 42
Morbi acuti a chronicis quomodo differant 194
Morbi acuti apud veteres quinam dicti 1
Morbi multi genuini una cum ætate consenescunt 400
Morbi cum febre an soli sint periculosi 110
Morborum causæ 30. 31
Morbus quo magis a natura recessit, eo gravior 12
Morbus puerilis 211
Morbus sacer *ibid.*
Mulsi virtus 153
Murta 197
Mydriasis, paralysis tunicæ oculi 250

N

NAtura quid Asclepiadi 32
Natura prodest & nocet *ibid.*
Navigatio maritima 206
Nephritis & ejus causæ. signa & symptomata. 415. 416. in quo differat a colica 416. ejus curatio *ibid.*
Nivium liquor vino miscendus 121

O

OBtrusio an sit causa phreniticæ passionis 4
Oculi alba macula sive unguis 107
Oculorum tunicæ paralysis 250
Odontagogum plumbeum apud Delphum 273
Odontagia quid sit, & unde oriatur. 269. variæ eam curandi rationes. 270. 271. inveterata quomodo sit curanda. 271. veterum Medicorum sententiæ 272. 274.
Odoramentis resumptio fit 125
Odorata quodammodo nutriunt 119
Olei rosaceivis 44. 45.
Oleum melinum 294

Ὠμὴ λύσις 67. 141
Omnia fieri necessitate, sententia Asclep. 32
Onisci Epilepticis nihil prosunt 231
Onirogonos 210. 212
Oniropolesis 423
Ophites lapis 254
Opiata phreniticis sub initium paroxysmi maxime pestifera 48. 49.
Opisthotonus quid 149. ejus specialia signa ibid.
Ὀπὸς κυρηναικὸς 259
Oris totius siccitatis remedium 18
Ὀρθόπνοια quid 314
Oryzæ vis 49
Ὠτικὸς κλυστὴρ 255
Ὀξύαλμον epithema 330

P

PAnis Alexandrinus 373
Pantephobi 161
Papaver profundum somnum facit 4. 5.
Paracentesim in hydrope alii probant, alii improbant 349. 350
Paracentesis in hydrope quando & quomodo adhibenda 352. 404
Paralipsis 250
Paralysis cui ætati, quove tempore magis sit infesta. 349. ejus causæ. ibid. species & cujusque signa. ibid. 249. signa particularia. 253. qualis sit morbus. ibid. ejus curatio. 254. & seq. varia remedia externa. 258. 260. quibus motibus partes paralyticæ sint exercendæ. 261. 263. Hippocratis eam curandi methodus; item Dioclis & Praxagoræ. 264. Erasistrati. 265. Asclepiadis. Themisonis & Lucii Thessali 266
Paralytici quando phlebotomandi 254
Paralyticis recte detrahitur sanguis 33
Paraplexia 144
Parasynanche quid. ejus causæ antecedentes 130
Paroptesis 204
Partibus certis corporis peculiares medicamentorum facultates tributas rident Methodici 331
Passio celer quid 343
Passiones celeres quomodo dividantur 1
Passiones animæ & corporis in quo differant 161
Passiones per epithesin constitutæ 13
Pediculi ferales 364
Pediculorum multitudo 328
Peripneumonia & ejus causæ. 98. juvenes magis infestat; & semper cum febri conjuncta est. ibid. ægre a Methodicis definitur. 99. Asclepiadis definitio a Sorano invertitur. ibid. ejus symptomata. ibid. signa passionis ingrassescentis. ibid. morbi in melius vergentis. 100. pars affecta. quomodo a Pleuritide differat. 101. ejus curatio, juxta Cælium. ibid. tempus somni & venæ secandæ. ibid. quis cibus dandus & quando. 141. quando cucurbitæ adhibendæ. ibid. commoda & incommoda vaporationis. ibid. externorum quorundam usus. 102. Hippocratis eam curandi methodus a Sorano improbatur. ibid. Dioclis methodus. ibid. 103. Asclepiades venam non secat; & erroris a Sorano arguitur. ibid. vetat omnia externa alxantia 104. Themison partim recte, partim peccanter Peripn. curat. ibid. Heraclidis methodus. 111. Empirici taxantur. ibid.
Peste laborantibus quæ prosint 31
Phagedæna; ejus signa & symptomata. 326. curatio 327
Pharigotomia 31
Pheugydros 157
Philtropata 237
Phlebotomia in omni solutione noxia. 46. quibus conveniat, quibus minime ex Asclepiade. 31. cardiacæ minime convenit 123
Phobodipsos 158

Phœ-

bus remediis nova aquarum repletio præcaveatur. *ibid.* qualia diuretica concedenda. *ibid.* de paracentesi opiniones variæ. 350. 351. tempus paracentesis instituendæ. *ibid.* quibus illa non profit. 353. paracentesis administratio. *ibid.* quid post eam agendum. *ibid.* 354. veterum quorundam methodus 359
Hypodyma 216. 252
Hypozygon 179

I

ICesion empl. 348
Icteri etymologia, causæ entecedentes, signa & simptomata. 334. differentia. curatio. *ibid.* 337. Veneris in hoc morbo noxa *ibid.*
Ictericis fel affusum quomodo detergendum 335
Iecorosis & Lienosis symptomata communia. 328. jecorosis propria. *ibid.* harum passionum curatio. 328. 329 veterum Methodicorum sententiæ. 330. 334. Erasistrati in curandis iis audacia 332
Ilei (*tormenti acuti*) etymologia, definitio & causæ. 170. signa & symptomata. *ibid.* 392. quomodo differat a torminibus. 171. ab effectu Cæliaco & Colica 172. ejus curatio. 173. in declinatione quid agendum. 173. a quibus cavendum 174. Methodus Hippocratis improbatur 175 Dioclis methodus exagitatur. 176. ut & Praxagoræ. *ibid.* 177. aliorum Methodicorum sententiæ. *ibid.* 178 Thessali curandi modus. *ibid.* 180
Incubi etymologia, 209. synonyma, species, signa & symptomata. 210 curatio. 211
Indigestio unde 185
Inflationem & saltum ventris quæ sequantur 282
Influxionis sive Catarrhi curatio 278
Injecti medicaminis vomitus quando perniciosus. 369
Injectionis partem quidam vomuerunt *ibid.*
Intellectus quomodo fiat ex Asclepiade 33
Intercus 334
Intestinis ulceratis quomodo clysteres injiciendi. 369
Intestinorum ulceratio perseverans quomodo tractanda 372
Intestinorum ulceribus limpidis factis nimium adstringentia non conferunt *ibid.*
Intestinorum fluori si tumor junctus sit 225
Intestinorum solutio si nimis urgeat. *ibid.*
Intestinorum ulceribus si plurimus fuerit sensus 375
Intestinorum superiorum ulceribus medicamenta anoterica aptiora, inferiorum clysteres 377
Ionthi 73
Ischiadici & Psoadici. 179. hæ passiones unde dictæ, & earum causæ. *ibid.* signa & symptomata. 400. 401 locus affectus. *ibid.* differentia. *ibid.* dysenteriæ in his passionibus utilitas. *ibid.* earum curatio paroxysmo. 402 403. in statu morbi. *ibid.* Veterum quorundam curandi methodus 407
Ischias a matricis vexatione quomodo dignoscatur 401
Ischuria 418

K

Κελαδία 437

L

LAc qualitatem acquirit herbarum quibus vescitur animal. 376
Lac Epilepticis noxium 231
Lac diacochlecon 276

Lac caprinum quale eligendum 375
Lac aperiergon 376
Lac galactodes 304. 376
Lacti calx admixta 377
Lactis cocti vires, quomodo coquendum 375
Læmanchia 245
Lapidis in vesica dignotio a vesicæ ulceratione, & sanguine gelato mictum impediente 417
Laryngotomia plane rejicienda in Synanche 140
Laureolum, Scalpreolum 409
Lectio ante deambulationem 200
Leipothymia 293
Leptomeres quid Asclepiadi 32
Leptomeria Asclepiadis 333
Lethargicorum pulsus magnus, fortitudinis signum non est 52
Lethargicorum non somnus, sed oppressio 51. 52
Lethargus unde dicatur. 51. est gravior phrenitide. *ibid.* cum phrenitide sæpe commutatur. 51. 52. quomodo definiatur a Demetrio, Alexandro Laodiceno, Athenæo. 52. Leonide, Menemacho & Sorano. 53. ejus signa necessaria, & accessoria, 55. signa passionis crescentis. 55. in pejus vergentis. 56. quomodo differat ab animi deliquio, & sopore. 57. ejus differentiæ. 57. 58. quomodo a Methodicis distinguatur. *ibid.* nunquam fit a solutione. *ibid.* pars affecta. 58. quo loco ægri sint habendi. *ibid.* leviter sunt excitandi, blande fricandi & caput fovendum. *ibid.* lectus subinde mutandus. 58. 59. os colluendum. *ibid.* vena secanda, quando. *ibid.* qualis & quando cibus dandus. 59. 60. quando clyster sit adhibendus, & qualis. quomodo linguam, os, oculos curare oporteat. *ibid.* quid in declinatione agendum. *ibid.* Diocles adhibet acria medicamenta, sed male. nec caput curat. 61. Praxagoræ methodus exploditur. *ibid.* Asclepiades utitur acribus, & sub noctem vino; nexæ hujus methodi. 62. perniciosum imperitorum Medicorum artificium. 64 Themisonis methodus. 64. 65. purgantia durante structura nocent. Methodici purgantia damnant. *ib.* Themison motum & stimulantia suadet lucem prohibet, cataplasmata intempestive adhibet. *ibid.* Heraclides quomodo Lethargum curavit, ex cruditate. 67. quomodo si ex humorum acrimonia esset. *ibid.*
Leucophlegmatia; ejus signa & symptomata 344
Lienem quæ deducant 330
Lienosos propria accidentia quæ sequantur 328
Linguæ, faucium & palati in synanche scarificatio 135
Litteris vacantes macri sunt 439
Locorum patientium specialis cognitio a methodicis negligitur. 100 112
Locorum patientium varietas, remediorum qualitatem non mutat 100
Ludus calculorum 242
Lues quid sit, unde oriatur 4
Lumbrici, eorum signa & symptomata, 390. variæ lumbricorum excretorum species. 391. quomodo morbus hic differat ab Apoplexia & Epilepsia & aliis morbis. *ibid.* a nimio cibo repletis. 392. varia de iis judicia. 393. Cælii Epicrisis. 394. curatio ascaridum. 394. lumbricorum rotundorum. 395. optimus curationis ordo 396. 397. lumbric. latorum curatio. quid agendum ne renascantur 397
Lupi cutis hydrophobi poculo subjecta 169

M

Machina ingeniosa in usum paralyseos. 261

Ma-

Phœnigmos 259
Phragmos 170
Phrenitici dormientes quomodo a Lethargicis discernantur. 14. quomodo curandi sint. 17. 20. strictura laborantes quo loco debeant jacere. 17. solutione laborantes quo. *ibid.* quomodo cibandi 22. 24. majus habent periculum a somno, quam vigiliis. 48. quomodo in Lethargum lapsuri dignoscantur a reconvalescentibus 54
Phrenitis unde derivetur. 1. Demetrii definitio exploditur. *ibid.* Asclepiadis definitio perstringitur. 3. 4. quomodo ab aliis defendatur. *ib.* Cælii definitio. 6. signa communia male affectarum meningum, & futuræ phreniticæ passionis. 6. præsentis signa quæ. 16. 17. ejus symptomata. 9. 10. signa prognostica. 11. in quo conveniat & differat a furore & melancholia. a peripneumonia. 12. de loco affecto variorum sententiæ, & Autoris. 16. ejus curatio. 17. strictura laborantibus qualis conveniat locus. 17. varii astus ad fallendos phreniticos. 18. strictura obtinente quid faciendum. *ib. ibid.* 19. deligationes caute adhibendæ. *ibid.* remedium ad oris siccationes. *ibid.* quid agendum morbo remittente, & strictura adjuncta solutione. in dando potu cautela. 20. quando vena sit secanda *ibid.* post venæ sectionem quid fieri oporteat. 21. quid agendum secunda, tertia & quarta diatrito 22. ubi & quomodo cucurbitæ sint affigendæ. *ibid.* quid quinta diatrito fieri debeat. *ibid.* quomodo fallendi ægroti circa cibum & potum. 23. vini noxa. *ibid.* quando & quomodo ægri cibandi. 24. quid agendum morbo diu durante. *ibid.* cautela circa motum. *ibid.* quid ubi vires sunt dissolutæ. *ib.* signa præcipua virium collapsarum. 24. 25. quid faciendum ubi vires constant. *ibid.* morbus hic facile recidivam patitur. *ibid.* recidiva quomodo præcavenda. 36. quid agendum morbo magis declinante. 26. 27. ordo reconvalescentes cibandi. *ib.* quomodo integra curatio absolvenda. 27. quomodo dandum sit vinum. *ibid.* quo artificiosa mens sit sananda. *ibid.* Asclepiades improbat omnia stimulantia, & tonsuram. 32. decubitum etiam in loco obscuro. 33. nec non phlebotomiam. *ibid.* Cælii sententia. 34. phlebotomia male prohibetur *ibid.* quando phlebotomia noceat, & adhibenda sit. 35. Asclepiades phreniticos inebriando curat, præter rationem 41. est sibi ipsi contrarius. 42. vinum nunc stringere nunc solvere male probat. *ibid.* Themison phreniticos nutrit intempestive, & cibis mali succi. 43. fotus veluti ex penso ordinat: sed male. 44. male adhibet balnea caput oleo rosaceo male fovet. *ibid.* vinum parum caute dari jubet. 45. Heraclides phreniticos loco obscuro collocat. 46. in omnibus utitur clystere & phlebotomia. *ibid.* Cælius fomenta, cataplasmata & unguenta gravis odoris reprobat. *ib.* vaporatio circa noctem magis nocet. 46. 47. somnus non opiatis conciliandus, sed strictura solvenda. *ibid.* opiata sub initium paroxysmi maxime pestifera. 48. Heraclides quomodo phreniticos ex cruditate curaverit. 49. prohibet v. s. & utitur purgantibus; sed male. *ibid.* ægros curat per v. s. ex fronte. 50. sectæ suæ leges transgreditur 50. 51
Phthitiasis unde dicta. 363. ejus signa & symptomata. *ibid.* cujus generis sit morbus. *ibid.* ejus curatio 364. 365
Phtisis. 307. ejus causæ antecedentes. *ibid.* signa & symptomata. 308. quomodo differat ab atrophia & empyemate. 309. cujus generis sit morbus. *ibid.* quomodo curanda sit. *ibid.* seq.

varia ulcus pulmonum detergentia. 309. ejus curatio ad mentem veterum Methodicorum 311. 313
Pleuritis unde dicta. 78. ejus causæ. 79. definitio Aristotelis & Apollonii. *ibid.* Asclepiadis & Sorani 79. ejus natura. *ibid.* symptomata. 80. signa passionis ingravescentis. 80. 81. mitescentis. *ib.* ejus in peripneumoniam aut vomicam transeuntis. 82. ejus locus affectus. *ibid.* circa eum veterum ac priorum sententiæ examinantur. 82. 83. tussis unde oriatur. *ib.* pleura est locus affectus. *ibid.* 84. in quo differat a dolore lateris. a vomica & asthmate. 84. qualis ægris conveniat locus. 85. qualis vaporatio, fomentatio, & potus; quando & qua cautela vena sit secanda. *ibid.* qualis diæta conveniat. 120. cucurbitæ quando, & quomodo adhibendæ. *ibid.* quid agendum accedente diarrhæa. *ibid.* nimis astringentia & composita nocent. *ibid.* quando clystere utendum. 87. cur parum sit bibendum. *ibid.* quid agendum cum sputa sunt cruenta. 87. sputa crassa & tenacia quomodo incidenda. 88. quando lavacrum in usum possit vocari. *ibid.* Hippocratis eam curandi methodus. 89. 90. Sorani de hac judicium. 91. 92. quare universum corpus sit ungendum. 93. Dioclis methodus rejicitur. *ibid.* Praxagoras quomodo eam curaverit. *ibid.* methodus hæc ut noxia rejicitur. 93. 94. Asclepiadis methodus a Sorano exagitatur. 94 95. errata Themisonis notantur. Heraclidis methodus improbatur. 96. 97
Pnigalion 210
Podagra quid sit, & unde dicatur. 407
Podagricos quę comitantur accidentia 408
Polyarthion quomodo conficiatur 311. 329
Polysarcia; ejus signa & symptomata, 436. ejus curatio duplex. 437. cautela in cibo & potu, 438. an secanda sit vena. 439. aliorum Medicorum sententiæ. *ibid.*
Pollen macton 388
Pollyphagia in morbis acutis locum non habet 68
Poma cujus succi 43
Porcelliones sive onisci 229
Praxagoræ famulus ternos bilibres panes singulis diebus edens 319
Praxagoras in eileo ventre discisso stercus educebat 177
Pressura in quo differat a somno 5
Priapismus: ejus definitio: differentia a Satyriasi: & curatio 425
Principia corporis ex Asclepiade 29
Procicolium 375
Προσηγορία quid Asclepiadi 3
Psœadici a nephriticis discernuntur 428
Psœadicos quę comitantur accidentia *ibid.*
Psychrolusia 208
Ptarmicum 205
Pulmo penetratus mortem semper non infert 291
Pulmonis viæ logotheoretoi 83
Pyra duracina *ibid.*
—— scandiana 323

R

RAnarum viscellum 158
Raptus Græcis Spasmus 150
Renalis passionis causæ. 415. differentia a Colica 416
Recorporativa curatio sive metasyncritica 263
Resina cadialis 281
Rhacosis 24
Rheumatismi curatio 279
Rhigolethron & Rhygolyton 221
Rhigos Græce quid 191
Rhinenchyton 273
Rogmos 73. 308
Ruma 210
Rusticorum in febribus curatio 39

Sa-

S

SAcra pro magnis 211
Sanies & sputa saniosa quomodo differant 81
Sanitatis & morborum causæ 30
Santonicum unde dictum 395
Sartrix in rabiem incidit, quod chlamydem scissam rabidis morsibus sarciendam suxisset 158
Satyriasis definitio, etymologia, causæ, subjectum, signa & symptomata. 180. coitus in hoc morbo magis nocet quam prodest. 181. pars affecta. 182. curatio in principio, & statu. *ibid.* in declinatione. 182. quis cibus conveniat. *ibid.* quid sit agendum in declinatione. *ibid.* 183. in Creta frequens est, & unde. *ibid.* Themisonis consilium sibi repugnans *ibid.*
Scamma 272
Scillæ decoctum ad ducendas aquas 349
Scirrhosis hepatis & lienis quomodo curanda 220
Scotomatica passio unde dicta. 208. quibus, quove tempore magis sit infesta. *ibid.* ejus signa & symptomata. *ibid.* quomodo differat a morbis vicinis. 209. ejus curatio *ibid.*
Seminales viæ 181
Senes lethargo magis obnoxii 53
Sextarius Romanus qualis mensura 31
Siagon 251
Signa coctionis in sputis & urinis 91
Significatio in morbis unde sumenda 9
Signum & accidens quomodo differant 81
Sinapismus 204
Smegmata 364
Somnus quomodo fiat sententia Asclepiadis. 32. a pressura sive somno profundo quomodo differat 4
Somnus Venereus [Græcis ὀνειρόγονον] quid sit. 423. ejus causæ. *ibid.* Epilepsiam aut furorem aliquando præsagit. *ibid.* quomodo differat a Gonorrhæa. *ibid.* ejus curatio varia 423. 424
Sparagmus 153
Spasmus cynicus quid sit: ejus signa differentia a spasmo & paralysi: curatio 267
Spasmus; ejus species, & causæ antecedentes. 147. definitio secundum Cælium. 148. aliorum definitio. 148. 149. signa ejus instantis, & præsentis. *ibid.* signa prognostica. 109. differentia. 150. variæ de ea veterum Medicorum sententiæ. 150. qualis locus ac decubitus conveniat. *ibid.* qualia fomenta. 252. quando vena sit secanda. qualis diæta prosit. *ibid.* quando & qualibus cataplasmatibus utendum. *ibid.* quibus clysteribus. 152. 153. quando cucurbitis. *ibid.* quid agendum morbo mitigato. *ibid.* Herophili & Serapionis sententiæ. *ib.* Hippocratis sententia maligne carpitur. 153. 154. Diocles reprehenditur. *ibid.* 155. ut & Praxagoras & Heraclides. *ibid.* Asclepiadis eam curandi methodus, ut noxia rejicitur. *ibid.* ejus lepida comparatio. *ib.* mirum ejus auxilium. 156. norma Methodicorum catholica. 157. Clodii aliorumque methodus rejicitur *ibid.* 158
Sphæra repercussibilis 339
Sphæræ ludus 216
Spiratio dormientium phreniticorum & lethargicorum in quo differat 14
Spongiæ ustæ cinis 299
Staphysagriæ vis 138
Statio corpusculorum 30
Stomachica passio; ejus causæ, symptomata. 317. 318. signa peculiaria. *ibid.* 319. curatio varia. qualis in paroxysmo cum strictura. *ibid.* 320. in declinatione. *ibid.* 321. in paroxysmo cum solutione. 323. in strictura solutioni implicata. 324. quomodo ægri, extra paroxysmum sint tractandi. *ibid.* modus vaporandi stomachicos describitur 325

Stranguria 418
Strictura, solutio, & utriusque complexus 15. 18. 21
Stymmata 225
Styphonta 377
Subactos homines eventu conceptionis generari ex Parmenide 399
Sudores critici & diaphoretici 113
Sudores diaphoretici in dysenteria 370
Sympasmata 408
Synanche; ejus etymologia synonima, differentiæ. 129. causæ antecedentes. 130. definitio. 131. Asclepiadis definitio. *ibid.* signa ejus nascentis. *ibid.* increscentis, ad mortem tendentis, & symptomata sine tumore notabili. *ibid.* quid Erysipelas aut salivatio in synanche significet. 132. qualis locus & aer conveniat. *ibid.* quale schema jacendi, quæ fomentatio, & quando vena secanda. *ibid.* 133. cataplasmata sæpe mutanda. *ibid.* gargarismata non debent esse viscida. 133. 134. leviter adstringentia in principio prosunt. 134. 135. quando, & qualis clyster conveniat. *ibid.* cucurbitæ ubi & quando adhibendæ. 135 136. hirudines quando in usum vocandæ: lingua & partes vicinæ scarificandæ: quibus fauces inungendæ. *ibid.* in declinatione quid agendum. *ibid.* Hippocratis eam curandi methodus. 136. 138. Dioclis methodus partim emendatur, partim rejicitur. *ibid.* Praxagoræ methodus ut periculosa damnatur. *ibid.* ut & Erasistrati. 138. 139. Asclepiadis ut noxia reprobatur. 139. 141. Serapionis pariter reprobatur. *ibid.* Heraclidis Tarentini methodus deridetur. 142. Methodicorum quorundam errores notantur. 143
Syncope seu Cardiacæ ventris fluor perniciosus 123

T

Tenesmus quid sit. 385. dysenteriæ jungitur *ibid.*
Tenontagra 407
Tenontes 152. 136
Tetanus, ejus species, causæ antecedentes 149. ejus specialia signa: stricturæ morbus est *ibid.*
Thapsiæ vires 143
Thombrosis 531
Timor repentinus memoriam eripit 239
Tormentum qualis sit passio 170
Torminosa passio qualis 171. 172
Toryniton 197
Tribades fœminæ unde dictæ 398
Trifolinum vinum 121
Trophemata 397
Tumor ventris: ejus signa & symptomata 382. quomodo differat a tumore partium externarum. *ibid.* ejus curatio 383
Tussis aliquando morbus per se, aliquando morbi appendix. 208. species. 282. curatio 357
Tympanicorum remedia specialia 347
Tympanites 344
Typus febrium ex Asclepiade 39

V

Vapor ex cineribus 179
Vaporatio in phreniticis circa noctem magis nocet 47
Venarum sectio in dolore capitis 207
Venarum sub lingua sectio in Synanche noxia 137
Ventositatem ventris quæ sequantur 383
Ventriculatio 172
Ventriculosa passio unde dicta 365
a Rheumatismo ventris quomodo differat. 366. ejus curatio 367
Ventriculosam passionem quæ demonstrent 365
Ventriculosi seu torminosi 172

Ve-

Venus est parva epilepsia, & effœminat membra 231
Vertebrum Cælio Ischion 22. 23
Vesicæ morbi proprii . 417. signa inflammationis & calculi . *ibid.* alii ejus morbi notantur . 418. horum curatio a solutione . 418. 419. a strictura . 421. 422. quomodo sit cavendum a diureticis . 421. Veneris noxa 422
Vina diversi generis 77
Vina Italica constringentia 380
Vini facultas ex Asclepiade. *ibid.*
Vinum protropum 279
Vinum tortivum 191
Vinum tethalassomenon 126. 127
Vis imaginationis 211
Visa quæ sint Latinis & Tullio 161
Unctiones & fotus coctionis juvandæ gratia 49
Vocis amputatæ causæ & curatio 276
Vomicarum significatio quæ 432
Vomitus provocatio in Cephalæa 202 203
Urinalia medicamenta 228. 231
Urinalium viarum eadem passio quæ & renum 416
Usus sinapi in morbis chronicis 63
Uvæ fabriles 281. 296. 324. 370
Uvæ paleales 187

FINIS.

CATALOGO D'ALCUNI LIBRI

Che si trovano in Vendita appresso Francesco Storti di Venezia.

de Abano *Petri Patavini* Expositio in libros Problematum Aristotelis fol.
Acta Eruditorum Lipsiæ ab anno 1682. ad ann. 1691. in 4. vol. 12.
Aggravi *Gio: Franc.* Protolume Chimico, in 4.
Agricola *Georg.* de Mensuris, & Ponderibus, fol.
—— *idem* de Fossilibus, ac Subterraneis, atq. Orontii Finæi Opera in eodem volumine, fol.
Aldini *Thobiæ* Descriptio Horti Farnesiani, fol.
Aldrovandus *Jo. Uyss.* de Quadrupedibus solidi pedibus, fol.
Alexandrini *Pappi* Mathematicæ collectiones cum commentar. Commandini, fol.
d'Amato *Cintio* Pratica Chirugica, 4.
Ammonii *Hermei* Commentaria in librum Perihermenias Græce, fol.
Appiani *Petri* Istrumentum Primi Mobilis fol.
ab Aquapendente *Hieron-Fabric.* Pentateuchos Chirurgicum, 8.
—— *del medesimo* le Opere Chirurgiche, fol.
Arbuthnot Specimen de Aere, 4.
Arculani *Joannis* Expositio de Febribus, 4.
Asellius *Caspar* de Lactibus, sive lacteis venis, 4.
Aynschomisi *Fr. Xaver.* Expositio Quadraturarum Circuli *F. Gregor.* a S. Vincent. fol.
Baccius *Andreas* de Thermis Libri VII. fol.
Bachstrom *Jo. Frider.* Nova Aestus Marini Theoria, 8.
Balianus *Jo. Baptist.* de motu naturali gravium, Solidorum, & liquidorum, 4.
Bartholinus *Erasmus* de Naturæ mirabilibus, 4.
Bartholinus *Thomas* Epistolarum Medicinalium Centuriæ IV. 8. vol. 6.
Bauvhini *Casparis* Theater Botanicus, fol.
—— *ejusd.* Pinax, 4.
Beccarius *Jac. Barthol.* de quamplurimis Phosphoris, 4.
Bellini *Laurent.* Opuscula aliquot, 4.
—— *idem* de Urinis, & Pulsibus, & alia Opuscula, 4.
—— *idem* de structura, & Usu Renum, 12.
Bernoulli *Daniel.* Exercitationes quædam mathematicæ, 4.
Bernoulli *Jacobi* Opera omnia, 4. vol. 2. fig.
—— *ejusd.* Dissertatio de Gravitate Æteris, 8.
Bernoulli *Joannis* Opera omnia, 4. vol. 4. fig.
de Billy P. *Jacobi* Nova Geometriæ Clavis Algebra, 4.
—— *ejusd.* Diophantus Geometra, 4.
Bianchi *Jo. Bapt.* Historia Hepatica, 4. vol. 2.
Borellus *Jo. Alphons.* de motu Animalium, 4.
Boscovich Dissertatio de Lunæ Atmosphæra, 4.
—— *ejusd.* Dissert. de Lege Virium, 4.
—— *ejusd.* de Continuitatis Lege, 4.
—— *ejusd.* Elementa matLematica, 8. vol. 3.
Boyle *Roberti* Opera Varia, 4.
—— *ejusd.* Tractatus Varii 8.
—— *ejusd.* Opera omnia, 4. vol. 3.
Brachi *Giacomo* Pensieri Fisico-Medici circa gli Animali, 8.
Brahæ Thyconis Historia Coelestis, fol.
—— *ejusd.* Opera omnia, 4.
—— *ejusd.* Epistolæ Astronomicæ, 4.
a Brixia P. *Fortunati* Philosophia Senfuum Mœchanica, 4. vol. 4.
—— *ejusd.* Philosophia mentis, 4. vol. 2.
—— *ejusd.* Elementa Mathemat. 4. vol. 4.
—— *ejusd.* Dissertatio Phisico-Theologie, 4.
Broen *Joan.* Animadversiones Medicæ, 4 Lugd.
Bullialdi *Ismaelis* Astronomia Philolaica, fol.
Burnet *Thomæ* Thesaurus Medicinæ Practicæ 12. vol. 2.
Capasso *Jo. Bapt.* Historia Philosophiæ, 4.
Capelli *Angeli* Astrosophia Numerica 4. vol. 5.
di Capoa *Leonardo* dell' Origine, e progresso della Medicina, 4.
Caravagii *Petri Pauli* Geometria, 4.
Cari *Titi Lucret.* de Rerum Natura Libri VI. 4.
Cartesii *Renati* Opera omnia, 4. vol. 8. Amstel.
Charletonus Gualterus de Æconomia Animali, 12.
Clairaut Elementa Geometriæ 8.
Claramontii *Scipionis* Opuscula varia Mathematica, 4.
Claudin *Jul. Cæsar.* de Ingressu ad Infirmos, 4.
Cleomedis Metheora Gr. Lat. cum commentariis, 4.
le Clerc. Chirurgia perfetta 12. vol. 2.
Cole *Gulielm.* Tractatus de Secretione Animali, 8.
Compend. Manuale Chirurg. 8. vol. 2.
Commentaria Œcademiæ Scientiarum Petropolitanæ cum Supplementis 4. vol. 10. *Petropoli*.
Copernici *Nicolai* de Revolutionibus Orbium Cœlestium Libri VI. fol.
Coursier Opusculum de Sectione Superficiei Sphæricæ, 4.
Covvperi *Gulielmi* Anatomia Humani Corporis, *fol. maximo*.
Dechers *Frider.* Exercitationes practicæ circa medendi methodum, 4.

Dia-

Dialogus de Figura Telluris, 8. vol. 2.
Doria *Pietro Mattia* difesa della Metafisica degli Antichi Filosofi contro il *Sig. Loche*, 4. vol. 2.
Durer *Albert* Traitè de la proportion des parties des Corps humanis fol.
Ephemerides Germanicæ Accademiæ Naturæ Curiosorum Annus V. ad X. 4. vol. 6.
Elettricismo, ossia delle Forze Eletriche 8.
Elvezio, la China China, e sue stupende qualità, 4.
Eschinardi *Francisci* Tractatus duplex de Impetu, ac de fluidis, 4.
—— *ejusd.* Centuria Probematum opticorum, 4.
Euclidis Elementorum Libri priores Sex, item Liber XI. & XII. quibus accedunt Tract. de Trigonom. & de Logarithm. 8.
Fabri *Honorati* Synopsis Geometrica, & Opuscula, 12.
Fabri *Antonii* Commentationes in Præfationem Naturalis Historiæ Plinii, 4.
di Fagnano *Sig. Marchese* Produzioni Matematiche, 4. vol. 2.
Febris China Chinæ expugnata, 4.
Fabra *Aloysii* Dioptra Physico Medica pro Nutritione, 4.
Faloppii Gabr. de medicatis Aquis, ac de Fossilibus Opusculum, 4.
Fonseca *Roderici* Commentaria in Aphorismos Hippocratis, 4.
Foresti *Petri* Observationes & Curationes Medicinales, 8.
Forti *Antonii* Philosophia Negativa, 4. vol. 3.
Fuchsii Commentaria de Historia Stirpium fol.
Galeni Pergameni Opera Medica, fol. vol. 7.
Galeota *Antonii* Dissertatio de momento gravium in Planis 12.
Galilei *Galileo* Systema Cosmicum, 4.
—— detto Dialogo sopra i due Sistemi 4.
Gassendi *Petri* Institutio Astronomica, 8.
Ghetaldi *Marini* Apollonius Redivivus, 4. vol. 2.
Ghezzi *P. Nicolò* dell' Origine delle Fontane, 8.
Gilbertus *Guilelm.* de Magnete, magneticisque Corporibus, fol.
Giornale de' Letterati dall' anno 1668. Sin al 1679. 4. vol. 6. *Roma*.
Giornale de' Letterati d' Italia dall' anno 1710. fino al 1717. compilato dal Sig. Apostolo Zeno, con Supplementi, 12. vol. 30.
Gloriosi *Jo. Camilli* Exercitationes mathematicæ, 4.
Graaph *Reineri* Tractatus de Succi Pancreatici natura & usu, 8.
Graversande Physices Elementa Mathematica 4. vol. 2. 1748.
Gregorii *Davidis* Elementa Catoptricæ & Dioptricæ Sphæricæ, 8.
—— *ejusd.* Exercitatio Geometrica de dimensione figurandi, 8.
Grimaldus *Franciscus* de Lumine, Coloribus & Iride, 4.
Gregorii *Jacobi* Geometriæ Pars Universalis, 4.
Gualtruchii *Petri* Institutio Philosophiæ ac mathematicæ, 12.
Guarini *Guarini* Mathematica Celestis, fol.
Guericke *Ottonis* Experimenta nova de vacuo spario, fol.
Guidi *Ubaldi* mechanicorum Liber, fol.
Guldinus *Paulus* de Centro Gravitatis, fol.
Hales. Statica degli Animali, 8. vol. 2.
Hamilton *Davidis* Tractatus Duplex de Febribus, 8.
du Hamel *Jo. Bapt.* Historia Regiæ Scientiarum Accademiæ, 4.
Hartmanni *Joann.* Antropologia Phys. Med. Anatomica, 4.
Ft mulleri Opera Medica fol. 3. vol.
—— *ejusd.* Praxis Chymiatrica, 12.
Hasfurti *Joann.* Tractatus de cognoscendis & curandis morbis, 4.
Hausbeech. Esperienze Fisico-Mecaniche, 4.
Hecquet. de Medicina purganda, 12.
Hevelii *Joannis* Cometographia, fol.
—— Machinæ Cælestis Pars Prior, fol.
—— Annus Climatericus, fol.
—— Selenographia, fol.
Hippocratis Opera omnia cum Commentariis Marinelli, fol. vol. 3.
de Hire *Philippi* Tabulæ Astronomicæ, 4.
àb Horto *Garcias* Historia Aromatum aliquot & Simplicium, 4.
Hugenii *Christiani* Opera varia Geometrica, 4. vol. 2.
—— *ejusd.* Opuscula Mathematica reliqua,
Imperato *Ferante* la Istoria Naturale, fol.
Junghen Lexicon Chimico-Pharmaceuticum, 8. vol. 2.
—— *ejusd.* Corpus Pharmaceuticum Chimico-Medicum Universale, fol.
Keill *Joan.* Introductiones ad veram Physicam, 4.
Kepleri *Joannis* Harmonices Mundi Libri V. fol
—— *ejusd.* Prodromus Dissertationum Cosmographicarum, fol.
—— *ejusd.* Epitome Astronomię Copernicanæ 8.
de Ketam *Joannis* Fasciculus Medicinæ, fol.
Kulm. Tabulæ Anatomicæ, 8. fig.
Lacuna *Andr.* Epitome Operum Galeni, fol.
Lana *P. Franc.* Prodromo alla sua Opera dell' arte Maestra, fol.
Lansbergii *Philippi* Opera Astronomiæ fol.
Levera *Franc.* Prodromus Universæ Philosophiæ Restitutæ, fol.
Lewrorp. *Giovanni* Saggio delle Transazioni Filosofiche di Londra, 4. vol. 5.

Li-

Lulli *Raimundi* Ars magna, 4. 1517.
Mangeti Jo. *Jacobi* Bibliotheca Anatomica, fol. vol. 2.
Mattioli F. *Andrea* l' Erbario, con figure grandi, fol. vol. 2. *Valgrigio* 1585.
Maurolici *Franç.* Opuſcula Mathematica. 4.
Mazini Jo. *Bapt.* Opera omnia Medica 4. vol. 3.
Merchlinii. Lindenius Renovatus. 4.
Merian Marię Sibyllę Diſſertatio de Inſectis, fol.
Militia *Dominici* Hiſtoria Medica de Morbis Exitialibus, fol.
Milliet de Chales, Curſus Mathematicus fol. vol. 4.
Miſcellanea Berolinenſia, 4. vol. 3.
de Morbo Gallico Omnia quæ extant apud omnes Medicos, fol.
le Mortii *Jacobi* Chimiæ veræ Nobilitas, & Utilitas, 4.
Morini Jo. *Bapt.* Aſtronomia a fundamentis reſtituta, 4.
de Monte Reggio *Joan.* in Ptolomæi Almageſtum Commentaria fol.
—— *ejuſd.* de Triangulis Planis & Sphæricis Libri V. fol.
Muſchenbroech *Petri* Elementa Phyſicæ, 8.
—— Eſſai de Phyſique, 4. 2. vol. 1751.
Neperi *Joannis* Arithmetica Logarithmica fol.
Nuch *Antonii* Sialographia, 8.
—— *ejuſd.* Operationes Chirugicæ, 8.
Opuſcula omnia Actis Lipſienſibus inſerta, quæ ad Matheſin, Phyſicam, Medicinam Anotomiam &c. pertinent 4. vol. 7.
Ougtred *Gulielmi* Clavis Mathematica, 8.
del Papa *Giuſeppe* Conſulti Medici, 4. vol. 2.
Paſcoli *Aleſſandro* Nuovo Metodo d' introdurſi nelle Filoſofie, 4.
Perrault- Oeuvres Diverſes de phyſique, & de Mechanique, 4. vol. 2.
Petrioli Tabulæ Anatomicæ fol.
Piens *Franc.* Tractatus de Febribus, 4.
Pinelli *Michiele* Nuovo Siſtema dell' origine della Podagra, 4.
Plazzoni *Franciſci* de partibus Generationi inſervientibus Libri II. 12.
Pinto *Celino* Trattato della peſte, e Contagio, ſua Cura, 8. vol. 2.
Pivati *Dott. Gio: Franceſco* Nuovo Dizionario Scientifico, e Curioſo, Sacro e Profano, fol. vol. 10.
—— detto Rifleſſioni ſopra la Medicina Elettrica, 4.
Poleni *Joannis* Specimen Inſtitutionum Philoſophiæ Mechanicæ, 4.
—— *ejuſd.* Exercitationes Vitruvſanę 4. vol. 2.
—— *ejuſd.* Miſcellanea Mathematica, 4.
Portius de militis in Caſtris Sanitate tuenda 8.
a Puteo *Zaccarias* Clavis Medica,
Quercetanus de Peſte, 8.
Liceti *Fortunii* de Lucernis Antiquorum Libri VI. fol.
—— *ejuſd.* alia Opera pluribus voluminibus diſtincta, 4.
Lochneri *Michaelis* Schediaſma de Parreira Brava, 4.
Luciani Philoſophi Opera 4. 1550.
—— *idem* de Curandis vulneribus, 8.
Ramanzini *Bernard.* Commentatio de Principum valetudine tuenda, 4.
Raphſoni *Joſephi* Hiſtoria Fluxionum 4.
a Ripa *Ludovici* Miſcellanea Mathematica, 4.
—— *ejuſd.* Diſſertatio Meteorologica, 4.
—— *ejuſd.* Hiſtoria Univerſalis Plantarum, 4.
Riverii *Lazari* Opera Medica Univerſa, fol.
Rizzeti *Joannis* Specimen de Luminis Affectionibus, 8.
—— *detto* dell' Antineutonianiſmo 4.
Roberti *Gaudent.* Miſcellanea Italica Phyſico mathematica, 4.
—— *ejuſd.* Miſcellanea Italica Erudita, 4.
Robillard. Application de la Geometrie Ordinaire, & des Calculs, 4.
Roncalli *Co. Franciſci* Europæ Medicina fol.
—— *ejuſd.* Hiſtoriæ Morborum, fol.
—— *ejuſd.* Diſſertationes Quatuor, 4.
Santanelli *Ferdinandi* Lucubrationes Phyſico-Mechanicæ, 4.
Schooten *Franc.* Exercitationes Mathematicę 4.
—— *ejuſd.* Trigonometrica, 12.
Schroderi Jo. Quercetanus Redivivus, 4. vol. 3.
Senerti *Daniel.* Opera omnia, fol. 3. vol.
Stancarii *Viet. Franc.* Schedæ mathematicæ, 4.
Suzzii *Joſephi* Diſquiſitiones Mathematicæ, 4.
Szent Jvany *P. Martini* Curioſiora miſcellannea variarum Scientiarum, 4. vol. 2.
Tacquet *Andreæ* Opera omnia Mathematica fol.
Taglini *Caroli* de Aere, ejuſque Natura, & effectibus Libri Duo, 4.
Theonis *Smirnæi* Expoſitio ad Platonis lectionem accomodata 4.
Torti *Franciſci* Therapeutica Specialis, 4.
—— *ejuſd.* Reſponſiones Jatro Apologeticæ ad Diſſertationem *Bernardini Ramazzini* 4.
Triumfetti *Joan.* Obſervationes de Ortu, & vegetatione Plantarum, 4.
Valerii *Lucæ* de Centro Gravitatis Libri Tres 4.
Valleſnieri *Antonio* de Corpi Marini, 4.
—— *detto* Nuove Oſſer vaſioni, 4.
—— *detto* Opere Diverſe, 4. vol. 2.
—— *detto* Iſtoria della Generazione degli Uomini, e degli Animali,
Vallis *Joan.* Elenchus Geometriæ Hobbianę, 8.
Vanderlinden *Joan.* de Scriptis Medicis Libri II. 8.
Veidleri Jo. *Frider.* Hiſtoria Aſtronomiæ. 4.
Willis *Thomæ* Opera medica, Phyſica 4. vol. 2.
Untzeri *Matthiæ* Opus Chymico-medicum, 4.

Cæl. Avrel.

Fig. 1.



Solium cum gradibus.

Fig 2